




**De iudiciis natiuitatum Libri Tres. : scripti a? Ioanne Schonero
Carolostadio, professore publico Mathematicum, in celebri
Germaniae Norimberga. item praefatio D. Philippi Melanthonis,
in hos de Iudicijs Natiuitatum Iannis Schoneri libros.**

<https://hdl.handle.net/1874/452078>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

CAROLSTADIUS
De iudicis Nativit:
H.C. AGRIPPA
De occultis Philos.
S.T. P. fo. 75
in Proc. 44. undi

154




184.

III.

1844

1844





CIRCA
de
I.C.
de
S.T.
libra

reclinor i m pū ſu ē ſuē ad canē reclinor

Lite ſermo mēſe t ipe q m caplo re aude ſuo
lure omſ q pōt gūar ſi ex mēſico omſ t
ſermo q ipe cogit ut de ſi pōt mē ſi omſ dūmā
medū mēſic mē ſi canē t mē ſi pōt qm or ex dūm
tūco opm ſi m gūar pūat t i qm dūm q ſi canē
pōt opm ſi pōt canē t qm pōt pōt qm qm
tūco mēſic t ſi ad ſi pōt reclinor

Scdm nō pū ſitoytes mag exū
p qm nō pte pditā m eand ſiay

P ipē m ſlez opari poſſim. taa nob
mten t tūēre aliq opō ut m decuta

Cū q pōt aliq mēſic tūo t pōt
ue gūē t canē reclinor qm m ad
pōt qm qm loco d tūe mēſic t ut mēſic
mēſic reclinor aliq ſi pōt mēſic t curmāu

Qū dūmā d mēſic ſi mēſic dūmā
nō tūe pōt ut mēſic mēſic tūe mēſic
cūſic mēſic ſi mēſic mēſic tūe mēſic
loz cūſic mēſic tūe mēſic tūe mēſic
tūe mēſic dūmā tūe mēſic tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Epichēnō ſiō mān qm t g h co
tū hor q p qmā qmā n e t h

q p m illi appiqt. hūo q m gūē t pē
m repatū t m tū

Et h g eſm q pōt m nūo t qmā qmā qmā
q t qm ipē q pōt m nūo reclinor tūe
mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Reclinor aū m qmā qmā qmā
ro reclinor mēſic tūe mēſic tūe mēſic
reclinor aū m qmā qmā qmā

In quo q p mten ablo t gūo t pō
tūa tūpō ſiay ſiay ſiay

Et mten p mēſic tūe mēſic tūe mēſic
gūat p dūmā qmā tūe mēſic tūe mēſic
gūat p dūmā qmā tūe mēſic tūe mēſic

Cū eſm q pōt m nūo t qmā qmā
t pūat qmā qmā p addm mēſic tūe
dūmā t dūmā qmā tūe mēſic tūe mēſic

Dūmā t dūmā qmā tūe mēſic tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Queſi ſiō nō tūe
m pūat pūat tūe mēſic tūe mēſic

ab eo q p mēſic tūe mēſic
centibz ablo ſiay t pōt

At qm dūmā nō t dūmā tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Ul t q addm dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Mūo tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Qū dūmā dūmā qmā nō tūe mēſic
tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic tūe mēſic

Handwritten marginal note in the left margin.

180

181

182

Small handwritten notes below the number 182.

Universitätsbibliothek

Wien


N^o 109. h.

~~N^o 109.~~

900

P fol 4

1



DE IVDICIIS NATIVITATVM

Libri Tres.

SCRIPTI A IOANNE SCHONERO CAROLOSTADIO, PROFESSORE PV
blico Mathematicum, in celebri Germaniæ Norimberga.

ITEM

PRAEFATIO D. PHILIPPI MELANTHONIS,
in hos de Iudicijs Natiuitatum Ioannis Schoneri libros.

Cum Priuilegio, Ioanni Schonero concessio.

Norimbergæ in officina Ioannis Montani &
Ulrici Neuber, Anno Domini
M. D. XLV.



Ex dono Bursely

IN ASTROLOGICVM OPVS CLA
rissimi Mathematici D. Ioannis Schoneri, Carmē Ioachimi Hel
leri Leucopetræi Ludimagistri Noribergensis.

Quod regat humanos diuina potentia casus,
Expresit summo Magnus in orbe Deus.
Qua posuit tacitis dominantia legibus astra,
Et stellas uires iussit habere suas.
Ergo poli quoties pulcherrima lumina cernis,
Sis memor auctoris, qui regit illa, Dei.
Fertur in errores amens Epicurus aniles,
Dum certa mundum lege carere putat.
Fingit in occasu deleri sidera, rursus
Axe sub Eoo luce nitere noua.
Ride Epicure Deum, gere nescia pectora fati,
Finge nihil cœli significare faces,
Ride Epicure, nigrum tamen hinc cum stabis ad Orcum,
Quod tua subsannet scommata numen erit.
Sape hæc imperijs nocuit dementia magnis
Et nimium ueras astra habuere minas.
Irruit in patriæ tristissima damna Pericles
Sidere non fausto bella cruenta mouens.
Nos artes, ceu dona Dei, reuerenter amemus,
Quæ stellas certis legibus ire docent.
Quæ causas rerumq; notant, seriemq; futuri,
Et quæcunq; suis motibus astra trahunt,
Non hæc humanis sunt cognita uiribus, ipso
Sed monstrante Deo sunt patefacta uiris.
Quos studium suprema trahens ad templa, remotos
Effectus docuit, sanctaq; fata Poli.
Accessit multis nota experientia seclis,
Hæc arti fecit, sideribusq; fidem.
Fœlices animæ, sublimia pectora, uires
Ultra mortales exeruere caput.
Edidit hæc igitur doctus monumenta Schonerus,
Ne tantæ nobis eriperentur opes.
Hic antiquorum numerosa uolumina uatum
Lustrans, hæc studijs censuit apta tuis.
Quare age si patrias cœli cupis ire per arces,
Hoc lege præstantis nobile uatis opus.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, D. ALBERTO MARCHIONI BRANDENBURGENSI, PRVSCIAE Stetinię, Pomeranię, Cassubiorum, Sclauorū Duci, Burggrauio Nurnbergenfi, & Rugiæ Principi, Ioannes Schonerus Carolopolitanus Mathematicarū rerū professor, Domino suo benigniffimo S.



OCRATES ILLE, PHILOSOPHORVM, quod aiunt, & fons & lumen, si quando res obscuriores in cognitionem vulgi deducere uellet, à maximè cognitis rebus ordiri studuit; quòd hac potissimum uia, res, de quibus differebat, non solum lucem, sed & firmitatem & securitatem, induere posse, non iniuria arbitraretur. Nec aliam ob causam Vlyssen ab Homero, securum oratorem uocatum, nisi quòd per ea quæ passim aperta essent uulgò, animos auditorum sibi concilia-

ret; ac ideo qui foeliciter in bonarum artium studijs olim essent progressi, non id cura uis, ut omnia prorsus artium arcana assequerentur, satis esse rati, si sobriè quaedam attigissent, quæ deinceps tanquam incitamenta essent indagandæ ueritatis. Recte quidem ille.

Quis enim unquam mortalium, perfectam naturalium rerum assequutus est cognitionem? Deo quidem tanquam auctori omnium, nihil non est nudum & peruium: at nos qui longo interuallo diuinam sequimur cognitionem, ut semper, in hac uita, ad diuinæ claritatis radios contuendos caligant oculi nostri, ita ad cognoscendas naturalium rerum causas, non perinde facilis est hominibus accessus. Veritas rerum à nullo unquam mortalium ex omni sui parte, uel explorata, uel exposita est satis. Dixi attingere nos posse recta studia, at assequi, ut nihil penitus nos effugiat, nullo modo dixerim. Viderunt hoc quidam philosophorum, qui, quò quisq; fuit sapientior & doctior, hòc minus inflatæ scientiæ titulo seipsum uendere uoluit: nimirum non ignorabant illi, semper fertiles, florentesq; esse Philosophiæ hortos. Nullam esse tam asperam hyemem, cuius rigor prohibere possit, quo minus noui semper, ueteribus ablatis, surgere queant fructus, ut hac mihi ratione Homerus hortum Alcinoi tanta amoenitate refertum finxisse uideatur, ut alia omnia artificiosissimè. Scribit enim hic arbores frondere perpetuò, adeò ut neq; hyeme pereant fructus, neq; per æstatem marcescant unquam, Zephyro nimirum uires illis & gratiam afflante, ut iam malum, malo innitatur: ac uua uuæ succedat; ficus quoq; ficum perpetua successiõe comitetur. Sic Philosophiæ studium, nunquam non suis cultoribus nouos subinde ac salutare fructus parere equidem non temerè affirmamus. Alia est de externis homi-

num bonis philosophorū disputatio, Hęc enim ut animū faciare nō possunt; ita neq; remedia sunt uiciorum, cū sępius impedimēta fuerint uirtutis. Itaq; eō nos recipere debemus, quō omnes sese optimi recipere nō uerentur, ad honestarum artium studia, hic ubi tranquille sibi quiescendū persuaserint. Iam uerō si in ea tempora incidere contingat, quę turbas excitant rectis studijs, huc omnino cōtendendum est studioso, ut seruata uitę innocentia, uel nudus cum Musis ipsis, tanquā ex nauigatione aliqua periculosa, in aliquem se portum recipiat tutum, quō sibi cum Musis paulō tranquillius uiuere liceat. Non erit hoc intolerabile exilium, ubi loci duntaxat, non etiam animi sit mutatio. Vbiq; inueniet uir sapiens salutarium studiorum & laudem quam merentur, & pręmia quibus conseruentur. Neq; enim uirtus, ulla angustia loci, auelli sese à suo cultore patietur, Cumq; ipsa sibi sit merces abunde sufficiens, cultorem suū neq; uictus ratione, neq; optata bonorum amicitia destituet unquā. Nam fieri non potest, ut

Vlla uiro tellus sapienti patria non sit,

Virtutem semper quōd comitatur honos.

Qui secus de liberalibus studijs sentiunt, pręterquā quōd sępius per eadem uestigia errant, etiam in ipsa ueritatis inquisitione tarditatem suam ostendunt, Faciuntq; illi perinde, ac qui peregrē abeunt, ac simul ut domum redierint, rogati ab amicis, ubi nam fuerint, & quid egerint absentes? quibus illi stupore quasi correpti, respondent: nescire sese, pręterea neq; ubi fuerint, neq; quid egerint, interim occurrere sibi: Tam est nuncq; sibi rectē conscia inquieta inertia, Tales quia abhorrente à nostris studijs sunt animo, hos libros de Iudicijs Natiuitatum nunquam sunt lecturi, quibus ego ut placere possim, non ualde laboro, sibi paulō post à rectē doctis uiris excipiendi, ubi eos comitabitur publicus contemptus, egestasq; & fames, ac dignę studiorum suorum sordes.

Nos qui nonnihil in ueritatis inquisitione promouimus, in eo quod foeliciter cępimus, pertinaci studio perseueremus, dum ad ipsammet ueritatem usq; per singulos nobis concessos à Deo Opt. max. gradus, uel sero tandem ascendere licebit. Ad eam enim ut peruenerimus, quem ultrā ascendamus, nullum inueniemus gradum.

Hanc meam esse sententiam de liberalibus studijs, eō liberius exposui, quōd te quoq; illustrissime Princeps, hisce disciplinis potissimum delectari sciam, quę maximē inter certitudinis spatia, continentur. Astronomia, quia Geometricis theorematis omnes simul cęlorum & stellarū, elementorum quoq; & naturę ipsius dimensiones palām compręhendit, utilis profecto illius cognitio erit omnibus, siue militiam sequentibus siue agriculturam exercentibus, siue nauigationem tentantibus. Quum uero cœlum quid sit incorruptibile, ut quod neq; extensione sua augmenta accipiat, neq; item contractione aliqua sui parte diminutionem sentiat, sed semper suę naturę nixū pręsidijs, quod est perpetuo custodit

custodit, dubio procul firmæ & certæ erunt, quæ ex illius cōtemplatione à doctis uiris nobis afferuntur demonstrationes. Sicut enim Prometheus ignē cœlo abstulisse, & in terrā, ad ūsum mortaliū multiplicem intulisse perhibētur, ita qui leges siderū callent, cursus Solis, Astrorumq; habitudines probabilibus rationibus uulgi oculis obijciunt.

Olim cū inter Nationes nō parua esset cōcertatio, quæ cuiq; esset anteferenda, à longa autem temporū serie suam quæq; nobilitatem asserere studebat. Ægyptij ortos se esse ante astra cōtendebant, uidelicet quòd apud se primū astrorū disciplina in pretio fuerit, quæ res Hebræis hominibus admodū uisa est grauis, ut qui Mosen haberēt antiquissimū scriptorē, qui hoc longè omniū honestissimū, ac iuxtā utilissimum studiū, in primos adeò generis nostri parentes reijcere uideatur, ac longa deinde successione ad patres Abrahamū, Isaacum, & Iacobum, & consequenter ad Prophetas, ad Reges quoq; descenderit hoc pulcherrimum studium.

Astipulatur in hoc quod dicimus nobis Iosephus Hebraicarum rerum scriptor minimè contennendus. Non minus Arcades in asserenda originis suæ serie laborarunt, quòd apud se Endimionis opera, Lunares motus primum innotuissent. Cuius deinde gloriæ studio illecti quidam, Arcades ante Lunam fuisse scripserunt. Vt iam hæc astrorum scientia non tantum certitudine demonstrationis, & utilitate sua, sed etiam antiquitate sua nobis commendata esse debeat. Si enim res quæ dignitatē, iucunditatē, laudē, & gloriā promittere solent hominibus, æstimationis suæ pondus ab antiquitate potissimū trahunt, quales sunt Cerae, imagines maiorū, antiqua stemmata nataliū, quo numero habebimus ea studia quorum origo simul cum Sole, Luna, & Stellis cœpisse haud absurdè prædicatur. Quis non ea studia sequatur, quæ neq; ignominia, neq; damna, neq; temporis iniuriam recipere poterint unq;? In hac classe Syderalis scientia (sic à Plinio uocatur) primas sibi iure uendicat, quòd ea sit una & sola quæ cœlestiū partium operationes admirabili inquisitionis studio persequatur, factumq; est hac inuicta sedulitate, ut homines in terra positi, de stellarum in cœlo uirtutibus pronuntiare securè ausint. Non enim uirtute uacuae sunt stellæ, sed quanto maiores, pulchrioresq; tanto sunt, quàm nos, & uiribus fortiores, & in actionibus perfectiores. Quæq; autem stellarum ut uires habet differentes, ita etiā actiones ab alijs edit diuersas. Quinetiam descendere sentimus non infrequenter in particulas quasdam inferioris huius mundi actionem quandam, quæ propter potentialium similitudinē multo plurima conficere queat, quatenus sequentes scilicet potētiae præcedētibus gradatim respondere uidentur. Et hoc maxime contingit ubi inter actionis & passionis partes quædam quasi facta fuerit accommodatio, concordiaue, quemadmodum fieri uidemus, quòd mas & foemina mutuas & dant, & requirāt operas, ad propagandā uitæ societatem. Sed hic obijciunt nobis quidam indocti, agrestes, minimeq; politici uiri. Non est, inquiunt, illi stellarum in cœlo ulla quæ sua uirtute

in totius huius uniuersi, quod uocant, corpus, imperium exercere possit: ac ideo ut maximè sit quæ dura & aspera minetur terris, non tamen uisus suum in hoc totū uniuersi diffundere posse. Sic illi, Nos qui ueritatē rerum quærimus, affirmare non dubitamus, mala quædam in particulas quasdam inferioris mundi descendere posse, quæ tamen harmoniæ uniuersi sunt consona & salutaria. Quædam enim sunt, quæ partes duntaxat lædunt, quòd actiones suas nequeant extendere in uniuersum, uel propter commisionem aliquam accedentem, uel propter inualidam uirtutem, uel propter agentis & patientis confusam & male constantem dispositionem. Solent erim stellæ aliud agere in toto, aliud in partibus. Et uirtus stellæ quæ est in toto unita, in partibus diffluit, propter partiū infirmitatem. Quinimò corrumpuntur sæpe partes quædam, ut hoc totum, quod est secundum naturam constitutum, conseruetur. Læduntur aliquoties, in hoc uniuersi corpore partes, cum interim hoc totum uniuersi sit expers omnium malarum passionum. Quod cum dico, uulgi errores superstitiosos neq; probare, neq; aliquid, quod pugnet cum Christiana religione, tradere est animus, Sed ostendere tantum placuit, quod commode fieri possit, ut quæ natura alioqui sint diuersissima, ac locorū spacijs ab inuicem quàm longissime disita, cooperentur, si legitimo ac cōgruentissimo ordine cōsiderata & intellecta fuerint. Porro propterea nulla mala stellæ in terras transfundunt, Sed quia corpora hæc nostra fluxa alioqui per se, & à natura peccati originis corrupta sunt, factaq; infirmiora, quàm ut propulsandis infestis illis cœlestiū orbium influxibus sufficere possint: quibus aliquando unius aut alterius partium fortuna, aliquando etiam uita oppugnatur, ac sæpe etiam expugnatur. Quæ utiq; mala esse non possunt, cum nō ut mala, sed ut bona, & à prima omnium causa Deo, decreta, ad ima hæc demittuntur. Verum hæc simul ac à malis excepta fuerint, ipsi propria peruersitate transformant. Atq; ideo bonum, quod cœlo illabi diximus, contraria recipientis conditione uiciatur. Neq; tamen propterea in hoc pulcherrimo ædificio, quod rectè à nobis Mundus uocatur, aliquid esse arbitramur, quod uel frustra sit conditum, aut institutum, aut quòd nullam pœnitentis mortalibus adferat utilitatem, aut quòd non omne uiuentium genus, ad laudem inuitet creatoris.

Qui abiecto atq; sordido sunt animo, suis sibi placent tenebris, suis fumis, suis nebulis. Nos contra semper magis magisq; ad ueritatis lucem accedentes, quas sequuti olim sumus tenebras detestamur, fumos autem fugamus, ac nebulas ignorantia, quibus paulo ante capti tenebamur, dispellimus, ueritatem quærimus, Solem obscuris rebus inducimus.

Fuerunt hæc ab initio propria Regum, ac summorum principum studia, id quod historias temporum legentibus, obscurum esse non potest. Hodie uero quæ fiat, ut pauci hæc diuina sequantur studia, querenti à nobis, ita respondemus: Liberales artes omnes quia quæstuosæ non sunt, & quia animum requirunt liberum à prophanis curis, alienū quoq; à cupiditate

à cupiditatibus illis, quibus promiscua multitudo uulgi ultrò seruit, cum currat per omnia uitiorū stadia.

Utrò siue senes, rerumq; ignara iuuentus.

Tanq; si Marsias Phryx & Barbarus Apollinē Multiscium, spectantibus Musis ipsis, in certamē Musicū descendere turpiter equidē puocat, q; mox temeritatis suę pœnas soluēs, detracta prius sibi pelle, ludibrio exponitur. Sic illi rectorē studiorē hostes, sepe cum Marsia in suā ipsorē perniciē, qd̄ indocti essent, et cecinerūt & scripserūt. Tu uero illustris, Princeps (ut rectis studijs sua posthac futura essent p̄mia, animo excelso quidē statuisti ne quis in tua Porussia deinceps locus esse possit illis p̄letarijs, & nulla sibi certa sede cōstātibus Astronomis, qui solo sibi nomine applausus querere solēt populi, cū reuera astorē sciētia sint ignari & inanes) quæ iam dudum de restituēdis studiorē disciplinis tecū cōcepisti cordata cōsilia, ne secus q; reris cadere cōtingat, tute pro summa prudētia tua maturē cōsiderabis. Hoc faciēs em̄, & optimi Principis opinionē, et doctissimi cuiusq; lucifacies amicitia. Exigere à te ipsa, qd̄ dico, Musæ nō uerētur, ac ipsa q; Pallas utrinq; & armis, & bonarē artium disciplinis instructa. Quin etiam Phoebus ipse gaudio, mirū in modū afficitur, ubi uiderit extrui sibi & Musis certa cōfugij diuersoria, idq; magis probat, q; conspicit ea fieri, à Principibus potissimū uiris. Optandū Germaniæ nostræ, ut plures habitura sit, tui similes Principes, sic em̄ quā adhuc quærimus ueritatē, inuenturos iure nobis p̄suademus. Qui, iuxta uotū nostrē, aut nolūt, aut nō possunt ascendere nobiscum, atq; cōtemplari perpetuas, pulcherrimas, ac stabiles astorē figuras, habitus q; & qualitates, Illi saltē sic animū suum instituāt, ut noctis atq; diei, mēsis q; et anni uolutiones satis cognoscant: deinde meminerint ut uagas, errantesq; stellas, cum earē à terra distantia, expositas habeāt. Quos Sol, Luna, Planetēq; cæteri & stelle effectus exprimere soleāt, in hisce libris nostris copiosē equidē demōstrabimus, ac ideo placuit mihi tanq; in unum manipulū colligere omnia, cū quæ ante nostra tpa, in hac arte à doctis scripta & annotata sunt uiris, tum quæ ipse lōga obseruatione cōperta habui, ut hoc cōsilio meo studiosis bonarē artium, illam laboriosam molestiam, quam in legendis autoribus collocant quidam, uel planē succiderē, uel saltē ut abhorrentes ab hoc diuino studio, inuitarem, & quasi dux itineris, ne desperent animarē. Feci hoc etiā libentius, ut hi libri ceu indices sint laborū & studiorū meorē apud posteros, ac simul ut testes sint, bonæ meæ uoluntatis, erga te optime Princeps, ut hæc legens in memoriam tibi ueniant progenitorum tuorum præclara profecto studia. Illi em̄ ut milicia antecedere uoluerūt alios plures, ita in p̄cauendis bellorē, aliorēq; incōmodorē piculis, nō raro diuinę mētis decreta, ex astorē cōsideratiōe p̄scrutati sunt. Et illi quidē cū clari essent & fortes, militia ita uili sunt, ut in castris positi, neq; nocte neq; interdiu, nō essent parati, de summa rerum cum hoste decernere, honestā mortē pluris quàm turpem

eurpem uitā facientes, ad misericordiā magis tamen affecti, q̄ ad uindictā
 regiū esse parcere, Perdere, fauereq; passim sine discrimine in omnes, q̄
 proximè accedere ad tyrannidē arbitrati sunt, Vinci autē beneficijs indeco-
 rum putarunt. Humanū esse, pro minuūsimis oblati ab alijs, cumulatī-
 simā referre gratiam. Amicos nimirū q̄ plurimos facere, neminē cupere
 inimicū. His uirtutibus, his studijs factū est, ut Diuo Maximiliano Rom.
 Imp. digni primū uisi fuerint, q̄s in summè arduis sepe negocijs in collo-
 quiū ultrò uocaret. Deinde ut haberet ex Marchionū Brandēburgen, ut
 antiquissima, ita clarissima familia, q̄s maiore ipsorū cū dignitate rogaret
 sententiā, & ad q̄s de bello, de pace, de rebus imperij, breuiter de premijs
 uirtutū, de p̄cenis uiciorū, referret. Quē honorē illi quoad uixerunt, clario-
 rem semper reddiderunt liberalitate & clementia, quibus duabus uirtuti-
 bus honestissimā nominis sui cōsequuti sunt famā. Et erat ipse etiā Impe-
 rator in ea uirtutis reputatiōe positus, ut unus laborantibus Germanicę re-
 bus, sapiētia & officio subuenire sepe uoluerit, & non raro potuerit. Pacis
 etiā trāquillitatisq; studiosissimus fuit, nec unq̄, nisi lacesitus ad arma de-
 scendit. In secundis rebus, animū neq; extulit, neq; in aduersis remisit, sed
 moderatione & cōstātia usus est semper. Nescio p̄fectò an hoc uno, Sol
 iste uisibilis, ullū unq; meliorē aspexerit principē. Ita ille enim uitā institu-
 rat suā, ut nō iniuria cum quis ueterū Regū ac principū cōferre eum possi-
 mus, siue de iusticia cōtendas, siue de fortitudine, siue de honestate uitæ,
 de moderatione, de continentia, de magnitudine animi, de amicitia, offi-
 cioq; & liberalitate, siue de Impio, de repub, siue de re militari, in quibus
 tanta omniū bonorū admiratione excelluit, ut facile cū quis, de uirtutum
 numero certare ausit, lactent suo more Assyrii, suū illum Ninū, cū ipsoq;
 Sardanapalum si uelint suū, Latini uerò suos sibi habeāt: Ianum, Saturnū,
 Aneā, Ascanium, Albā, Syluiū q̄q; & Numitorē, Sint Medis in precio,
 Astiages, Cyaxares, & Arfaces. Placeāt sibi Romani in Numa Pompilio
 suo, in Tarquinijs, Scipiōibus, Fabijsq; suis. Commendēt Persæ, Darios
 Xerxes, Cambises, aliosq; suos, Macedones mirētur suos, Antigonū, De-
 metriū, Philippum & Alexandrū. Habēt & Gręci q̄s cōmendēt laudibus
 Themistoclē, Epaminundā, Cymonem, Ipsi q̄q; Galli, præter alios, suos
 prædicēt Pipinos, cū Clodoueos, tū Carolos. Germani unū Maximilianū
 opponimus, illis tot magnis, & alioqui p̄claris uirtutibus ornatissimis prin-
 cipibus, Illi etem q̄ una aut altera uirtutū p̄diti fuerunt cōmēdātur, noster
 uero ita uniuersas est cōplexus, ut quā cui anteponeere debeas planè nesci-
 as, Summa em̄ in ipso fuerunt omnia, prudētia, clemētia, doctriua, eloquē-
 tia, ut nobis p̄suadere possimus, Maximilianum Imp. omnium, suæ æta-
 tis, optimum fuisse uirū. Quare cum hæc ita se habeant, operæ precium
 esse ratus sum, si non aliunde quā ab optimo proponerem exemplar,
 ad cuius imaginem, cœlestium rerum studiosos remitterem, in quo tan-
 quam in tabula quadam omnes simul, quantum satis est, ad cognoscen-
 dos ex astris defluentes, in hæc inferiora loca terræ, effectus, & quali-
 tates conspicere liceret, ut sic edocti, omnes illas uarias, totius uitæ,
 cationes facillè & securè colligere possint. Nemo propterea pu-
 tet

tet stellas, ut prius quoque diximus, causas esse malorum, quemadmodum
 Deus, qui fons est bonorum omnium, neque credi, neque dici debet causa esse
 uiciorum, cum potius credi oporteat, quod naturales instinctus in nobis sint
 deprauati. Qui quod magis accenduntur ministerio hostis nostri Diaboli,
 hoc magis remoratur a bonis actionibus, deprauatae naturae animus. Ni-
 hil autem habet malus Demon commune cum caelo, cum tamen interim, neque
 naturae, neque uirium illius, penitus sit ignarus. unde & sedulo studet nos
 ab illa iucundissima ueritatis contemplatione abducere, praesertim cum omnia
 dura & aspera, quae saepe a stellis nobis promittuntur, oculis nostris obij-
 cere solet, quae tamen & ipsa prudentia ueritatem amantis uiri saepius molle-
 scunt, cōplananturque. Porro ut nullum est tam stabile regnum, cui non aliquan-
 do ruina immineat, aut tyrannus dominus, ita nulla est tam foelix gene-
 os cōstellatio, quae suo nato mala aliquando non portet innumera. Quo-
 circa ei, qui haec scire uelit exactissime, multa sunt exploranda, praeterquam quod
 scire debet, primum quid a Sole expectandum, quid a Luna, quid item a reli-
 quis planetis, quid quibus in locis minentur, aut promittant. Cōceptionis
 momentū, cōiunctionem quoque aut oppositionem Lunae & Solis, quae ante ho-
 minis ortum est facta. Haec enim ueritatem natiuitatis aperiunt. Proinde qui scite
 in hac disciplina exercentur, per motum Solis, ceterorum planetarum motus inue-
 niunt, atque metiuntur. Acceperunt autem cum Sole & Luna, ipsi etiam planetarum uni-
 uersae generationis imperium, id quod in demonstrationibus nostris, quas pas-
 sim in libris illis Natiuitatum adiecimus, commodissime cognoscere licet.

Haec autem tibi, illustrissime Princeps, qualiacumque uisa fuerint, placuit in-
 scribere, cum quod tuo praesidio, tuta futura confido a latratibus eorum, qui quod
 sunt indoctiores, hoc magis sunt rectis studiis infestiores hostes, tum quod hoc
 nullum Principi dignius, aut iucundius inueniri possit studium. Astrorum leges
 cui enim non utiles erunt? Momentum certe maximum praebet haec studia uere
 liberalia, rebus in mundo uniuersis. Nulla est etiam disciplina, quae non sit
 manca, sine astrorum cognitione. Habent Medici suas laudes, at huius no-
 strae admiculo destituti qui fuerint, ad arcem suae professionis, quomodo
 ascendere queat, non uideo. Neque hi, qui leges uel scribunt, uel dicunt alijs,
 si astrorum cognitione carerent, probantur a recte doctis hominibus. Poeta
 Virgilius, Astrorum leges ignorantem agricolam, ab ipsa etiam agrorum cultura
 quam longissime arcere non dubitauit. Et quae tandem est humana conditio, cui
 non utilis sit illa, toties a doctis laudata astrorum scientia? Accedit quod nulla
 alia magis uia, opificis rerum omnium Dei, potentia cum sapientia perspi-
 ci queat, quam siderum contemplatione, de quibus abunde multa in hisce
 meis libris inuenies, quae non dubito C. T. delectabunt mirifice, cum quod hu-
 mili scripta sunt stylo, & tanto negotio congruente, nam

Ornari res ipsa negat, contenta doceri.

Tum quod horum librorum lectione, mentem interim, in illa summa &
 beatissima uita, remotis procul curis prophanis uniuersis, pascere equidem
 securissime possis. Deus Opt. Max. C. T. ad ecclesiae suae, & rectorum stu-
 diorum laudem & conseruationem diu conseruare dignetur incolumem.
 Norimbergae, IIII, Kalendas Septembris, Anno XLV.

P R Æ F A T I O D.
PHILIPPI MELANTHONIS,
IN HOS DE IUDICIIS NATIVITATVM
Ioannis Schoneri libros.



VM INITIO BELLI PELOPO-
nesiaci Pericles instructa ingenti classe à
litore soluturus esset, in illo ipso articulo
cum in suam trirem ascendit, conspe-
cta est tanta Solis eclipsis, ut penè tene-
bræ nocturnæ medio die existerent, &
stellæ conspicerentur. Territus igitur tan-
quam prodigio gubernator, ut re qua
multitudo, nauigare recusauit. Hic Pe-
ricles seu uerè contemnens astrorum mi-
nas, seu simulans cōstantiam, ne langue-
faceret animos militu, pallio suo texit gubernatoris oculos, ac paulò post
remoto pallio, interrogat, num putet aliquid portēdi, quod oculi exiguo
tempore tecti fuerint, nec tamen læsi sint. Cum respondisset governa-
tor de pallio, nihil mali esse quod pallium paulisper admotum esset ocu-
lis. Ita, inquit Pericles, nec Soli, aut nature rerum aliquid mali accidisse, aut
significari putes, etiamsi Luna in eum incurrens paulisper conspectum
eius hominibus ademisset, ac soluere iubet, & bellum Græciæ inferre, exi-
ciale primum patriæ, deinde & uniuersæ reliquæ Græciæ. Opinor autem
multos esse, qui laudent hoc iudicium Periclis, Sed nimis tristes pœnas
uniuersa Græcia huius audacissimi iudicij dedit.

Cumq; omnium seculorum exemplis compertum sit, res tristes ac in-
signes ciuitatum, aut regnorum ruinas, quasi denunciari luminum cœles-
tium defectibus, seu obscuracione, ferrei animi est significationes diuini-
tus in natura ordinatas superbè ridere ac contemnere. Semper autē cum
de cæteris artibus quæ literis continentur, & de uitæ doctrina, imò etiam
de illo ipso doctrinæ genere in quo se Deus æternus pater Domini no-
stri Iesu Christi illustribus testimonijs patefecit, magnæ iudiciorū dissimi-
litudines fuerunt. Quare de artibus, non ex omniū exemplis qui eas con-
temnunt, sed ex firmis rationibus & testimonijs iudicandum est. Ac ut
de cæteris artibus non dicam. Duæ sunt partes doctrinæ de astris, qua-
rum altera certissimas leges motuum ostendit, altera *μαγική* seu Diuina-
trix monstrat siderum effectus, seu significationes. Etsi autem prior pars
ex manifestis demonstrationibus extructa est, & utilitatem hanc insignē
& omnibus notam continet, ut anni metas certas, & partium anni iustam
descriptionem, notatis æquinoctijs & Solsticijs teneamus: tamen eā mul-
ti aut stolidi, aut superbi aspernantur, & suis exemplis ab illa eruditissima
par

parte philosophiæ iuuentutem abducunt. Sed horum iudicia etiam diuinis testimonijs refutantur. Nam cum scriptum sit : Et erunt lumina in signa, tempora, dies, & annos, præcipitur certè aspectio & motuum obseruatio. Omitto cætera. De annis dicam, quorum rationem teneri Deus uoluit, ne retro cogitantes nulla rerum initia constituere possemus, uoluit sciri quæ doctrina primum reuelata sit, quo ordine promissiones propagatæ sint, uoluit sciri tempus quo filius Mediator missus est. Denicq; manifestum omnium historiarum in uita lumen esse temporum seriem. Hæc si magna & digna consideratione hominum ducimus, nequaquam aspernanda erit motuum doctrina.

Quamquam ego quidem nullos unquam Cyclopes tam feros fuisse puto, neq; ullam tam horridam barbariem, quæ non mensium & annorum interualla, & spacia notarit, & posteritati tradiderit. Turpissimum est igitur uiris doctis, qui ad gubernacula Reipub. sedent, has artes uituperare, & ab earum studijs bona ingenia abducere, cum quidem ipsa curia in maximarum rerum deliberationibus, iudicijs, & multis fori negocijs quotidie de utilitate doctrinæ de ratione annorum admoneat.

Cæterum bonæ mentes & si hanc utilitatem, quæ multo maior est, quam ut ullius eloquentia pro dignitate prædicari possit, ex hac doctrina expetant, tamen etiam eò certitudinem motuum considerant, ut in mentibus suis hanc sententiam confirmant. Hunc mundum & hanc totam rerum naturam non casu ortam esse, aut uolui, sed ab aliqua æterna mente architectatrice conditam esse. Id clarissime ostendit hic ipse ordo motuum perpetuus summa arte institutus. Nam casu orta non feruntur certis & æternis legibus, & ordine ad uitæ utilitatem accommodato, ac perpetuo. Hoc mirificum spectaculum ideo propositum est hominum mentibus, ut de Deo nos commonefaceret, quem ita prope monstrat, ut Paulus dicat, Penè manibus contrectari Deum posse ostendentem se nobis in hoc suo opificio.

Postremo, dignitatem doctrinæ de motibus eo maiorem esse sciamus, quia multas alias artes cõplectitur, & fons est Geographiæ, qua certè in uita cerere non possumus.

Sed uenio ad diuinatricem, quam multi homines docti magnis uoluminibus insectati sunt.

Est in manibus hominum farrago criminationum à Pico non scripta, sed excerpta ex uetustioribus commentarijs, qui ad huius diuinatricis reprehensionem multo ante collecti fuerunt. Hos refutarunt docti uiri Bellantius, & alij quidam, & multæ leues & ieiunæ cauillationes obijciuntur, quarum repetitio longa, & refutatio non necessaria est. Prudentes uerissimo Galeni iudicio contenti sint, qui de ipsis astrorum effectiõibus inquit: Sophisticum est manifestæ experientiæ uelle contradicere. Addit autem esse aliquas siderum ac luminis effectiões in elementis, & corporibus mixtis, plantis & animantibus manifesta experien-

PRAEFATIO D.

tia compertum est. Vt scimus ignem calidum esse, aquam humidam (Sic enim loquar exempli causa) sic scimus corpora à Sole calefieri, à Luna humectari: Saturni & Martis coniunctionem in Leone aëstus & siccitates facere: Lunæ & Iouis coniunctionem in Cancro, augere humores.

Hæc cum perpetua experientia palam testetur, non dubia sunt, nisi quis Sophisticè, ut Anaxagoras disputare uelit, Niuë atram esse. Cū igitur sint aliquæ effectiones astrorum, & earum animaduersio artem pepere- rit, non inanem esse hanc diuinatricem necesse est, sed metæ constituantur iam antea à Ptolemæo præscriptæ.

Lumen aduehit qualitates primas & proximas ex his ortas in alia cor- pora. De aere his annis multis certissima testimonia uidimus, quæ con- iunctiones & eclipses, aëstuum, quæ humiditatum magnarum causa fue- rint. Sed de homine dicamus.

Crasæ humanorum corporum & si multum sumunt à materia seu à femine, tamen certum est eas ualde temperari potestate siderum, ut nati paulò ante cōiunctionem cum Luna iam radijs Solis tegitur, longe sunt imbecilliores alijs. Rursus hi quibus fulgent magnæ Saturni & Iouis cō- iunctiones Crasim longè habent foeliciorem. Sed longum esset exempla persequi, quæ congruere uidebit quicuncq; aspicere ea uolet.

De his effectibus, id est temperamentis & inclinationibus, quæ co- mitantur temperamenta loquimur, non referimus ad sidera omnes om- nium hominum actiones & euentus. Vt igitur in Medica arte ex cog- nitione causarum, signorum, & effectuum ars exitit tum iudicandi, tum prædicendi multas corporum mutationes, & ea prædictio Physica, res concessa est, & aliena à superstitione, quia est aspectio diuinorum ope- rum, causarum, signorum, & effectuum: Ita in hac diuinatrice iudican- te ex siderum positu, causæ, signa, effectus aspiciuntur, & horum con- sideratio tantum est diuinorum operum aspectio. Quare & concessa est hæc ars, & aliena à superstitione. Sed non euagemur extra metas. Non affirmemus ea, quæ à potestate astrorum non oriuntur, nec miscea- mus sortes & illa genera diuinationum, quæ uocat Ptolemæus ἀνατιολό- γηται.

Postquam autem dictum est, temperamentum & inclinationes ab astris oriri, iam prudentes cogitent magnam quidem partem hæc initia actionum comitari, ut dicitur: Naturæ sequitur femina quiseq; suæ. Sed tamen cum sint tantum parciales causæ, actiones aliunde regi possunt. Ac necesse est eos qui disciplina quadam regere uitam & mores uolunt, scire triplices esse diuersissimas actionum humanarum causas. Vsitatiss- ima est uoluntas quæ aut assentitur, aut repugnat temperamentis: ut C. Cæsar repugnat iracundiæ, cum uictos principes in patriam re- uocat.

Alia causa principalis est Deus: ut cum accenditur David, ut prælietur cum Goliath. Hæc actio, & similes quales sunt piorum multæ, non cientur stellarum uiribus aut temperamentis. Sed sunt motus diuini, quos ideo diligenter considerari prodest, ut nos adsuefaciamus ad petendam à Deo gubernationem. Multæ sunt prauæ in omnibus inclinationes, & ut sint bonæ, tamen magna est hominum infirmitas, & errores, ac hallucinationes plurimæ. Quare opus est diuina gubernatione, ut in Psalmis subinde dicitur: Deduc me Domine in uia tua. Estq; sapientia necessaria bonis mentibus, scire Deum non alligatum esse ad causas secundas, sed liberrimè flectere mentes hominum ad salutaria consilia, etiam si naturæ inclinationes tetra minantur. Aspiciamus igitur nos ipsos, & nostros quos regere debemus, nec nos solos hanc nostram Argo gubernare posse arbitremur. Sed adiungamus nobis Deum rectorem, ut toties Deus ipse præcipit. Et Christus inquit: Quanto magis pater cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus.

Tertia actionum causa est Diabolus. Nam Neronis furores non à temperamento tantum oriuntur, ac innumerabiles homines bonis naturis præditi horribiliter in scelera ruunt, & opprimuntur tristissimis casibus, ut Saul, Oedipus, quorum facta & euentus non ad causas cœlestes referuntur, sed ad Diabolum.

Hanc causarum diuersitatem in uita profectò necesse est considerari, ut ubi natura conformanda sit, ubi reprimenda, quam ualde opus sit gubernatore Deo, & quanta uigilantia cauendæ sint insidiæ Diaboli, cogitemus. Hæc philosophia digna est bonis & doctis, & prodesse eam illi sciunt, qui eam utcunq; exercent.

Quid est disciplina honesta, nisi hæc diligentia regendæ uitæ, quæ nisi prospectis causis existere non potest. Vtilem igitur esse ad mores regendos hæc diuinatricem manifestum est, quæ naturæ inclinationes monstrat, ut bonæ excitentur arte, & uiciosi frenum iniiciatur. Nunc facilis est explicatio dicti Ieremiæ: A signis nolite timere. O dulcem consolationem Ecclesiæ, & omnibus Deum inuocantibus propositam. Non ait Ieremias: Nihil esse signa cœli, imò cum nominat signa, portendi aliquid adfirmat. Antequàm Hierosolyma euerfa est, quantum fuit prodigiorum, eclipsium, tristium coniunctionum? Hæc denunciabant excidiu illis miserrimis ciuitatibus. Et quanquam in hac infirmitate naturæ mentes sunt timidæ, & prodigijs mouentur, sæpe expauescebant eorum pectora & qui Deum uere colebant, tamen his consolationem Christus tradiderat, mansuram esse Ecclesiam, & habituram hospicia in a-

hjs locis,

PRAEFATIO D.

Sic Christus, cum praedicat horrendos tumultus orbis terrarum, & tristissimas ruinas Imperiorum, adiicit consolationem. Instat, inquit, redemptio uestra. Ac precari iubet, ut inter illas rerum humanarum confusiones seruemur.

Ita Ieremias, & si impendent magnae calamitates, tamen uult nos confirmatos uera agnitione & inuocatione Dei, expectare auxilium & liberationem.

Fatendum est esse res malas & saeuas mortem, euerfiones urbium, spectare neces coniugum, ac liberorum, abduci in exilia. Haec non sunt nihil. Et tamen pios ita oportet confirmatos esse, ne metu harum rerum cum aut impendent, aut sunt in conspectu frangantur. Sapientia est aspicere naturam suam, sed magis necessaria sapientia est rectorem Deum adiungere. Si quid mali aut astrorum positus, aut naturae inclinatio minuitur, sciamus Deum & posse & uelle moderari euentus, si ipsum uerè inuocemus. Sciendum est autem & quo ordine actiones suscipiendae sint. Non moueat bella Pompeius fretus astrorum positu, sed obtemperet uocationi. Et cum uocatio postulat arma capi, mandatum Dei omnibus terroribus anteferatur.

Relinquitur ergo hanc diuinatricem, doctrinam esse physicam, ac naturae aspectionem, in qua temperamenta, & inclinationes, quantum fieri potest, iudicantur, & ad causas coelestes referuntur, quas easdem res & medici considerant, sed referunt ad causas propiores, scilicet ad materiam. Saepe autem opus est utraque causas, propiores & remotiores aspici. Talis autem Physica naturae aspectio non est superstitiosa, cum sit consideratio diuinorum operum, quam docuit homines experientia, ut reliquam physicam, ut herbarum uires in medicando.

Basiliius in enarratione capituli de rerum creatione, siderum effectiones tollit hoc argumento. Si à sideribus uiciosae inclinationes, aut scelera orirentur, Deus causa esset humanorum uiciorum ac furorum. Haec ratiocinatio plausibilis uideri possit Ethnico. Nobis in Ecclesia doctorem augere debet, quod haec praestans natura, nequaquam uolente Deo, in has tantas arumnas se ipsa proiecerit. Si hominum natura mansisset integra, fulsisset in nobis lux diuina, gubernatrix omnium motuum, & Stellae in materia non contaminata alias actiones habuissent. At nunc in his sordibus infeliciores sunt actiones, & extincta est illa lux quae rexisset omnes humanos motus. Haec deploranda sunt in Basilij ratiocinatione, non deicienda de coelo sidera, & cogitandum quantum decus humana natura amiserit, quam triste malum sit peccatum, propter quod haec nostra temperamenta nunc belluinis similia sunt.

Ad hanc

Ad hanc autem responsionem, deinde hæc addenda est. Ne nunc quidem stellas scelerum causas esse, quia, etsi inclinationes ab eis oriuntur; tamen hæ non sunt integræ actionum causæ. Sed uoluntas præcipua causa est actionum, quæ quidem & potest, & debet frenare inclinationes. Non enim fatalem necessitatem cõstituimus, nec cogi Neronem à stellis ad tanta scelera dicimus. Sed accersiuit ipse sibi hos furores uolens, & indulgētem cupiditatibus, magis magisque incitauit Diabolus. Ac multo fit deterior Nero, quàm qualem natura quamuis infausta finxerat.

Nunc responsionem ad Basilij argumentum, uides non leuem comonefactionem esse de nostris miserijs, & ueris earum causis.

At obijciunt: Paucissimas esse demonstrationes de effectiõibus siderum. Socrates de uniuersa humana sapientia inquit, homines aut pauca, aut nihil scire, quorum alterum falsum est. Vult enim Deus aliquam in hominum mentibus lucem esse reliquam, noticias numerorum, figurarum, legum naturæ, phycas multas. Etsi autem magna est infirmitas humanæ mentis, & facilis hallucinatio, & multa errata; tamen illæ notitiæ quæ diuinitus monstratæ sunt, non sunt abijciendæ. Et aliarum paucarum notitiarum cum rectè euoluuntur, magna est amplitudo, ut in singulis artibus prudentes artifices magna cum admiratione diuinæ sapientiæ animaduertunt. Ita fateor de effectiõibus stellarum pauca esse demonstrationes, Sed tamen ex his ipsis, si euoluantur, si dextrè & prudenter ad uitam accommodentur, ualde multa iudicari possunt. At sæpe fallimur, sæpius etiam quàm in cæteris artibus. Fateor hoc quoque. Nec tamē ars nulla est. Quid est enim familiarius homini, quàm hallucinari ac errare? Sed manent tamē aliquæ ueræ notitiæ, quas alij magis, alij minus dextrè ad ea de quibus iudicant, accommodant. Et de futuris rebus etiam pauca prospicere, & utile & magnum est. Nec prorsus de nihilo dictum:

Qui sapit, ille animum fortunæ præparat omni,

Præuisumque potest arte leuare malum.

Hæc ærumnosa hominum natura præmitur ingentibus miserijs multo pluribus, quàm quas astra denunciant. Non igitur queramus philosophiam humanā, quæ depellat omnia pericula & mala, sicut nec mors tolli medicatione potest, imò nec morbi omnes pelli possunt. Agnoscamus nos esse massam peccati, ac propter iram Dei singulos & pœnas priorum lapsuum ferre, & publicarum miseriarum societate feriri. Et tamen cum accedit agnitio uera filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, experientur se præsidia uitæ maiora habere, quàm si Croesi opes, arces, & exercitus haberent.

Nec omnino uerum est Pindari dictum, qui Physicos ait *δέπην ἀτελήν κερσὸν σοφίας*. Non semper opitulantur artes. Imò multa sunt in multis artibus, nondum satis patefacta. Fruendum est tamen ea doctrina, quam Deus & conspici, & adminiculum aliquod uitæ esse uoluit.

Cum

Cum igitur hæc diuinatrix sit Physica quædam temperamētorum & inclinationum humanarum aspectio, & causarum cœlestium collatio, ex uera experientia extracta, ars est & concessa, & qua bonæ mentes benè uti possunt, ut medicis prædictionibus. Ideo utile est reliquias ueterum scriptorū in hoc genere seruari. Ac mihi clarissimus uir Ioannes Schonerus, quē ego penè solum hac nostra ætate artificē in hoc genere esse, uerè confirmare possum, utilissimam operam præstitisse uidetur, quòd & ab alijs tradita, & à se longo usu obseruata in unum corpus coëgit, & tanquam dissipatas ædificij partes bellissime extruxit, ut tota ars sine magno negotio à studiosis perdisci possit. Etsi enim, ut solet, alia præcepta alijs sunt firmiora, tamen prudentes delectum adhibere poterunt. Nec sua laude ideo Schonerus priuari debet, qui insigni hoc suo labore id egit, ne ars tota, & magna pars ueræ physices interiret. Hæc igitur bonis, studiosis, amantibus philosophiæ, & uniuersæ doctrinæ, de motibus & effectibus cœlestibus eduntur. Hi legant, & sese ad amorem omnium bonarum artium, & ad cogitationem de diuersis causis actionum humanarum, & de tota gubernatione uitæ exuscitet, & naturæ infirmitatem contemplantes, confugiant ad Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, & huius mediatoris fiducia petant, ut diuinitus regamur & defendamur.

τελοῦ

**LIBER PRIMVS DE IVDI-
cijs Natiuitatum, D. Ioannis Schoneri Carolostadij, Profes-
soris diuinæ Matheseos, in celebri Germaniæ Norim-
berga, in quo tractantur hæc Capita.**

Caput I.	Generalia quædam ante iudicium natiuitatis consideranda.
II.	De parentibus nati, & esse eorum.
III.	De fratribus & sororibus nati.
IIII.	De his qui non creuerunt.
V.	De forma, figura, & constitutione corporis.
VI.	De impedimentis & infirmitatibus accidentibus corpori nati.
VII.	De qualitatibus animæ nati.
VIII.	De impedimentis animæ.
IX.	De fortuna nati & substantia.
X.	De honore ac dignitate nati.
XI.	De misterio nati, & eius opere.
XII.	De coniugijs.
XIII.	De liberis eorumq; habitudine ad parentes.
XIIII.	De amicitijs & inimicitijs nati.
XV.	De peregrinationibus & itineribus nati.
XVI.	De qualitatibus mortis nati.

CAPVT PRIMVM.

Genera

GENERALIA

QVÆDAM ANTE IVDICI
VM NATIVITATIS CONSIDERANDA.



SOLENT OMNES IN HOC ESSE concordēs Astrologi, quòd ex figura & dispositione cœli, quæ est hora exitus infantis de utero, possint ea quæ à natura futura sunt, illi qui tunc nascetur, prævideri. Quare pro uera figura inuenienda, antiquiores uarias excogitauerunt regulas. Nam quidam uoluerunt ut Ptolemæus & alij, quòd Almuten loci Coniunctionis uel Oppositionis immediate præcedentis natiuitatem, sit tantæ fortitudinis & potentia, ut omnia quæ in eodem mense fiunt, ad illius dominum referenda sint. Quare Messahala rerum cœlestium antiquissimus scriptor, quando dominum Coniunctionis uel Oppositionis immediate natiuitatem præcedentis, in figura quæstionis alicuius propositæ, inueniebat in aliquo angulo, maxime cum aliqua dignitate, ipsum accipiebat pro significatore, & non aliud, nam hoc erat unum ex secretis eius. Quare etiam in hoc casu intentio Ptolemæi fuit, quòd si præcisum Ascendens natiuitatis haberi non possit, quòd illud per Animodar perquiremus. Nam per illud inuenimus unum gradum ascendentis, qui multum conformis erit partui naturali post uerum gradum ascendentis, si ipse scilicet per Animodar non sit ille; qui gradus inuentus, habet similitudinem cum numero Almuten regulatore, ratione motus. Insuper alij, ut Hermes unus uoluit, quòd hora natiuitatis, quam uocant principium secundum, colligata sit naturaliter cum hora conceptionis, quam uocant principium primum, propterea quòd natura cum secundum qualitates primi principij operando foetum compleuerit, cogat infantem exire in ea hora, que sit similis, & conueniens horæ principij primi. Hinc dixit: Quòd locus Lunæ in hora casus spermatis, sit Ascendens in natiuitate, & in eo loco, qui erat Ascendens in conceptione, reperiatur Luna in natiuitate. Volenti igitur ordiri iudicium, necesse est horam adæquare. Sunt autem duo modi positi à Ptolemæo, primus per Animodar, ut in Quadripartito. Secundus per Trutinam Hermetis, ut in Centiloquio. De quibus uide sequentiã.

¶ Modus inuestigandi uerum gradum Ascendentis per Animodar.





BLATVM tempus natiuitatis, uocamus æstimatam natiuitatem, si per instrumenta correctissima non fuerit obseruatum & inquisitum. Si hoc tempus per Animodar Ptolemæi uerificare uolueris. Erige primo figuram cœlestem ad tempus oblatum, & si horam natiuitatis præcellerit coniunctio luminarium, uide diligenter quis planetarum plures dignitates essentielles in gradu illius Coniunctionis habuerit, & gradum & minutum eiusdem planetæ, in quo inuenitur tempore natiuitatis, collocabis in Ascendente, si ei proximior fuerit secundum quantitatem discretam, siue Arithmeticam. Aut in Medio cœli, si numerus graduum & minutorum illius planetæ propior fuerit gradibus Medij cœli quam Ascendentis. Deinde absolue figuram ita rectificatam per Animodar. Si uero diem natiuitatis oblatum immediate præcederet plenilunium, sumito gradum luminaris tunc progredientis supra terram, & uide tum quis planetarum, potiores in eo loco habuerit dignitates essentielles

A tiales

DE RECTIFICATIONE

riales. Deinde ad instar planetæ habentis in loco Oppositionis plures prærogati-
 uas, rectificato figuram cœlestem, ueluti iam didiceras, eritq; per Animodar exami-
 nata. Nā isto modo uerificauerūt Ptolemæus, Abrahamus, Auenezre, Omar & alij,
 & nō secundum quantitatem continuam siue Geometricam, ut Alchabitius uoluit.
 Accipe huius hoc exemplū: Quidam magnificus dominus natus fuit anno Domi-
 ni 1459 currente die 22 Martij à meridie horis 4, minutis 49, non æquatis die-
 bus. Sed æquatis diebus, à meridie horis 5. cuius figura æstimatiua hic ponitur.



Hanc

Hanc natiuitatem immediate præcessit oppositio luminarium, quæ fuit anno fluente 1459. die 18 Martij, à meridie horis 18. minutis 4. & fuit diurna, & locus Solis supra terram in 7 gradu 18 minuto Arietis, Victor siue Almuten in loco Oppositionis fuit Sol. Quære igitur uerum locum Solis ad tempus natiuitatis oblatum, qui reperitur in gradu 10. minuto 40 Arietis. Hic tamen notandum, quòd si contingeret Lunam esse uictricem, quærendus erit locus eius uerus, diebus æquatis, quocunq; autem reliquorum planetarum uictrix existente, non oportebit locum eius quære æquatis diebus. Causa huius est tarditas motuum, qui non sinit in tempore 31 minutorum (scilicet maxime æquationis dierum) accidere errorem dignum emendatione. Numerus itaq; graduū Solis uictoris, similior et uicinior est gradui Mediū cæli æstimatiuæ natiuitatis quàm Ascendentis, quamobrem secundum præceptum artis, Mediū cæli est constituendum simile gradibus & minutis Solis, hoc est, in Medio cæli tubemur ponere 10 gra. 40 minu. Geminorum, & secundum hunc erigere figuram, & erit per Animodar iustificata. Notandū tamen quòd uia Animodar hic locum non habet, eò quòd Medium cæli deberet esse 10 gra. 40 minut. Geminorum, quare examinanda erit per Trutinam Hermetis.

¶ Secunda uia indagandi uerum Ascendens per Trutinam Hermetis.



ID E diligenter locum Lunæ hora æstimatæ natiuitatis, & si tunc ante natiuitatem per aliquot dies Venus uel Mercurius, fuerint in tali loco Lunæ, habueritq; tunc Luna in loco Veneris uel Mercurij potestatem, feceritq; cum aliquo eorum quadratum aspectum: Scias tunc infantem egressum uterum matris per dies 7. ante moram ueram. Nam Venus & Mercurius maturant opus Lunæ. Vide etiam ad Martem, & ad locum Lunæ hora conceptionis. Nam si fuerit Luna in Martis domo, termino uel exaltatione, & quòd tunc Luna Marti cõiungitur, tunc natus fuit egressus ante complementum moræ. Quòd si aliquem istorum modorū in aliqua genitura inueneris, tunc mora in tali genitura, erit omittenda, & recurrendum erit ad Animodar. Sed pro Trutina, uide primo locum Lunæ, per quem uide eius distantiam, uel ab angulo Orientis, uel Occidentis, ut res ipsa postulabit, scilicet à gradu cum quo Luna oritur uel occidit. Nam si Luna tunc supra terram fuerit, eam distantiam quære in tabula Morarū sequenti, & inuenies dies moræ, in priori quidem ordine numerorum. Si Luna sub terra fuerit, aut in ultima linea tabellæ, si tempore natiuitatis supra terram extiterit. Notandum tamen, quòd tales moræ, etiã si diuersæ fuerint, nos solū ducunt ad propinquitatē diei, uel temporis remotæ cõceptionis. Eam morā subduc à tempore natiuitatis, uel eandem numeram à tempore natiuitatis retro, bisextū tamen præcauendo, & ubi numerus dierū terminatur, ibi erit dies cõceptionis æstimatæ, in qua si tunc Luna reperitur in signo Ascendentis natiuitatis æstimatæ, uel in opposito eiusdē cū numero tamen graduū maxime minori, quoniã tunc recte operatus es, alioqui locus Lunæ ad diē ulteriore quærendus erit. Nam in tali casu per unū uel duos dies antecedere ne timeas, quousq; locum Lunæ proxime minorem ascendente natiuitatis æstimatæ inuenieris, quæ erit dies conceptionis, quoniam sic uera natiuitas, æstimatam præcedet. Sunt tamen qui hoc idem etiam indifferenter de sequentibus accipiunt diebus, & sic secundum illum sequentem locum Lunæ proximiorē, natiuitas uerificata, sequeretur æstimatam, quod uerissimile minime censebitur. Nam obstetrices & assistentes partui, bona noua parenti pronunciant post abruptionem cotilidonum, & perfectam infantium mundationem, & raro in uera natiuitate, quæ est dum foetus

est medius extra, & medius adhuc in utero materno. Quare ut communiter uera natiuitas præcedit illam ab obstetricibus datam.

Tabula morę foetus in utero matris.

S.	g.	dies		dies	
0	0	273	media	258	minor
0	12	274		259	
0	24	275		260	
1	6	276		261	
1	18	277		262	
2	0	278		263	
2	12	279		264	
2	24	280		265	
3	6	281		266	
3	18	282		267	
4	0	283		268	
4	12	284		269	
4	24	285		270	
5	6	286		271	
5	18	287		272	
5	29	288	maior	273	media
D sub terra ab ascendēte.			D supra terrā à septima.		

Locus Solis meridiei conceptionis 3. 17 Cancrī, Ascensio recta eiusdem loci à Capricorno numerata 183. 35. Differentia harum Ascensionum rectarum gra. minut.

62 6. faciunt horas 4. minuta 8.

Fuit igitur conceptio anno 1458 currente, die 17 Iunij à meridie horis 4. minutis 8. Huius temporis fuit locus Lunæ uerus graduum 18. minutorum 4. Virginis, Ascendens natiuitatis per Trutinam Hermetis examinatum. Illud quidem indicat Trutina Hermetis, uerum cum dixerunt obstetrices in contactu quintæ natum fuisse, quid facias? an Trutinam sequaris, an certam relationem? Item secundum uiam Animodar, Ascendens deberet esse 15 Virginis, & Mediū cœli 10 gra. 40 mi. Geminorū. Magis itaq; concordant Trutina & Animodar inter se, quam cū relatione alterum eorū. Sic secundum relationem natiuitas fuit hora quinta; secundum Trutinam, hora 4. minut. 8. Secundū Animodar hora 3. minuto 59. Ecce Animodar ferè quadrat Trutinæ, quare neq; Trutinæ, neq; Animodar adhærebo, sed potius relationi certę. Si autem posses habere tempus præcisum, accipiendo altitudinem Solis, uel alicuius stellæ cum instrumento correctissimo, nihil esset melius. Quod si hoc fieri nequit, habeas tempus æstimatum propinquissimum, & quanto propinquius, tanto melius. Caueas etiam à principijs & finibus signorum, quando cadunt ad Ascendens, quoniam hora æstimata, potest esse post tempus uerum, & sic ascenderet forte principium signi, ubi tempore præciso, ascendebat finis alterius

rius

Horam autem conceptionis ita inuenies; Subtrahe ascensionem rectam Solis meridiei conceptionis à Capricorno inchoantem, ab ascensione obliqua Lunæ natiuitatis æstimatæ ab Ariete, & relictum conuerte in horas & minuta, & prodibunt horæ conceptionis. Ad illud tempus conceptionis sic inuentum, quære uerum locū Lunæ, qui erit gradus uerus ascendentis natiuitatis, & gradus ascendentis hora conceptionis, erit uerus locus Lunæ in genitura. Exemplo isto, clarius rem intelliges; In præcedenti æstimatiua natiuitate, inuenta est Luna in 18 gradu Scorpionis, in tertia domo. Distantia eius ab angulo orientis, sub terra, iuxta eius latitudinem, fuit graduum 48 ferè, id est, Signum 1. cum 18 gradibus, quare mora eius in utero materno fuit dierum 277, quæ retro numerata, ducit me ad diem 17 Iunij, Anni currentis 1458.

¶ Pro hora conceptionis.

Locus Lunæ natiuitatis æstimatæ est 18 Scorpionis, eius gradus ascensio obliqua ab Ariete 245. 41.

rius signi, & tamen Almuten ostenderet tibi ponere signū Ascendentis æstima-
tæ natiuitatis, ubi deberes ponere signū præcedens, Et sic in hoc casu, posses erra-
re. Ideo bene te informabis de tempore & signo, Nam si errabis in 4 minutis tem-
poris, errabis quoq; in directionibus significatorum per annum unum integrum.

¶ Tertius ac certior modus idem inueniendi, per accidentia nati.



GO uero cum nō multum tribuam prædictis modis uerificandi geni-
turas (nam eos plus inueni habere erroris quā certitudinis) in hunc
modum procedo. Cum enim mihi relatum fuerit tempus alicuius nati-
uitatis, primum constituo eiusdem temporis figuram cœlestem, cum
impositione locorum planetarum. Deinde diligenter exploro annos
& dies, quibus tali nato aduersa in corpore suo acciderant. Quibus cognitis, quæ *Transitus*
ro in Ephemeridibus an aliqua ex infortunis tali die, quo illi accidit corporis ad- *malefica-*
uersitas, feriat gradum Ascendentis talis erectæ figuræ per transitum corporalem *rum stella-*
eius, uel per radium eius maleficum, uel prope. Quod si sic contigerit, dico gradum *rum super*
& minutum talis infortunæ fore Ascendens uerum natiuitatis. Hoc tamen sum *Ascendens*
me notabis, quod Saturnus per transitum corporalem, uel per quadratum, uel op- *natiuitatis*
positum suum, faciet secundum sui naturam melancholicas tam mentis, quā cor-
poris cogitationes, uel etiam infirmitates Saturninas. Si autem Mars transitum
fecerit super Ascendens genituræ, facit iracundum animum, dat uulnera, combusti-
ones, aut Martiales infirmitates &c. Examino etiam transitum domini Ascen-
dentis, atq; Almuten natiuitatis, quando meant per loca infortunarum, uel per
eorū radios maleuolos talis genituræ. Sunt tamē accidentia quædam corporis, *Profectio-*
quæ nō per transitus super Ascendens, sed per profectioes, uel per directiones si *nes*
gnificatorum ad promissores contingere possunt. Per ea enim quæ per profectio-
nes annuas fiunt, tali uia soleo procedere. Primum uideo diligenter an etiam
profectio annua Ascendentis genituræ propositæ, anno scilicet accidentis, posset
pertingere ad corpus uel radios malignos, alicuius infortunæ. Quod si sic euene-
rit, numerabo dies intermedios, inter diem natiuitatis & diem accidentis. Deinde
hos dies intermedios extendo per sex, id est, duco in sex, & fient sextæ dierū. Has
sextas dierum diuido demum per 73. (nam 73 sextæ dierum, faciunt unum gra-
dum in annuis profectioibus.) & proueniens, ostendit gradus, & remanens mi-
nuta. Hos gradus & minuta, subtraho à loco promissoris accidentis, & remanebit
uerus gradus, & minutum Ascendentis genituræ propositæ.

Exemplum meæ genituræ: Ego fui natus Anno 1477 labente die 16 Janu-
arij, à meridie 11 horis, in latitudine 50 graduū, iuxta annotationem scripti pñ mei
genitoris, ac relationem charissimæ matris, anno autem ætatis meæ 58 completo,
die prima Ianuarij, feci casum lætalem ab alto, cuius casus causa fuit Saturnus re-
trogradus in Leone in decima domo meæ genituræ. Per hunc casum notabilem,
(qui ita ex radice processit) uolui examinare gradū Ascendentis natiuitatis meæ.
Vidi enim quod tali anno fuit profectio annua Ascendētis ad Cancrum, & antea-
quā completeretur annus, pertingebat profectio talis ad signum Leonis, in quo fu-
it Saturnus in radice natiuitatis meæ. Numeravi ergo primos dies intermedios à
die natiuitatis meæ in diem primum Ianuarij, scilicet accidentis, & reperi dies 349
qui per sex ducti, faciunt 2094 sextas scilicet dierum. Hos diuisi per 73 sextas, &
uenerunt gradus 28. minuta 50. quos subduxi à loco promissoris accidentis ge-
nituræ meæ, scilicet à S. 4. gra. 20. mi. 32. loci Saturni, & residuauī gradus 21. mi.
42 ferē, qui sunt gradus ueri ascendētis scilicet Libræ natiuitatis meæ.

Pro uerificatione uero natiuitatis meæ per directionem Ascendentis ad infor- *Directioes*

DE PROIECTIONE

tunia, uel radios eorum malignos, tali ordine procedo. Quæro primo Ascensionē obliquam promissoris accidentis pro latitudine regionis. Et ab ea detraho gradus & minuta, qui debentur annis & diebus completis à natiuitate, usq; in annum & diem accidentis (nam quilibet annus ualet gradum unum & sex dies, minutum unum in directionibus) & id quod remanserit, erit ascensio obliqua ascendentis ueri. Eam ascensionem obliquam, mitto in tabulam ascensionum obliquarū eiusdem regionis, & inuenio uerum gradum ascendentis natiuitatis talis. Exemplo accipe, Anno ætatis meæ 40 completo cum diebus 192 completis, fui ualde scabiosus, ulcerosus & apostematibus, ac uarijs turbationibus melancholicis molestatus, quod erat notabile accidens de significatis Saturni. Circa hoc etiam tempus passus fui febres periculosas, quare diligenter examinaui directionem gradus ascendētis natiuitatis meæ ad infortunas illo eodem anno, & reperi, quod circa hos dies, applicuit directio ascendentis ad quadraturā Saturni, quæ fuit in 20 gra. 32 mi. Scorpiōnis. Huius ascensio obliqua 250. gr. 46. m. Ab hac subtraxi propter 40 annos & 192 dies, grad. 40, min. 32, & residuaui 210. gr. 14. m. Ascensio obliqua ueri ascendentis, quæ ostendebat mihi 21. gra. 40 mi. ferè Libræ Ascendens uerum natiuitatis. Sic quoq; age cum alijs significatoribus & promissoribus pro suis accidentibus.

¶ De proiectione partium natiuitatis.



PRO faciliori partium natiuitatis proiectione, resolue loca à quibus partes iubentur projici, etiam loca ad quæ partes hæc projiciuntur ad numeros signorum, graduum, & minorum, ut in prius proposita natiuitate fuit Saturnus in 8 gradu, & 31 minut, Capricorni, Resolue sic,

¶ Loca resoluta.

	S.	G.	M.
♄	9	8	31
♃	5	22	10
♂	4	11	40
☉	0	10	40
♀	0	28	0
♁	0	17	45
☽	7	18	8
♁	0	0	0
♂	0	7	18
⊕	1	3	28
♁	10	18	32
♁	4	23	50
Ascēdēs	5	26	0
Secunda	6	19	0
Octaua	0	19	0
Nona	1	17	0
Med. cœli	2	25	0
Duodeci.	5	3	0
15	3	15	0

Diurna genitura

9 Signa, 8 grad. 31 minut. Sic etiam resolue singula hic apposita loca. Quibus ita resolutis: Subtrahæ locum à quo in quem, ut exempli causa; Pars uitæ projicitur in hac diurna genitura à loue in Saturnum, id est, locus Iouis subtrahitur à loco Saturni, & projicitur ab ascendente, ut sic:

	S.	G.	M.
Locus	♄	9	8
Locus	♃	5	22
Diff. & dist. inter 4 & 3		16	21
		26	0
		gra.	ascē.

A principio m̄ sig. ascē. 4 12 21
Fuit igit pars uitæ in 12 21 20

Sequuntur partes siue sortes huius propositæ natiuitatis.

¶ Partes primæ domus.

Pars uitæ, sumitur in diurna genitura à loue in Saturnum. Nocte econtra, & projicitur ab ascendente 12. 21 20

Pars Hylech, à gradu Coniunctionis uel Oppositionis præcedentis in gradum & minutum Lunæ, & projicitur ab ascendente Pars

positionis præcedentis in gradum & minutum Lunæ, & projicitur ab ascendente 6. 50 8

Pars futurorum ☽, Celati uel Solis, die à Lunæ in Solem. Nocte econtra ab ascendente	18	32	♂
Pars dilectionis, concordie, stabilitatis, fiducia, amoris, Veneris. Die à ☽ in ☽. Nocte econtra, & proijcitur ab ascendente	11	4	♀
Pars audacia, ualetudinis, animositatis, Martis. Die à Marte in ☽. Nocte econtra, & proijcitur ab ascendente	17	49	♂

☾ Secundæ domus partes.

Pars fortunæ ☽. Die à Sole in Lunam. Nocte econtra, proijciturq; ab ascendente, Ptolemæus sumit partem hanc semper à Sole in Lunam	3	28	♂
Pars substantiæ, sumitur die ac nocte à domino domus substantiæ in cuspidem secundæ domus, & proijcitur ab ascendente	17	0	♂

☾ Tertiæ domus partes.

Pars fratrum, die à Saturno in Iouem. Nocte econtra ab ascendente	9	39	♂
Pars beneuolentiæ fratrum, proijcitur in die à Sole in Saturnum. Nocte econtra ab ascendente. Sed si Saturnus fuerit sub radijs Solis, die à Sole in Iouem. Nocte econtra, ab ascendente residuum numerando	23	51	♂

☾ Quartæ domus partes.

Pars patris, die à Sole in Saturnum. Nocte econtra, & proijcitur ab Ascendente	23	51	♂
Pars mortis patris, idem est cum parte fratrum.	9	39	♂
Pars hæreditatum, possessionum. Die & nocte à Saturno in Lunam, & proijcitur ab ascendente	5	37	♂

☾ Quintæ domus partes.

Pars filiorum, est etiam pars uitæ	12	21	♂
Pars temporis filij, quando fieri debeat, & numeri eorum utriusq; sexus, accipitur die ac nocte à Marte in Iouem, & proijcitur ab ascendente	6	30	♂

☾ Sextæ domus partes.

Pars Azemene, infirmitatis inseparabilis. Die à Saturno in Martem. Nocte econtra, & proijcitur ab Ascendente	29	9	♂
Pars seruorum, legis. Die à Mercurio in Lunam. Nocte econtra ab ascendente proiecta	26	23	♂
Pars bestiarum equitandarum à domino duodecimæ in domum duodecimam, ab ascendente	11	15	♂

☾ Septimæ domus partes.

Pars coniugij uirorum, die ac nocte à Sole in Venerem ab ascendente proiecta	13	20	♂
Pars coniugij mulierum secundum Hermem, die ac nocte à Venere in Saturnum ab ascendente	0	0	♂

Pars

DE RECTIFICATIONE

Pars fasciux, die à Venere in Caudam draconis. Nocte econtra, & projicitur à Sole 21 50 ♃

¶ Octauæ domus partes.

Pars mortis, die ac nocte à Luna in gradum & minutum octauæ domus, & projicitur à Saturno 9 23 ♄

Pars planetæ interficientis, die à domino gradus ascendentis in Lunam. Nocte econtra, ab ascendente projicitur 26 23 ♃

Pars anni quo timetur mors aut impedimentum paupertatis, destructionis. Die ac nocte à Saturno in gradum domini domus coniunctionis uel oppositionis præcedentis natiuitatem, & projicitur ab ascendente 28 9 ♃

¶ Nonæ domus partes.

Pars religionis, die à Luna in Mercuriũ. Nocte econtra ab ascēdēte 25 37 ♀

Pars itinerum per terram, die ac nocte à domino domus nonæ, in gradum & minutum nonæ, ab ascendente 15 0 ♀

Pars itinerum per aquam, die à Saturno in decimumquintum gradum Cancrī. Nocte econtra, ab ascendente 2 29 ♃

¶ Decimæ domus partes.

Pars regni uel regis, est eadem cum parte hæreditatum 5 37 ♃

Pars operis & magisterij, die ac nocte à Sole in gradum Mediꝝ cœli, & ab ascendente proiecta 10 20 ♃

Pars fœlicitatis & profectus, die à ☉ in Iouem. Nocte econtra ab ascendente 14 42 ♀

Pars matris, die à Venere in Lunam. Nocte econtra ab ascendente 16 8 ♃

¶ Undecimæ domus partes.

Pars amicorum, die ac nocte à Luna in Mercurium, & proiecta ab abscondente 25 37 ♀

¶ Duodecimæ domus partes.

Pars inimicorum, die & nocte à domino domus inimicorum, in gradum & minutum domus duodecimæ, & projice ab ascendente 11 15 ♀

Pars contentionis & inuidiæ, die à Marte in Solem. Nocte econtra, ab abscondente 25 0 ♃

¶ Dodecathemorion planetæ alicuius inuenire.



INTRA tabulam sequentē cū gradu planetæ, & ex eius directo accipe signa & gradus, quæ extra scribe ad partem. Deinde intra etiã cū minutis planetæ ad tabulam minorum, & ex directo eorum accipe gradus & minuta, quæ sub alijs scribe, quodlibet sub suo genere. Deinde adde etiã illis signa, gradus, & minuta ipsius planetæ, cuius Dodecathemorion quæris, quodlibet suo generi, sicut fit in medijs motibus colligendis

DE PROIECTIONE PARTIVM NATIVITATIS V

dis. Deinde signa & gradus sic collecta, projice à principio signi Arietis, & ubi numerus finitur, ibi erit Dodecathemorion illius planetae. Vel si placet, uide quantum transiit planeta de signo in quo est, & numerum graduum & minutorum illorum multiplica per 12. & super numerum productum, adde numerum graduum & minutorum, quos in 12 multiplicasti, & collectum projice ab initio signi, in quo est planeta, dando unicuique signo 30 gradus. Et ubi finitus fuerit numerus, ibi erit Dodecathemorion. Exemplo accipe: Volo Dodecathemorion Saturni propositae natiuitatis, cuius locus est 8 grad. 51 minut. Capricorni.

Tabula graduum.

G. planetę	S. gra	G. planetę	S. gr.
1	0 12	16	6 12
2	0 24	17	6 24
3	1 6	18	7 6
4	1 18	19	7 18
5	2 0	20	8 0
6	2 12	21	8 12
7	2 24	22	8 24
8	3 6	23	9 6
9	3 18	24	9 18
10	4 0	25	10 0
11	4 12	26	10 12
12	4 24	27	10 24
13	5 6	28	11 6
14	5 18	29	11 18
15	6 0	30	12 0

Tabula minutorum.

planetę	g. m.	planetę	g. m.	planetę	g. m.	planetę	g. m.
1	0 12	16	3 12	31	6 12	46	9 12
2	0 24	17	3 24	32	6 24	47	9 24
3	0 36	18	3 36	33	6 36	48	9 36
4	0 48	19	3 48	34	6 48	49	9 48
5	1 0	20	4 0	35	7 0	50	10 0
6	1 12	21	4 12	36	7 12	51	10 12
7	1 24	22	4 24	37	7 24	52	10 24
8	1 36	23	4 36	38	7 36	53	10 36
9	1 48	24	4 48	39	7 48	54	10 48
10	2 0	25	5 0	40	8 0	55	11 0
11	2 12	26	5 12	41	8 12	56	11 12
12	2 24	27	5 24	42	8 24	57	11 24
13	2 36	28	5 36	43	8 36	58	11 36
14	2 48	29	5 48	44	8 48	59	11 48
15	3 0	30	6 0	45	9 0	60	12 0

Sig.	grad.	minut.
3	6	0
	6	12
9	8	31
9	20	43

Ex 8 gradibus Saturni.

Ex 31 minutis Saturni.

Locus Saturni radiceis.

Dodecathemorion Saturni, fuit igitur Dodecathemorion Saturni in grad. 20, mi. 43 Arietis.

Dodecathemoria planetarum natiuitatis propositae ita fuerit

Gr. Mi.

♄	20	43	♈
♃	18	10	♈
♂	1	40	♈
♁	18	40	♈
♆	4	0	♈
♅	20	45	♈
♄	25	44	♈

B Noue


¶ Nouenarias planetarum extrahere.



VAERE signum planetæ ad leuam huius tabulæ, gradus uero & minuta eius in capite tabulæ, & in angulo communi inuenies, in cuius planetæ Nouenaria est talis planeta.

Gradus 0	3	6	10	13	16	20	23	26	30
Minuta 0	20	40	0	20	40	0	20	40	0
♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋

Notandum tamen quòd dominus Anaube luminaris, est in die dominus Nouenæ Solis. In nocte dominus Nouenæ Lunæ. Dominus igitur Anaube luminaris, cuius fuit auctoritas, in hac proposita genitura, est Luna.



¶ Antistias determinare.



HANC rem quare apud Iulium Firmicum, uel in Isagogis Astrologiæ iudiciariæ nostræ. Fuerunt autem Antistia nostræ genituræ propositæ ita:

Saturnus	22	29	Sagitarij.
Iupiter	8	50	Arietis.
Mars	19	20	Tauri.
Sol	20	20	Virginis.
Venus	2	0	Virginis.
Mercurius	13	15	Virginis.
Luna	12	52	Aquarij.

His sicrite examinatis, extrahe à tabulis Directionum M. Ioannis de Montenegro, radiationes planetarum iuxta præceptum problematis tricessimiprimi & ultimi. Vel etiam consule Canonem nostrum ultimum in Globum stelliferum. Et adiunge prædictis tabulam Radiationum atq; aspectuum omnium locorum natiuitatis propositæ, in hunc qui sequitur ordinem, & uidebis in ea tanquam in speculo, omnes radiationes ac aspectus omnium locorum huius genituræ.

Tabula

Tabula dignitatū in locis planetarū ppositę natiuitatis.

Tabula dignitatum essentialium in Cuspibus duodecim domorum cœli.

	do.	ex.	triplic.	ter.	fac.	dñs	alm
† 9 ♃	†	♂	♂	♀	†	♂	♂
♂ 23 ♃	♀	♀	♂	♀	†	♂	♀
♂ 12 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♂ 11 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♂ 28 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♀ 18 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♂ 19 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♂ 24 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
♂ 24 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂

	do.	ex.	triplic.	ter.	fac.	dñs	alm
Ascēdēs 26 ♃	♀	♀	♂	♀	♂	♀	♀
Secūda 19 ♃	♀	†	†	♀	♂	♀	†
Terttia 17 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
Quarta 25 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
Quinta 3 ♃	♂	♂	♂	♀	♀	♂	♂
Sexta 3 ♃	♂	♀	♀	♂	♂	♂	♀
Septima 26 ♃	♂	♀	♀	♂	♂	♂	♀
Octaua 19 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
Nona. 17 ♃	♂	♂	♂	♀	♂	♀	♂
Decima 25 ♃	♀	♂	♂	♀	♂	♀	♀
Vndeci. 3 ♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂
Duode. 3 ♃	♀	♀	♂	♀	♂	♀	♀

De fortitudine uel fortunio, ac debilitate uel infortunio planetarum.



R D O nunc exigit, ut diligenter examines qui ex planetis in radice natiuitatis fortes uel debiles sint. In hac re Ioannem Hispalensem sequēdo quinq; considerabis. Primum an planeta sit combustus, an nō. Secundum, an sit directus, an non, seu uelox aut tardus. Tertium, an sit in aliqua suarum dignitatum, ut Domicilio, Exaltatione, Triplicitate, Termine uel Facie. Quartum, an sit in malo aspectu infortuniarum, uel in bono aspectu fortuniarum, an non. Quintum & ultimum, quomodo sit collocatus in figura cœli, an sit in Angulo, Succedenti uel Cadenti.

Fortitudo & debilitates planetarum ppositę natiuitatis.

- Saturnus { In angulo, in domicilio suo directus } fortunatus & fortis.
- { In quadrato Solis }
- Iuppiter { In angulo } debilis & infortunatus.
- { Peregrinus, retrogradus }
- Mars { In succedenti, directus, in trino Solis receptus } fortunatus.
- { Peregrinus }
- Sol in angulo, in exaltatione, a Marte receptus, fortis est.
- Venus { In facie sua } debilis est.
- { Retrograda, in octaua }
- Mercurius { In angulo, termino suo } debilis iudicatur.
- { Combustus, retrogradus }
- Luna { In Succedente, in Triplicitate sua extra combustionem, in sextili Iouis } salua dicitur.
- { Tarda cursu }

Cuspis secundæ debilitatur oppositione radiorū Mercurij. Tertie cuspi quadrato Martis. Nonæ cuspi quadrato Martis & oppositione Lunæ, ut satis aperte uidebis in tabula Radiationum.

De Hylech & Alhocoden secundum Ptolemæum.



O C A in quibus & non alijs contingit electio Hylech, sunt Medium cœli, Ascendens, Vndecima, Septima, Nona, quinq; gradus ante initium domus, & 25 mox sequentes.

Diurna genitura existente uide	} Primo, Solem Secundo, Lunam Tertio Quarto, Ascendens	} Coniunctionē p̄cedētē Solem Ascendens	} qui habuerit in tribus locis plures dignitates essentielles, uel q̄ habuerit ad minus 3 dignitates in his	} Quicūq; ex his repertus fuerit in aliquo quinq; locorum prædictorū, in quibus contingit fieri Hylech, ipse erit Hylech.				
					} Primo, Lunam Secundo, Solem Tertio Quarto	} Oppositionē p̄cedētē Lunam ⊕	} q̄ habuerit in his tribus locis plures dignitates essentielles, uel q̄ habuerit ad minus 3 dignitates in his	} Ascendens, si natiuitatē coniunctionem præcesserit ⊕, si natiuitatem oppositionem præcesserit

¶ Cautela.

Si contingeret in Hylech electione, quod ambo luminaria, uel etiam unum illorum, & planeta gubernatores uel dispositores dictorum locorum, In diurna scilicet cōiunctionis Solis uel Ascendentis: In nocturna oppositionis, Lunæ, ⊕, essent in locis etiam idoneis pro Hylech, eligēdus erit planeta, qui est maioris uirtutis, & posse, & in fortiori loco & aptiori pro Hylech, quod distinctius sic accipe. Si luminare esset aptū pro Hylech, & etiam planeta gubernator dictorū locorū. Si tamen luminare fuerit debilius in testimonijs essentialibus, uel etiā in debiliori loco, & ipse gubernator uel dispositor dictorū locorum plura testimonia essentialia habuerit, & in fortiori loco, tūc talis planeta præferēdus est ipsi luminari in dominio Hylech.

In nostra proposita natiuitate Sol est Hylech, eo quod natiuitas fuit diurna, & Sol repertus in septima domo in 25 gradibus mox cuspidem sequentibus, Mars autem gubernator siue dispositor Hylech, Alhocoden est.

¶ Aliorum in Hylech opinio.

Pro Hylech in diurna natiuitate uide	} Primo Solem, qui si fuerit in	} Ascendēte Decima Vndecima Septima Octaua Nona	} in quouis signo, numerando 5 grad. ante & 25 post cuspidem eiusdem domus, ut supra	} in signo masculino tantum.	} Erit Hylech.
} B 3	} Pro				

Pro Hylech in nocturna natiuitate uide	Primo Lunam, quæ si fuerit in	Ascendēte	} in quouis signo	}	Erit Hylech.
		Decima			
		Vndecima	} in signo masculino tantum;	}	
		Septima			
		Octaua	}	}	
		Nona			
	Secundo Solem, quæ si fuerit in	Septima	} in quouis signo. Si extra hæc loca fuerit & inuenit in aliquo ex 5 grad. ante gradū	} Septimæ	} in quocūque signo
		Quarta			
		Quinta	} in masculino. Si extra hæc loca fuerit & inuenit in aliquo ex 5 gradib. ante gradū	} Ascēditis	} in signo masculino
		Ascendēte			
		Secunda	}	} Quintæ	}

Si neutrum luminare aptum fuerit & præcesserit natiuitatem } Coniunctio } accipe } Cōiunctiōis } si in angulo uel succedenti fuerit. Si non, accipe gradum Ascendentis. Sed in hoc generatulo } Oppositio } gradū } Oppositiōis }

signorum non erunt consideranda.

¶ Cautelę.

Luna combusta non erit Hylech. Hylech nullatenus potest esse, nisi concurrat quoque Alchocoden, ita quod respectum aliquem cum Hylech habeat, accedente dignitate Alchocoden in loco Hylech. Quicumque enim planeta dignitatem habuerit in loco Hylech & eundem aspexerit, is dicitur Alchocoden, ubi semper præferendus erit potior in utroque, aspectu scilicet & dignitate, si quando contigerit plures attestari.

Sol } Luna } cum fuerit Hylech, & fuerit in domicilio proprio, aut exaltatione, erit Hylech & Alchocoden.

¶ De annis Alchocoden & de augentibus & minuentibus.



ABITIS itaque Hylech & Alchocoden, operæ precium est subiungere, quo pacto secundum communem illam opinionem Astrologorum, eliciendi sint anni ipsius Alchocoden. Est ergo uniuersaliter scendum, quod si dictus Alchocoden fuerit in angulo non impeditus, dat annos suos maiores. In succedenti, mediocres, & in cadenti minores. Addunt autem & minuunt ceteri planetæ pro configurationibus eorum ad Alchocoden bonis uel malis. Nam si Saturnus, Mars, Sol, Mercurius & Luna infortunati, Alchocoden, Quadrato uel Oppositione inficiant, minuunt singuli annorum suorum minorum quantitatem. Bonis uero aspectibus, Saturnus quidem & Mars nihil addunt. Soli uero Mercurius & Luna fortunati, annos quos malo surripiebant aspectu, bono committunt. Iupiter autem & Venus quocumque aspectu, addunt annos suos minores, & hoc

hoc maxime, si non sunt male affecti. Sed & Cauda draconis infra 12 gradus circa Alchocoden, asserunt adijcere quartam annorum partem, quos Alchocoden per se præstiterit. Verum & hic non somniculose inspectandum fuerit, siquidem Alchocoden combustus, & Solis radios iniens, uirtutem quam prius dandi habebat, ferè prorsus amittit. Nam ubi antea potis erat præbere annos, ita pessime affectus, annorum loco, dies, horasq; concedet.

¶ Anni planetarum.			
	Maiores	Medij	Minores
♄	57	43 ½	30
♃	79	45 ½	12
♂	66	40 ½	15
☉	120	69 ½	19
♀	82	45	8
♁	76	48	20
♂	108	66 ½	25

Tabellam dictorum annorum hic statuere libuit, quo facilius intelligas distributionem uniuscuiusq; planetæ, prout superius tetigimus. Sit exemplum propositæ natiuitatis, Sol est huius Hylech, & Mars Alchocoden secundum utramq; opinionem, nam respiciunt se Trino cum receptione. Sed cum Mars sit in undecima domo in succedenti, in domicilio Solis, tribuit annos suos medios scilicet 40. Verum quia est in Trino Solis, addit Sol annos suos minores, scilicet 19, qui additi annis medijs Martis, scilicet 40

fient anni 59 datum Alchocoden &c.

¶ Aliorum item de Alchocodeo sententia.

Alchocoden dum in optimis genituræ locis inuenitur, maxime in Decima, Prima, Undecima uel Quinta, in signo propriæ naturæ, Orientalis, Directus, à combustione liber, siue Diurnus siue Nocturnus fuerit, dat annos suos maiores. In Septima, Quarta, Nona uel Secunda, cum potestatibus prædictis, dat annos medios. In Tertia, Octaua, Sexta, uel Duodecima, dat annos minores &c.

Jupiter & Venus in omni aspectu ad Alchocoden, addunt annos suos minores. Hoc idem facit Mercurius, dummodo fortificatur, & aspicit Alchocoden ex sextili uel trino, liber ab infortunis existens.

Luminaria si aspiciunt Alchocoden ex Sextili uel Trino, addunt annos suos minores.

Alchocoden in casu suo, uel retrogradus, aufert medium dati. Combustus, aufert totum datum annorum, & pro annis dat menses uel dies. Luminaria ex Coniunctione, Oppositione, uel Quadrato, minuunt annos suos minores. Coniunctio, Oppositio, uel Quadratus Saturni uel Martis ad Alchocoden, minuunt annos suos minores. Infortunarum aspectus Trinus uel Sextilis, neq; addunt, neq; minuunt.

Et licet multi ex dispositione Alchocoden, terminos uitæ pronunciant, uideatur tamen à præcisione aliquando discedere, quare potius standum cum Ptolemæo qui dirigit Hylech ad interfectores, pro extrahendo tempore uitæ hominis contrario &c.

Victorem

¶ Victorem seu Dominum genituræ extrahere.



IDE locum Solis, Lunæ, Ascendentis, Partis fortunæ, Coniunctionis uel Oppositionis luminarium mox præcedentis natiuitatem, quibus appone Dominum Domus, Exaltationis, Triplicitatis, Termini & Faciei, ex tabula dignitatum essentialium planetarum, & quicumq; ex planetis maiorem numerum dignitatum simul collectarum obtinuerit, is erit Victor siue Dominus genituræ, huius propositæ natiuitatis, hoc uide exemplum.

☉	11 v	♂	☉	☉ †	♀	☉
☾	19 m	♂	•	♀ ☾	♀	☉
Ascendēs	26 m	♀	♀	♀ ♂	♂	♀
⊕	4 v	♀	☾	♀ ♂	♀	♀
♂ præced.	8 v	♂	☉	☉ †	♀	♂
		Dom9.	Exalta.	Triplicita.	Term.	Fac.
	† 4	♂	☉	♀	♀	☾
	6	6	27	16	20	13

Dignitates essentielles simul collectæ.

Victorem igitur huius natiuitatis supra 5 loca Hylegialia. Martem cum participatione Veneris inuenio, Nam numero dignitatū in dictis locis, Mars habet 27. Venus uero 20. ceteros in hoc uincendo, ut hic apposita tabella dignitatum eorum ostendit, Principem itaq; natiuitatis huius propositæ Martem esse censeo, Venerem sibi coniungendo. Nec Solem ab hac participatione secludendum puto, quod in perfecta ac amicabili cum Marte commixtione reperiatur, cum in dictis locis quoq; 16 dignitates habeat.

¶ Significatores spiritus potentie intellectiue explorare.



SIGNIFICATORES potentie intellectiue, sunt Mercurius & Luna, iuxta mentem Ptolemæi, sed nunc addunt Ascendens, Hos in ordinem pone, & adscribe cuilibet eorum seorsum dominum domus, exaltationis &c, ut supra per omnia. Huius accipe exemplum propositæ natiuitatis.

		Dom9.	Exalta.	Triplicit.	Term.	Fac.	Signif.
♀	18 v	♂	☉	☉ ♂	♀	☉	♂
☾	19 m	♂	•	♀ ☾	♀	☉	♂
Ascendēs	26 m	♀	♀	☾ †	♂	♀	♀

Mars igitur cū Mercurio Almutē spiritus.

¶ Almuten significatorum alicuius rei excipere.



SCRIBE in ordinem significatores alicuius rei, Deinde adiunge illis, cuilibet tamen eorum seorsum Dominum domus, exaltationis, ut supra. Exemplo isto nostræ propositæ natiuitatis, accipe in re fratrum.

		Domus	Exalta.	Triplici.	Termi.	Facie.
Cuspis tertiæ	17 m	♂	.	♀ ♃	♀	☉
Dominus eius	♂ 12 Ω	☉	.	☉ ♂	♄	♃
Consignificator	♂ 12 Ω	☉	.	☉ ♂	♄	♃
Dominus eius	☉ 11 ♃	♂	☉	☉ ♂	♀	☉
Pars fratrum	10 II	♀	.	♄ ♃	♃	♃
Dominus eius	♀ 15 ♃	♂	☉	☉ ♂	♀	☉
1 } dñs tripli. 2 } 3 }	♀ 28 ♃	♂	☉	☉ ♂	♄	♀
	♂ 12 Ω	☉	.	☉ ♂	♄	♃
	♃ 19 m	♂	.	♀ ♃	♀	☉

♄ 11
 ♃ 9
 ♂ 43
 ☉ 49
 ♀ 9
 ♃ 11
 ♃ 6

} dignitates essentielles
 } planetarum simul col
 } lectæ.

Igitur Almuten significa
 torum fratrum est Sol &
 Mars, ut patet. Sic quoq;
 extrahe Almuten significa
 torum.


Cæteri uero Almuten huius propositæ genituræ ita fuere, Almuten substan
 tiæ Mercurius. Fratrum Sol & Mars. Patris, Mars. Matris, Sol. Filiorum, Satur
 nus & Mars. Azemenæ siue infirmitatis inseparabilis, Sol. Seruorum, Sol. Con
 iugij, Mars. Mortis, Sol & Mars. Itinerum, Mars & Sol. Operis & Magisterij,
 Mars. Regni, Sol. Amicorum, Sol & Mars. Inimicorum, Saturnus.

Omnibus his in ordinem sic dispositis, uide tum an dominus quartæ anni na
 tiuitatē mox præcedentis, etiam fuerit dominus siue uictor geniture, uel loci Solis,
 Lunæ, partis fortunæ, Medij cœli, aut Ascendentis natiuitatis. Quoniam si sic, si
 gnicat bonum uel malum notabile de natura domini illius quartæ, a loci Hylegij
 huius, cuius etiã dominus fuerit. Vide etiam diligenter an gradus loci eclipsis tunc
 grassantis, aut gradus cõiunctionis superiorum planetarũ præcedentis natiuitatem
 fuerit etiã gradus loci domini ascendentis Solis, Lunæ, Partis fortunæ, Medij cœli,
 uel Ascendentis. Quod si sic fuerit, significat accidens notabile, bonum uel malum
 futurum, secundum significatum Hylegij & dispositorem eclipsis uel coniunctio
 nis magnæ.

Nota etiam diligenter gradum Coniunctionis uel Oppositionis luminariũ
 immediate præcedentis natiuitatem. Qui si ceciderit in locum fortem figuræ nati
 uitatis, significabit etiam accidens notabile, secundum naturam loci. Nam si ceci
 derit in cuspidem Medij cœli, significat in magisterio & honore excellentiam. Si
 in septimam, in coniugio fortunam. Si in locum ☉, significat diuiciarum affluentia
 am, sic etiam de alijs. Nam talis gradus habet significationem magnam in uita &
 corpore hominis, ideo dirigendus erit ad loca, & aspectus tam fortunarum quàm
 infortunarum &c.

Vide etiam nati patriam, siue locum eius natiuum. Nam nati in Aethiopia,
 continue nascuntur nigri. E contra uero in Germania, & plus in Anglia albi.

Vide etiam genus, nam natus de rege, aliud habebit iudicium, quàm natus de
 futore &c. Hæc omnia præmissa, sunt fundamenta atq; radices natiuitatis.



Dicitur fuisse natus, Anno Christi labente 1415, die 21 Septembris à meridie horis 8. minut. 24 Ascendente 16 Geminorū, & fuisse Solem in 6. 36 Libræ. &c.


Anno Christi 1440. currente die 2 Februarij post 23 horam ante meridiem eiusdem diei, principio Tauri oriente, electus est serenissimus princeps Fredericus in Imperatorem.

Coronatus est in Aquisgrano, anno domini 1442 currente die 17 Iunij, horis quasi tribus ante meridiem, principio Virginis oriente, Venere in Corde Solis tunc existente.

Anno 1452 currente bisextili, die 19 Martij, die & hora Solis, Coronatus est in Caesarem Romæ, Ascendente 6 gradu Leonis.

Anno Christi currente 1493, die 9 Augusti circa meridiem obiit in Lintz Austriae.

Latitudis



¶ Latitudines planetarum.

♄	2	39	M.	A
♃	1	6	S.	D
♁	0	7	S.	A
♂	2	47	M.	D
♀	2	38	M.	A
♃	0	25	S.	A

Nata in noua ciuitate prope Lisibonam Portugalix.

¶ Quomodo septem Planetæ gubernent conceptum iam foetum, à die conceptionis, usq̄ ad horam natiuitatis.



VO sunt principia hominis, Conceptio & Partus. Per primum hoc principium conceptionis, possumus scire ea quæ accidunt creature antequam nascatur. Per secundum uero, ea quæ uentura sunt nato post partum, Nam infans tunc adipiscitur ea, quæ dum in utero clauderetur, non habebat. De primo igitur principio, uide quomodo septem Planetæ gubernent conceptum foetum à die conceptionis, usq̄ ad horam natiuitatis.

Saturnus supremus planetarum dirigit conceptum, per primum mensem à die conceptionis, qui materiam coagulat, constringit, & exiccat. Sicut enim ipse altior est cæteris Planetis, & primus, ita eius regimen primo creaturam humanam ambit & gubernat. Si itaq̄ ipse tunc bene dispositus fuerit, erit conceptio bene disposita, & salua &c.

Iupiter disponit conceptum in utero secundo mense, qui facit uentos congelatiuos, & mouet materiam, ut fiat mollis, dirigitq̄ uentus eius calorem naturalem, & commiscetur materia cum tali uento, & erit quasi dormiens, qui semper moues

tur ad uigiliam, nec cessabit moueri, donec in hunc mundum generetur.

Mars disponit conceptum tertio mense, qui materiam illam, ad sui naturam & colorem mutat, in formam sanguinis deducendo, & uentus Iouis tunc latitat & quiescit. Hinc fit, quod femellæ in secundo mense, magnam habent nauseam, propter uentum Iouis mouentem matricem cum materia in ea. Sed in hoc tertio mense cessat nausea propter Martem, qui ipsum mensem tertium dirigit. Si itaq; ipse Mars illo mense bene disponitur, erit sanguis nati purus, & uix ac rarissime superabundans, nisi forte propter uitam inordinatam. Si uero Mars male disponitur, significat contrarium.

Sol disponit quartum mensem, qui humiditates superfluas siccatur, membra principalia conformatur, caloremq; rectificatur. Illo etenim mense, largitor omnium formarum proficit fortitudinem in conceptum, dando animam rationalem ei. Si igitur in mense quarto Sol fuerit ascendens ad Augem, & fuerit fortis in suis dignitatibus, significat perfectionem & formositatem uultus, quoniam tunc etiam natus erit magnæ potentia, ita quod poterit frangere lapides, & comminueret ferrum.

Venus disponit quintum mensem. Illo enim mense apparet forma membrorum, & figuratur sexus, erigunturq; capilli, & excrescunt crines. Si ipsa fuerit tunc bene disposita, fortis in dignitate sua, erit natus pulcher in facie, amabilis, & plenus dulcedine, completus in facie & membris. Si uero fuerit descendens, uel in domicilio Saturni, erit natus deformis & turpis.

Mercurius disponit sextum mensem. Sed quia ipse est planeta eloquentia, sapientia, & doctrina, sensus ac nutritionis, facit discretionem, ut foetus se nutriat, & extendit membrum lingua, & uocalem arteriam, ea ratione illo mense puer percutit manibus & pedibus in matrice, & eius motus fortificatur, appetitq; exire de tenebris, sed nondum est tempus. Si ipse fuerit Ascendens in circulo suo fortis & bene dispositus illo mense, erit natus bonæ eloquentia, placebunt hominibus eius sermones, fietq; natus magnorum secretarius. Si tunc Iupiter aspicit Mercurium, erit eloquentissimus & sapiens, compositor librorum, & concionator mirabilis. Si uero male dispositus fuerit Mercurius, ut retrogradus, combustus, uel alias infortunatus, erit oppositum eius quod diximus, ut lingua impedita, uel uocis titubantis.

Luna dirigit conceptum mense septimo. Tunc enim foetus, formam completam adeptus in utero materno, habebit tunc fiduciam uitæ & generationis. Si isto mense puer nascitur, erit bona spes de uita nati, propter complementum significationum planetarum.

Saturnus dirigit secundario conceptum puerum octauo mense, cuius uirtute foetus infrigidatur in matrice, & uix semiuiuus, ita quod uix in eo apparebit motus. Et si puer illo mense exhibit, eo quod siccus & congelatus quasi est, sapissime mortuus exit.

Iupiter secundario conceptum puerum dirigit in nono mense, qui facit uentum & motum, & tunc exit puer de tenebris & angustia uentris in hunc mundum, erigitq; tunc oculos ad lumen solis, si est in die, uel ad lumen candelæ, si fuerit de nocte, miraturq; de non uisis, & propter angustiam loci, per quem exit, quoniam constringitur & arctatur, incipit flere, & deflet miseriam huius terrestris seculi &c.

Generalis Methodus in iudicijs obseruanda.



IRMVM est, ut perpendas locum, qui habet concordantiam, uel significatum cum re illa: Vt si uelimus iudicare de patre nati, uidebimus locum Solis in diurna genitura, in nocturna uero locum Saturni. Si de magisterio, Medium cœli &c. Secundum, ut consideres dispositorem

litorem talis loci, qui plures dignitates essentielles habuerit in tali loco. Tertium, ut uideas naturam loci, in quo est talis dispositor, siue gubernator. Quibus diligenter penſitatis, commisce unum cum alio, extrahendo inde compositionem eius accidentis. Nam si hæ tres considerationes in una natura conueniunt, id est, si concordauerint, non erit amplius aspiciendum. Si uero fuerint diuersæ, erit accidens secundum pluralitatē considerationū concordantium in una natura, hæc Ptolemæus.

Alij, ut Arabes, primo considerant cuspidem domus coeli. Deinde dominum cuspidis, ultimo consignificatorem talis domus, ut pro secunda domo genituræ, ubi cuspis secundæ domus fuerit Tauri gradus 6, qui si saluus ab infortunis, & eorum aspectibus fuerit inuentus, & dominus eius Venus fuerit salua, et huius domus consignificator Iupiter saluus ab infortunis & eorum radijs extiterit, dicunt natum hunc ualde fortunatum in significatis secundæ domus. Deinde considerant etiam aphorismos Autenticorum, & ex illis componunt significata illarum domorum &c. Nam si maior pars uel omnes fortunati uel salui fuerint, pronunciat quod natus generaliter fortunatus fiet, in significatis illius domus. Si autem maior pars, uel omnes infortunati uel impediti fuerint, contrarium erit.

¶ An natus in generali fortunabitur, uel ne.



IDE quatuor, scilicet Ascendens, Dominum eius, Almuten figuræ natiuitatis, & Lunam, quoniã si maior pars eorum fortunati fuerint, iudicandum est, natum magis fortunatum quàm infortunatum pro maiori parte uitæ suæ, & hoc secundum magis & minus &c. Hac ergo generali noticia sic habita, ut inde postea ipsa noticia specialius habeatur per ordinem capitum præcedentium procedendum est, quid boni uel mali de earum significatis nato indicent. Vnde à capite de parentibus nati incipiendū censeo, deinde de fratribus nati, iuxta ordinem Capitem.

CAPVT SECVNDVM.

¶ De parentibus nati & esse eorum.



TATVS parentum nati noscitur ex figura cuiuslibet nati, sed uerius ex figura primogeniti.

Primo, considera quatuor loca, scilicet Solis in diurna genitura, Saturni in nocturna, pro statu patris. Locum Veneris in diurna genitura, Lunæ uero in nocturna, pro statu matris.

Secundo, considera gubernatores horum locorum. Si prædicta loca fuerint apta, & eorum gubernatores salui & non impediti, fuerintq; luminaria circumdata fortunatis stellis erraticis, qui sunt in eorum Alhayz, & qui cum luminariis mutuam habuerint commixtionem, & maxime cum hi circumdantes Solem matutinales, Lunam uero circumdantes, uespertinales extiterint, significant esse parentum egregium & fortunatum.

Saturnus ac Venus in angulis, uel in Almugea propria orientales, decernunt manifestum fortunium parentum. Si uero contrarium horum fuerit, ita quod luminaria sint cursu uacua, & à nullis stellis circumdata, significant declinationem & uilitatem parentum, maxime si Saturni & Veneris locus fuerit inconueniens, uel malus.

Planeta circumdantes luminaria, si non fuerint ex eorum Alhayz, quemadmodum contingit cum Mars post Solem, & Saturnus post Lunam ascenderit, nec loca fortunarum respectu luminarium conuenientia fuerint, nec in eorum Alhayz, miseram uitam parentum, & ipsorum destructionem ostendunt.

Si pars fortunæ fuerit in conuenienti loco, & cum stellis Solem ac Lunam circumdantibus conuenientem societatem habuerit, significat substantiam parentum longo tempore sine quouis periculo duraturam. Si horum contrarium fuerit, & fortunata stella luminaria non circumdederint, uel etiam circumdantes fuerint infortunati, non proficiet parentum possessio, sed nocēbit.

¶ De uita patris post genituram filij, & de qualitate mortis eius.



IUPITER & Venus si in figura quocunq; modo, & ex quacunq; applicatione uel aspectu Soli aut Saturno associetur, aut cum Iupiter associetur Veneri, & fuerit inter Solem & Saturnū apta societas, sic ut aut coniuncti sint, aut aspiciant se trino uel sextili, utroq; existente forti, longam, fortunatamq; uitam patri annunciat. Si uero fortes non fuerint, penuriam patri insinuāt, attamen longæuā uitā. Veruntamen si super Solem uel Saturnū fuerit eleuatus Mars, aut sequatur eos, id est, quando applicat se cōiunctioni eius, nec Soli Saturnus fuerit conueniens, sed aspiciat Solem ex tetragono uel opposito, & uterq; tam Sol quā Saturnus ab angulo remotus, patri debilitatem significat. At si in angulis, uel in locis ad angulos ascendētib; fuerint, breuem uitam parentum, aut nocumentum significabunt. Cum enim in duobus primis angulis, scilicet Medij cœli & Ascendentis steterint, uitæ breuitatem indicabunt. Cum autem in duobus alijs extiterint, scilicet occidentis & anguli terræ, uel in locis ad ipsos ascendētib; statum parentum impedire dicuntur. Cum Mars Solem etiam prædicto modo aspexerit, pater subitanea morte peribit, aut in ipsius oculis impedimentum continget. Si uero Mars aspexerit Saturnum, mortem patris, ac febrem cum tremore, uel impedimentum ex abscissione uel combustione futurum significabit. Rursum cum Saturni figura respectu Solis inconueniens fuerit, occasione morborum ex humoribus nociuis accidentium, mors patri adueniet.

¶ De uita matris.



IUPITER si habuerit participationem cum Luna & Venere conuenientem, & concors fuerit Venus cum Luna ex trigono uel sextili, aut coniunctione, & ambo potentes, uitam matris prolongabunt.

Si Mars Lunam tetragono uel opposito aspexerit, uel Venerem secutus fuerit, uel si Saturnus hoc ipsum cum Lunæ loco fecerit, sintq; ambo diminuti cursu, & ab angulo remoti, in morbos, & agridinesq; solummodo coniectam iri matrem designabunt. Sed si aucti cursu fuerint, uel in angulis, uitam matri abbreviabunt, si sunt in angulis orientalibus uel succedentibus eorum. Impedimentum solummodo inducent, si fuerint in angulis occidentalibus uel succedentibus eorum. Si autem modo prædicto Mars Lunam uiderit, fueritq; Luna orientalis, repentina mors matri, uel oculorum impedimentum eueniet. Si uero fuerit occidentalis, mors matri ex arboribus aut similibus accidet, uel occasione combustionis uel incisionis impedimentum continget. Si Mars Venerem aspexerit, erit mors matris per febres & infirmitates, ex uisus obfuscatione, & per humores subito decurrentes.

Si Saturnus Lunam aspexerit, mortem uel agridinem generabit.

Si Luna orientalis fuerit à Saturno aspecta, per febres mortem cum tremore significat

significat. Luna uero occidentalis, occasione corrodentium apostematū, uel comestionum, uel in muliebribus membris contingentium, mors ueniet.

¶ Residuas res particulares parentum prognosticare.



RIGE figuras parentum ex natiuitate primogeniti, Primo patris, quam ex duobus locis, Solis uidelicet & Saturni deprehendes. Si enim natiuitas fuerit diurna, Solem principaliter considera, qui si in gradu Ascendentis fuerit, figura primogeniti, est eadem cum figura patris. Si autem Sol meridianum occupauerit, adde Ascensioni recte Solis 30. gradus, & habebis ascensionem rectam principio secundæ domus debitam in figura patris, sicq; per additionem continuam 30. graduum, habebis ascensiones reliquarum domorum, & per gradus oppositos, singularum domorum principia cognosces, intrando cū ascensionibus rectis in tabulam circuli directi, & patebit propositum. Sole uero in occidente constituto, Cuspides in figura patris non different à cuspidibus figuræ nati, uerum aliud erit numerationis principium alijs domibus. Si Sol in genitura filij Imum cœli occupauerit, nō aliter quā si esset in Medio cœli operare. Quod si significator patris, nullum angulum tenuerit, quære Ascensiones eius obliquas, aut descensiones ut prius. Ad instar harum Ascensionum erige figuram.

Eodem modo figuram matris facias Lunam & Venerem cōsiderando. Cum ad dictas parentum figuras, stellæ maleuolæ accesserint, uictoriam supra significatores obtinent, mortem parentum decernunt. Beneuolæ autem stellæ uitam & fortunam augent. At si significatores ex applicatione uel tetragono uel opposito in fortunas aspexerint, ipsis significatoribus existentibus in locis conuenientibus, ac radiationibus fortunarū adiutis, uictoriam supra infortunas obtinētibus, decernūt uitam parentum prolongari. Eadem de sequentibus intellige, ut in capite de directionibus accipies. Hucusq; Ptolemæus.

¶ Ex Arabibus ac alijs sententiæ & aphorismi.

		Di.	Noct.
	Significatorem patris	Sol	Saturnus
Pro patre nati cōsidera	Quartam domum		
	Dominum eius		
	Almuten significatoris patris		
	Consignificatorem quartæ domus, qui semper est Sol		
	Tres dominos triplicitatis quartæ domus		
	Tres dominos triplicitatis Solis		
	Tertium dominum triplicitatis domus octauæ		
Partem patris			
Dominum eius	Di.	Noc.	
		Venus	Luna
Pro matre cōsidera	Significatorem matris		
	Decimam domum		
	Dominum eius		
	Almuten significatoris matris		
	Consignificatorem matris, qui semper est Venus		
Partem matris			
Dominum eius.			
			Patris

PATRIS qualitas cognoscitur in diurna genitura à Sole. In nocturna uero à Saturno, sed tam in nocte quàm in die à parte patris & domino eius, & ambobus parentibus à quarta domo & eius domino. In re autem matris in diurna genitura filij, aspicitur à Venere, & in nocturna à Luna, & tam in diurna quàm nocturna à parte matris & eius domino. Si igitur inuenta in quarta domo stellas fortunatas, & dominos eorum in angulis uel succedentibus, & bene dispositos, sine aspectu infortunatarum, iudica parentum esse laudabile ac bonum. Quod si in cadentibus fuerint, aut infortunati, aut fuerint in quarta domo infortunæ, Vel domini locorum prædictorum ab infortunis aspectu, uel in malis locis, iudica parentes in miseriam deuenturos, & hæc omnia secundum eorum fortitudinem & debilitatem pensando, & pro mensura genituræ.

Almuten patris trahitur ex his significatoribus patris, scilicet à	{	Cuspide quar æ domus	}	Si Almuten super hæc loca concordauerit cū Ascēdēte, uel eius domino, erit cōcordia inter patrem & natum.
		Domino eius		
		Cōsignificatore quartæ domus, q̄ est Sol		
		Domino eius		
		Primo domino triplicitatis quartæ domus		
		Parte patris		
		Domino eius		

Si Almutem dictorum locorum à Marte impeditus fuerit in diurna genitura, aut à Saturno in nocturna per tetragonum uel oppositum, sine aspectu fortunatarum, & absq̄ receptione, grauissimū erit, & si ipse impediens fuerit dominus ascendentis, uel Almuten super Ascendens, fortasse natus interficiet patrem.

Almuten matris trahitur à	{	Cuspide decimæ domus	}	Si Almuten super hæc loca cum Ascēdēte concordauerit, uel cū domino eius, erit concordia inter matrem & natum.
		Domino eius		
		Cōsignificatore matris scilicet Venere		
		Parte matris		
		Domino eius		

Dirige Almuten patris & matris ad fortunas & infortunas pro accidentibus eorum.

Sol in loco laudabili, & domini triplicitatis eius in locis malis, dic tempore natiuitatis filij, patrem eius bene fortunatum fore, sed postea uenturum in miseriam.

Sol in malo loco hora natalis, & domini triplicitatis eius in laudabili loco & boni esse, dic patrem natalis hora, male dispositum, sed postea magis prosperos successus habiturum.

Idem fiet iudicium de matre, sumpto iudicio à Luna & Venere.

Sol in meliori statu quàm Luna, patrē nobiliorem matre significat, & ecōtra.

Sol cum Capite draconis, Luna in quarta domo, dat nobilitatem patri, & nato modicam uitam.

Sol & Luna coniuncti in quarta, parentibus malam minantur mortem.

Sol aut Iupiter in quarta, significant patris magnitudinem. Idem si quartam domum aspexerit.

Sol & Iupiter in locis deiectis, pariter uel diuisim, & unus in duodecima, alter in sexta, dic patrem nati fuisse seruum.

Sol & Saturnus in cadentibus, aduersas patris ualetudines, & eius debilitatē ostendunt.

Sol & Saturnus in cardine uel eius tetragono, dic patrem nati humore aqueo uel ueneno periturum, aut profluente subito catharro.

Sol in domo Saturni in sexta, patrem nati indicat seruum.

Sol in secunda, & Mars in ipsius quadrato, pater nati peribit sanguine subito erumpente.

Sol in secunda in tetragono Saturni, uel illi iunctus, pater nati, aut pthisi, aut diffeneeria, aut absconlis humoribus morietur.

Solis quadratus aspectus ad Martem, malæ mortis periculum patri minatur, idem erit, si ex cardinibus se aspexerint.

Sol in natali diurno in finibus Martis, aut in natali nocturno in finibus Saturni, si per diem Mars Solem, uel in nocte Saturnum aspexerit malo aspectu, sine foelicium stellarum testimonio, filius patrem necabit. Si uero Luna sic inuenta fuerit, matrem.

Sol in septima, Mars uero & Saturnus in quarta, nisi foelicium stellarum mitigentur aspectu, pater nati tabe, aut consumptione morietur.

Sol in figura male locatus etiam in omni genitura, uel signi dominus, in quo Sol est, pater prior interibit. Si Luna, mater.

Sol in quadrato uel opposito Martis aspectu, & ambo cadentes, uitæ parentū breuitatem pronunciat.

Si cum Sole Iupiter & Venus participauerint, uel Saturno in quauis figura. Vel si Iupiter cum Venere participauerit, & participatio Saturni fuerit cum Sole concors, & ambo potentes, scimus parentum uitam fore longiorem, & maxime si aliquis eorum fuerit angularis.

Sol in termino fortunæ, in diurna genitura, significat bonitatem uitæ patris, adhuc melius, si Sol esset cum Ioue in termino suo.

Sol cum Saturno, Marte, & Mercurio in quarta, pater morietur cito.

Luna aut Venus in quarta, aut si illam aspexerit, matris magnitudinē & exaltationem ostendunt. Sed infortunæ, contrarium operantur, si in quarta fuerint, uel male illam aspexerint, nisi bonorum testimonijs mitigentur.

Luna à Marte ex opposito aspecta, si ipse Mars orientalis fuerit, morte repentina matrem occidet, uel aduersa inseparabili ualitudine laborabit.

Luna à Marte ex opposito aspecta, & ipsa occidentalis, erit matris mors per febres, aut uisus debilitatem, aut filiorum amissionem incisione aut combustione.

Luna à Saturno aspecta ex opposito, erit mors per aduersam ualitudinem à uentre matris.

Luna inter duos infortunas natalis hora discurrens, sine beneuolarum aspectu, matrem in periculo uitæ exponit, & filium non nutriri significat.

Luna orientalis in Martis opposito, erit mors per febres cum tremore.

Luna cum Marte in Ascendente, si in signis fuerit alienis, matrem talis nati, ancillam fuisse significat.

Luna in septima impedita, mater nati inopia laborabit.

Luna cum Marte & Saturno, mater nati infirmabitur.

Luna coniuncta Saturno, mater nati siccitate debilitatur.

Luna cum Saturno, Marte & Mercurio in quarta uel decima, mater morietur cito.

Luna cōiuncta Soli in signo masculino, significat altitudinem patris, sed mortem matris ante patrem.

Luna cum Venere in loco deiecto, pariter uel separatim, uel si altera in duodecima & altera in sexta fuerit, dic nati matrem fuisse ancillam.

Luna si cum Venere & Mercurio fuerit, bonum est pro nato, malum autem pro patre & fratribus. Et si cū hoc fuerit Mercurius peregrinus in aspectu Martis, natus ducet uxorem necromanticam.

Dominus signi, in quo Luna fuerit, si sit in suo casu, aut in locis deiectis, dic matrem nati ancillam fuisse.

Saturnus in decima retrogradus in Geminis, coniunctus Marti, matrem natum, ex ruina morituram significat. Expertum est, matrem ex ruina mortuam cum tribus paruulis filiis, quia fuit prope oppositum Saturni & Mercurij.

Saturnus patris significator, si fuerit in Leone, meliorationem status patris, & ipsius prosperitatem significat.

Saturnus ascendens post Lunam, damnat matris uirtutem.

Saturni radius si prius peruenerit ad partem patris quam matris, pater prius interibit. Si ad partem matris, mater. Similiter praemoriatur illi, cuius pars fuerit sub terra.

Saturnus in quarta, in domo uel exaltatione Iouis, separabit se natus a parentibus.

Saturnus infortunans Solem, mortem patri ex febre, melancholia, uel ex malis nociuis humoribus adfert. Si uero Mars Solem infortunauerit, morietur pater morte subitanea. Sed natus erit morbosus in oculis.

Saturnus in Medio caeli in nocturna genitura, uel in loco partis fortunae, uel in aliquo bono loco, significat patrem nati fortunatum & diuitem.

Saturnus in termino & aspectu bono Solis, parentes nati inuenient bonum & proficient.

Saturnus & Mars post Solem euntes, uel aspicientes quadrato uel opposito, pater nati habebit aegritudines chronicas & fortes.

Infortunae ambae si aspexerint locum coniunctionis uel oppositionis, & ipsum fortunae non aspexerint, significat malam mortem parentibus. Et quando erit aspectus coniunctionis, significat mortem patris. Si prauectionis, matris.

Saturnus & Mars in quarta uel ipsam aspicientes, significat mortem patris ab apostemate.

Sol in undecima solus, parentes habebunt magnam fortunam, ipse autem habebit nomen magnum in terris longinquis, & erit foelix in operibus suis.

Vnus malorum in domo Solis in diurna uel nocturna natiuitate, damnabit patrem in oculis, uel in quantitate uitae. Expertum est.

Iupiter aut Saturnus in quarta, & Sol in quadrato, dic nati patrem seruum fuisse. Idem erit, si Venus in quarta fuerit, & Sol & Mars in tertia.

Mars ascendens post Solem, damnat uirtutem patris, & male mortis facit indicium.

Si Mars supra patris significatorem eleuatus fuerit, uel quod significatorem sequatur, pronuncia paucitatem uitae parentum.

Mars ex diametro Venerem aspiciens in occidente locatam, id est occidentalem, erit matris mors per febres, aut uisus debilitatem.

Mars in die, & Saturnus in nocte, si luminaria aspexerint ex signis eorum naturae contrarijs, sine beneuolarum stellarum aspectu, parentes filium abhorrebunt, Si Solem, pater. Si Lunam, mater.

Mars in tertia, sexta, octaua, aut duodecima a Saturno aspectus, patri malae mortis notat exitum.

Mars aspiciens Solem & Mercurium inimice, timeat pater, ne fulmine moriatur. Eodem modo iudica de matre per significatores eius.

Mars in angulo aspiciens maligne Venerem aut Lunam, aut ambos, malam fortunam, & breuem uitam matri minatur.

Mars in domo Solis, mors subita patris significatur, & si fuerit de nocte, uiuet parum.

Mars in domo Lunae, mors matris.

Mars aspiciens Solem de Ascendente in diurna genitura, non aspicientibus fortunis Solem, mala morte parentes peribunt.

Venus in octaua in Tauro uel Libra, & Mars cum Luna in occasu in suis finibus uel domicilio, matrem nati gladio perimit. Venus

Venus in quarta in aspectu infortunæ, uxor patris morietur prius q̄ pater ipse. Et si signum fuerit mobile, pater habebit alias uxores, & sepeliet eas.

Signum conjunctionis precedentis natale, patris etiam esse ostendit. Signum uero præuentionis, ostendit matris accidentia.

Domini domorum, scilicet Solis in die, & Saturni in nocte, significant futura patris accidentia. Vide etiam conuenientiam quam habent natalis hora, planetæ diurni cum Sole, & in natali nocturno planetæ nocturni cum Saturno.

Vitæ parentum significantores sunt tres, primus est locus dispositoris, secundus dominus eius loci, tertius locus ipsius domini, quorum potentior est locus dispositoris, & consequenter locus ipsius domini. Verbi gratia, pro patris uita. Si natiuitas diurna fuerit, primo considerandus est Sol. Sed si nocturna, Saturnus in quo loco sit. Ut in diurna, si Sol fuerit in Aquario. Deinde considerandus dominus loci Solis, qui est Saturnus. Tertio locus Saturni, id est, signum in quo est. Vnde si fortuna habuerit participationem cum loco significatoris fœlici aspectu, uel si Saturnus & Sol fuerint in sextili uel trino, nam ambo sunt significantores patris, prolongabitur uita patris post natiuitatem filij. Et si Sol fuerit in angulo, & fuerit participatio fortunarum, prorogabitur per multa tempora uita patris post natiuitatem filij. Si uero significantores patris non essent potentes, aut forte essent in casu, aut detrimento, & debiles, & infortuna, ut puta Mars eos aspexerit, Aut forte Mars Solem quadrato, uel opposito, incurreret pater magnam debilitatem post natiuitatem filij, & erit uita damnosa, & timeat de morte subitanea, uel accidet ei damnum in oculis. Et si Saturnus aspexerit Solem quadrato uel opposito, uel eleuabitur super eum, accident sibi febres cum tremore, uel apostemata in gutture, & plures infirmitates uix aut nunquã curabiles, & debilitatem corporis sui denotabunt.

In longitudine aut & breuitate uitæ matris, debet uideri Venus & Luna. Venus si natiuitas fuerit diurna, Luna si nocturna. Vnde si Luna fuerit fortunata, puta in suo domicilio, exaltatione, uel triplicitate, & locis fortibus, & si Venus aspexerit eam sextili uel trino, uel ei coniungitur, prolongabitur uita matris. Si uero Luna non fuerit fortunata, nec in dignitatibus suis, & Mars ipsam quadrato uel opposito aspexerit, timendum est de morte matris subitanea post partum. Et si Mars aspiceret Venerem, accideret matri mors ex febribus, & obscuritas oculorũ. Si Saturnus aspexerit Lunam quadrato uel opposito, accident matri infirmitates longæ, & cõsumptio corporis ex pthisi. Quod si Saturnus aspiciet Lunã, & inueniet eam orientalem, mors matri ueniet per febrem & tremorem. Si Luna fuerit occidentalis habebit apostema in matrice, uel cancrum in pudore. Si Mars aspexerit Lunam, & Luna fuerit occidentalis, accidet mors matri, uel amissio filiorum.

Si Sol in diurna uel Saturnus in nocturna, & pars patris aspexerint ascendens, uel dominum eius quadrato uel opposito, pater filium auersabitur, & odio habebit, & curabit ut interficiatur. Et si Luna in nocturna, uel Venus in diurna, & pars matris ascendente de quadrato uel opposito &c. ut supra, erit hoc significatũ de matre.

Pars fortunæ infortunata in signo masculino, pater prius morietur. Si in fœminino, mater.

Tempus mortis parentum scies per directiones significatorum ad malos & ipsorum radios.

Cuiuscunq; parentis pars in figura nati infortunata fuerit, is prior morietur. Si patris, pater: Si matris, mater.

Si natalis hora, dominus primæ in octaua fuerit, periculũ erit ne mater nati ex partu moriatur, idq; maxime continget, si fuerit impeditus.

Si quartæ dominus fuerit à domino primæ corruptus, timebitur idem de patre, & nota quod in hoc primogenitus est magna significatio in re patris.

Dominus duodecimæ male locatus, si infortunatus fuerit, matrem nati constituit in mortis periculo, quod forte erit lætale.

Si Aries fuerit in prima, Saturnus in Piscibus, & Sol in Aquario, uel in quadrato Piscium, pater nati prius interibit, hoc si Lunæ cōtingeret, mater. Si uero his sic ordinatis, Mars uel Saturnus ex quadrato aspexerit, iussu regis mortem denunciat, nisi foelix Iouis testimonium intercesserit.

Si pars fortunæ infortunata & combusta fuerit in signo masculino, pater prius morietur quàm mater. Si in foeminino, e contra.

Si dominus partis patris supra terram, & dominus partis matris sub terra fuerit, mater prius morietur.

Dodecathemorion Iouis in Ascendente, significat nobilitatem parentū eius, & potentiam ipsorum.

Dodecathemorion Solis aut Lunæ in Medio cœli, significat nobilitatem patris & matris. Sed in duodecima, significat depressionem parentum, & negotiorum suorum, & quod sint uilis progeniei.

Pars patris & matris in angulo occidentis, significant paupertatem & seruitutem parentum. Idem significant in octaua, in secunda, sexta, aut duodecima, significant etiam modicam durabilitatem parentum, uel quod cito morientur.

Si Venerem & Lunam in septima Mars maligne aspexerit, mater repentina siue uiolenta morte decedet, significatq; nato malum in oculis, & tandem uiolentam mortem.


Si Mercurius orientalis in quarta fuerit, nato detegentur multa secreta.

Pars fortunæ & luminaria fortunata, significant patrem & matrem diuites & longæuos.

Significatores patris & matris infortunati, pater & mater erunt infortunati ac breuioris uitæ.

Quarta domus si fuerit Scorpius, & ibi Luna, significat matrem fuisse seruā, & ipsa morietur mala morte. Si Sol in eodem situ fuerit, patrem seruilis conditionis fuisse iudicabis. Quod si Saturnus cum aliquo eorum fuerit, natus nunq; habebit filios. Si Venus ibi sola fuerit, natus infœlices contrahet nuptias, uersus finem uitæ habebit quietem fortunam & societatem nobiliū, multas diuicias. Et si fuerit in signis sterilibus, & Luna in eius opposito, natus erit sterilis, & aget cū masculis.

¶ Exemplum prædictorum propositæ genituræ.



Conclusio prima. Patrem nati, statum bonum, altitudinem, nobilitatem, ac posse magnum & prosperitatem habuisse, probatur ex Sole significatore patris, cum sit in exaltatione sua, & in angulo fortis, & ex primo domino triplicitatis quartæ domus, qui est Sol, masculinus in signo masculino. Hoc idem testatur Almuten significatorum patris Mars aspiciens dominum ascendentis Mercurium trino. Item Iupiter dominus quartæ domus in ascendente, Sol con significator quartæ domus in septima, & pars patris in decima, omnes in angulis, quod etiã confirmant tres domini triplicitatis quartæ domus Sol, Iupiter, Mars.

Conclusio secunda. Hunc natum esse in comodum & utilitatē patris sui, trahitur ex domino quartæ, & parte patris in angulis, et quod Sol significator patris dominum ascendentis recipit.

Conclusio tertia. Tam patri quàm nato utilitatem & lucrum ex terris, atq; inuentionem rei occulte, de natura auri & gemmarum, designant Iupiter secundus dominus triplicitatis quartæ domus in ascendente, et tertius scilicet Mars fortis in undecima in mutua receptione cum Sole.

Conclusio quarta. Erit etiam mutuus amor inter patrem & matrem huius nati, idē ostendit Mars Almuten patris, qui trino ex perfecta receptione aspicit Solem Almutem matris.

Conclusio quinta. Turbationes quasdam animi atq; impedimenta, denunciat radius quadratus Saturni ad Solem.

Conclusio sexta. Damnum & amissionem aliquarum rerum sentiet, id elicitur à domino quartæ domus Ioue peregrino & retrogrado.

Conclusio septima. Sed in his per homines Martiales, recuperationem habebit. Nam Mars Solem ex trino perfecte recipit.

Conclusio octaua. Parens uterq; nobilitate decoratur, indicat Dodecatheorion Lunæ in decima domo.

Conclusio nona. Natus erit parentum suorum honorator, mutuaq; inter eum & parentes concordia, eritq; melior omnibus suæ progeniei, altiorq; in dominijs. Probatur ex præsentia Iouis domini quartæ in ascendente.

Conclusio decima. Infortunium quoddam post natiuitatem præsentem, Sol patris significator, circumdatus tetragono Saturni & trino Martis, insinuat. Quare fac Solem ascendens, & dirige. Nam ex directione Solis, trahes tempora commodi & damni patris, ab hac natiuitate filij computando.

Conclusio undecima. Breuem uitam patri, uel occasionem morborum ex humoribus nociuis accidentium mortem, patri denunciat inconueniens positio Saturni cum Sole in angulis.

Conclusio duodecima. Pro matre aspicias cuspidem decimæ domus, Mercurium & Venerem, quæ omnia debilitatem significant.

Conclusio decimatertia. Dolorem oculorum matri post natiuitatem præsentem, indicat quadratus Martis ad Lunam.

Conclusio decimaquarta. Debilitatem corporis matris, uel mortem ex febre, aut ægritudine per humores subito decurrentes, ostendunt debilitas Veneris & radij quadrati Martis, & trini Saturni post Venerem cadentes. Similiter pars matris in angulo occidentis sub radijs

Conclusio decimaquinta. Matrem nati huius præmorituram patri, denotant radij Saturni qui prius applicant parti matris quàm patris, & quod in hac figura, omnes significatores patris melius stant quàm significatores matris, & pars matris in angulo occidentis sub radijs.

Hæ res de parentibus certius iudicantur ex proprijs eorum natiuitatibus, quia illæ sunt radices durationis eorum.

¶ De fratribus & sororibus nati.



FRATRES eiusdem matris scies ex Medio cœli, ex undecima do-
mo, & ex loco matris. Est autem locus matris in natiuitate diurna
Venus, in nocturna Luna.

Fratrum numerum post natum primogenitum scies, cum pla-
netę fortunati loca prædicta occupauerint, & dispositores illorum
locorum fortunati fuerint, uel si cum fortunis commixtionem ha-
buerint in locis fortunatis. Nam per numerū planetarum fortunatorum prædicta
loca occupantium, numerus fratrum ostendetur. Vide etiam an sint in signis unius
uel duorum corporū, ut si tres planetae fortunati occupauerint prædicta loca, & fue-
rint omnes in signo unius formæ, tres fratres nato nascētur. Si duo planetae occupa-
uerint signa bicorporea, & unus signum unius formæ, nascentur ei quinque fratres.
Si autem infortunæ super hæc loca fuerint eleuatae ex applicatione, uel si prædicta
loca per oppositum uel quadratum aspectum aspexerint, paucitatem fratrum indi-
cabunt, & maxime si Sol cum eis extiterit. Infortunæ si angulum aliquem occu-
pauerint, præcipue Ascendens, damnantes locum fratrum inimico aspectu, Et si
Saturnus fuerit talis infortuna damnans, tunc nocumentum fratribus maioribus
inducet. Si Mars, minoribus. Si orientales fuerint planetae, fratres maiores, Occi-
dentales uero minores significant. Infortunæ si super datores fratrum eleuantur,
uel si eis coniunguntur, erunt fratres breuis uitæ.

Masculorum datores, sunt planetae masculini in suis qualitatibus & oportuno
situ mundi.

Fœmellarum datores, sunt planetae fœminei in suis qualitatibus & oportuno
situ mundi.

Orientales datores fratrum primos fratres significat: Occidentales postremos.

Fortunæ dantes fratres, si habuerint concordantiam cum Medio cœli, uel
cum loco matris, & parte fortunæ, significant amorem & amicitiam fratrum in
uita, & in substantia. Si autem in prædictis locis infortunæ fuerint repertæ, aut
si prædicta loca ex opposito uel quadrato aspexerint, nullam concordiam cum præ-
dictis locis habentibus, significant discordiam, inuidiam & deceptiones fratrum.

Datores fratrum si in fortunato & laudabili statu fuerint, fratres nobiles, po-
tentes, & magnæ laudis decernunt. Si uero fuerint debiles ac infœlices, fratres
quoque uilis, ac paruæ reputationis significant.

Si talium rerum fratrum ulterius examēn habere uis. Erige figuram cœli ad
instar gubernatoris fratrum, & extrahe Hylech & Almuten, & indica in esse fra-
trum particulariter, sicut fit in natiuitatibus. Hucusque Ptolemæus.

¶ Sententiæ & Aphorismi aliorum.

Pro fra- tribus conside- ra	{ Saturnum, Solem } { Iouem, Martem } { Venerē, Mercuriū }	& { primū } { secūdū } { terciū }	} dominum triplicitatis } terciæ domus pro	{ maioribus { medijs { minoribus	
					Tertiam domum
					Dominum eius
	Almuten significatorum fratrum				
	Consignificatorem terciæ, qui semper est Mars.				
	Primum dominum triplicitatis terciæ domus				
Partem fratrum					
Dominum eius.					



LII dicunt, aspiciendum esse ad signum tertiæ domus, & ad eius dominum, & qui ibi sint planetae, & quomodo eam domum aspiciant. Nā si fortunantes ibi fuerint, uel eam bene aspexerint, dic bonum & multitudinem prosperitatis eorū, Et si mali ibi fuerint, uel eorum aspectus, dic contrarium.

Almuten signi- ficatorum fratru trahitur à	}	Cuspide tertiæ domus	} Qui habuerit plures dignitates essentiales in his locis, hic erit ge- neralis Almuten fratrum. Si sunt in signis paucorū aut multorū, se- cundum hoc significant fratres.
		Domino eius	
		Consignificatore Marte	
		Domino eius	
		Primo dño triplicitatis tertiæ	
		Secundo	
Tertio			
Parte fratrum			
Domino eius			

Saturnus & Sol significant fratres maiores, Mars & Iupiter medios, Venus & Mercurius minores. Si fuerint in loco potente & fortunati, significant fratres potentes & fortunatos, ac longæ uitæ. Si fuerint contrarium, significat contrarium, scilicet paupertatem & breuem uitam. Si fuerint in signo masculino, significat fratres. Si in foeminino, sorores.

Saturnus & Mars orientales, significant maiores & præcipuos fratres, Occidentales, minores & infimos.

Dominus ascendentis si aspexerit Saturnum aut Martem, aut ambos malo aspectu, significat paucam pacem inter fratres. Si aspexerit bono aspectu, significat bonam amicitiam inter eos.

Planetae qui habent dignitatem in loco Solis, Lunæ, & Ascendētis, & fuerint in signis masculinis, aut maior pars eorum, habebit natus fratres longæuos ac fortunatos. Si fuerint in signis foemininis, habebit plures sorores quàm fratres. Si distincti planetae fuerint orientales, erunt fortunati fratres: si occidentales, infortunati.

Boni planetae in tertia domo, & dominus tertiæ fortunatus in signo masculino, fratres denotant fortunatos. Sed in signo foeminino, sorores.

Quot planetae aspiciunt tertiã domum, uel dominum tertiæ, qui in masculinis signis fuerint, tot fratres habebit. Et si fuerint in signis foeminis, tot sorores. Et si aspexerint se bono aspectu, uiuent. Si malo, morientur cito.

Numerus fratrum scitur à distantia domini triplicitatis domus tertiæ ab ascende ad ascendens, si fuerit supra terram, aut ab ascendente ad ipsum dominum triplicitatis, si fuerit sub terra, dando cuilibet signo unum, & si aliquod eorū fuerit commune, numerum duplicabis.

Numerum fratrum scies à signo tertiæ domus, nam si fuerit ex signis plurimum filiorum, & dominus eius similiter, dic plures fratres futuros. Si paucorum, & dominus eius similiter, dic paucos.

Numerus fratrum scitur ex numero signorum inter partem fratrum & eius dominum, commune signum duos, & quilibet planeta inter eos, unum.

Cancer, Pisces, Scorpius, plurimorum sunt. Leo, Virgo, Capricornus, & principiū Aquarij, paucorum uel nullorum. Cætera signa sunt mediocria in multitudine & paucitate.

Aspice planetas qui fuerint inter Ascendens & quartam, Nam si sint fortunæ, pariet mater iterum filios. Et si fuerint mali, abortietur mater, uel qui nascetur, primo morietur, hoc expertum habeo.

Dominus signi tertiæ domus, si combustionem intrauerit, significat paucitatem fratrum.

Mars

Mars & dominus loci eius, in quo fuerit, si fuerint in signo plurium filiorum, & dominus sui loci orientalis, significat multitudinem fratrum, maxime si ascendens non fuerit Leo uel Sagittarius, & Luna in eisdem.

Si signum tertie domus fuerit commune, & eius dominus in signo communi, significat natum habere fratres de patre tantum, sed non ex matre.

Ascendens nati si fuerit tertius gradus Scorpionis, ex sua matre natus, non habebit fratres.

Mars si intrauerit combustionem, significat mortem minorum fratrum, & similiter paucitatem fratrum.

Planeta malus, peregrinus in tertia, dicitur fratrum paucitatem.

Mars fortunatus, & domini triplicitatis eius in bono & apto loco, & esse Solis, significat fortitudinem fratrum, & multitudinem felicitatis eorum. At si fuerit mali esse, & similiter domini sue triplicitatis, iudicat infelicitatem & malum: domini triplicitatis ascendentes cadentes, paucitatem fratrum denunciat. Qui si fuerint in signis mediocriter fortunatis, mediocritatem denotant.

Vide in quem locum cadit pars fratrum, & ubi fuerit eius dominus. Nam de his erit iudicium, sicut de signo tertie domus, quia si testimonia eius erunt equalia, erit certius & fortius iudicium. Et si diuersi fuerint, erit testimonium signi tertie & eius domini certius & fortius, nam partes sunt ultime in testimonijs.

Dominus tertie domus, iunctus malis corporaliter, uel etiam malo aspectu, significat mortem fratrum, & destructionem eorum. At si fuerit iunctus felicibus stellis, uel eorum aspectu, gaudium ipsorum & felicitatem pronunciat.

Dominus primus triplicitatis tertie in ascendente, significat natum esse primogenitum matris sue. Et si fuerit in decima uel quarta, erit similiter primus uel quartus. Et si in septima, erit primus uel septimus.

Si dominus domus fratrum fuerit in Ascendente, significat natum illum (cui iudicium facis) esse primogenitum, aut solum. Et quando inter Ascendens & Medium cœli, non fuerit aliquis planeta, significat similiter quod natus est primogenitus, & si aliqui fratres nascentur post eum, destruentur, aut ipse semper erit maior & melior.

Saturnus uel Sol in aliquo angulorum in sua dignitate, Vel si dominus ascendens est aliquis trium superiorum, & est in tertia, uel dominus tertie domus aliquis inferiorum in ascendente, significat primogenitum.

Dominus tertie & pars fratrum, uel Iupiter, si fuerint in signis communibus, uel multorum filiorum, & fortunæ aspexerint eos amice cum receptione, significat primogenitum, & habebit fratres bonos ac potentes.

Dominus domus fratrum combustus, aut pars fratrum combusta, uel Sol in domo fratrum, aut in opposito Iouis, significat paucos fratres, & quod destruentur & dispergentur.

Dominus domus fratrum in ascendente, significat primogenitum, uel erit solus.

Si dominus triplicitatis ascendens primus iungitur cum tertio in secunda, sexta, nona uel undecima, & aspexerit eos aliqua infortuna, uel non aspexerit, natus non habebit fratres, aut si habebit, morientur, & ipse solus restabit, aut exulabunt eo solo manente domi.

Dominus domus fratrum & pars fratrum fortes in angulis, & in bonis locis, non combusti, natus habebit multos fratres.

Natus habebit utilitatem a fratribus, & econtra, si dominus tertie corporaliter iungitur parti fortunæ, uel eius domino in locis bonis.

Si Iupiter & Saturnus sint in domo fratrum cum Cauda, & Venus aspicit de quadrato, uel opposito, natus habebit anxietates pro fratribus suis.

Si Saturnus fuerit in opposito partis fratrum, uel in opposito domini tertie, uel fuerit

fuerit iunctus ambobus, aut uni eorum, uel ambo, aut unus eorum fuerit in tertia domo, maxime si mars illuc aspexerit, & fuerit tardi cursus, fratres nati interficient eum, & habebunt damna multa.

Conuenientia fratrum erga natum, scitur ex foelici aspectu Domini tertiae ad dominum Ascendentis, aut ex aspectu domini partis fratrum ad ipsam partem.

Mercurius iunctus Marti, uel ei oppositus, facit discordiam inter fratres.

Si Dominus triplicitatis ascendentis fortior est domino Triplicitatis domus tertiae, natus erit dignior fratribus suis.

Quod inter medium coeli & ascendens, significat fratres maiores, & quod inter ascendens, & angulum terre, fratres minores.

Si luna fuerit domina ascendentis, aut pars fortunae in tertia aucta lumine, fortunata, natus erit religiosus obseruator legis, lucrabitur ex rebus spiritualibus.

Dominus triplicitatis ascendentis primus in duodecima uel undecima si non sit fortuna, et fuerit aliquis planeta in hijs domibus qui sit fortuna, significat eum habere fratres uiuos. Et si fuerint mali, significat eum habuisse, sed esse mortuos.

Separatio Lunae a Sole uel Saturno, denotat natum non esse primogenitum patris sui. Si uero separatur a Ioue, Marte, Mercurio, uel Venere, significat eum non habere fratrem, qui sit se maior. Et si fuerit cursu uacua, significat malum esse fratrum maiorum. Et si separatur a malis, celeriter morientur priores fratres, uel eorum destructionem significat.

Si Luna separatur a planeta existente in domo uel exaltatione sua, fratres maiores bene habebunt. Si Luna applicat planetam in domo uel exaltatione sua existenti, natus habebit dignitatem, & fratres eius qui post eum uenient.

Si fuerit in tertia domo Leo, & Sol combusserit dominum secundae, significat natum causa suorum fratrum diuitias amissurum. Idem dic si dominum partis fortunae combusserit.

Si dominus ascendentis, non aspexerit dominum tertiae, fratres qui post eum nascentur, fugient a conspectu ipsius, et erunt suis damno et sibi.

Tertiae dominus si supra terram infortunatur, maioribus fratribus impedimenta decernit. Si uero sub terra, his qui post eum nascentur.

Dominus tertiae in prima, primum esse interficiendum, uel solum superstitem fore significat. Si in tertia sit signum commune, denotat alios habiturum fratres & forte ex alia matre.

Mars in die in ascendente, uel in quarta, aut Saturnus in nocte, facit natum humanum, erga consanguineos suos.

Quando signa tertiae & octauae domorum fuerint unius planetae, nati fratres ipso uiuente e uita discedent.

Venus prima domina triplicitatis tertiae retrograda & mali esse, significat paucitatem fratrum & discordiam inter illos.

Dominus secundae in secunda, si eum dominus tertiae uiderit, natus a fratribus angustias habebit, aut propter eos.

Cancer uel Capricornus ascendens significat fratres inimicos esse nato, uel litigaturum cum fratribus, et tamen peruenient fratres eius ad potentiam.

Aries uel Libra ascendens denotant quod fratres eum aduersis prosequentur odijs, uel erunt in uili statu.

Virgo uel Pisces ascendens, significant quod fratres nati erunt causa suarum egritudinum, uiuetque diutius illis.

Leo uel Aquarius ascendens denotant quod fratres nati morientur, uel habebunt inter se mutuas similtates ac dissentiones.

Applicatio bona domini ascendentis cum domino tertiae, fratrum concordiam & amorem significat. Si ex opposito, dic odij multitudinem. Si coniuncti fue-

rint, dicitur amicitiae & concordiae stabilitatem. Idem de domino partis fratrum iudica.

Quando pars fratrum fuerit cum domino partis fortunae, significat discordiam fratrum, & quod alter alteri tendet insidias, & sese mutuo decipient. Sed quando isti duo domini bene se aspiciunt, pacifice res eorum componentur.

Si dominus ascendentis aspicit Martem dominum tertie ex trino cum receptione, significat quod natus consentiet cum fratribus, quamuis inter eius fratres fuerit discordia, quod bene notabis, Nam dominus ascendentis significat natum cui facis iudicium, & ea ratione ipse cum fratribus concordiam & mutuam bene uolentiam conseruabit.

Pars fratrum & eius dominus significant esse fratrum & concordiam eorum. Si fuerint in signis multorum filiorum, significant multos fratres, in paucorum, paucos.


Alij dicunt Mercurium & Martem esse significatores fratrum, & Lunam sororum, de quibus iudicant secundum ipsorum conuenientiam & fortitudinem.

Primus dominus triplicitatis domus terrae significat frates maiores.

Secundus medios.

Tertius minores. Ex ipsorum igitur esse, fratrum qualitas & fortuna dinoscitur, hoc est, ex eorum applicatione ad planetas existentes in bonis locis, foelicibus uel infelicibus stellis adiuncti.

¶ Exemplum geniturae propositae.



Conclusio prima Natus non erit sine fratribus, arguit cuspis domus tertiae salua, & signum multorum filiorum, & dominus eius Mars, ac pars quoque fratrum salua.

Conclusio secunda. Paucitatem tamen eorum arguunt signa sterilia in quibus Mars, Iupiter & pars fratrum collocantur. Item Mercurius dominus par

tis & loci Iouis, & Sol horum almuten in signis paucorum. Idem quoque attestantur oppositus Saturni, & quadratus Solis ad decimam domum.

Conclusio tertia. Credo duos fratres habiturum, quia duo planetae scilicet Mars & Sol ex signis masculinis, partem fratrum in signo masculino aspiciunt. Huic rei quoque testimonium adiungitur quod Iupiter & Luna radios suos in cuspidem tertiae domus proijciunt. Item inter patrem & dominum suum, sunt duo signa & unus planeta. Denique Iupiter masculino radio quadrato medium caeli pulsans, unum poterit fratrem adijcere, uerum hoc nato minus potentem, quod ex quadrato fiat applicatio. Idem quoque raram innuit inter eos concordiam. Huic etiam Venus prima domina triplicitatis huius domus retrograda concordare uidetur.

Conclusio quarta. Fratribus ante ipsum genitis, breuem ac debilem uitam portendit debilitas & retrogradatio Veneris primae domine triplicitatis huius domus.

Conclusio quinta. Reliqui, & eo minores, melioris status atque fortitudinis erunt. Id declaratur per Martem & Lunam, ac reliquos dominos triplicitatis, qui melioris esse sunt in figura.

Conclusio sexta. Inter hos quoque discordia incidet. Nam significatores eorum Luna & Mars quadrato se aspiciunt, Veruntamen receptio Lunae & Martis, faciet in hoc significatum remissius.

Conclusio septima. Natus uidebit mortem suorum fratrum. Nam signum tertiae & octavae domorum, sunt domus unius planetae.

¶ De natis masculis uel foeminis.



Ex duabus figuris, conceptionis scilicet & natiuitatis possumus cognoscere sexum nati, et hoc ex tribus locis scilicet Solis, Lunae, & Ascendentis, & ex planetis gubernatoribus illorum locorum. Nam si maior pars illorum fuerint masculini, natus erit masculus. Certum enim est quod hi, uel maior pars eorum tempore conceptionis dominium obtinentes, fuerint masculini. Nam tempus conceptionis habet convenientiam cum tempore natiuitatis. Si uero praedicta loca & gubernatores eorum, uel maior pars eorum fuerint signa foeminina, erit foemella. Si autem tot fuerint masculini quot foeminini, & Venus dominum obtinuerit, erit hermaphroditus. Haec Ptolemaeus.

Si plures planetae, praesertim luminaria & Ascendens fuerint in signis & gradibus masculinis, natus erit masculus. In foemininis uero, foemella. Vel foemella habens plures planetas in signis masculinis, erit uirago. Masculus uero habens planetas in foemininis signis, erit effoeminatus.

¶ Exemplum propositae geniturae.

Natum futurum masculum ostendebant Sol in masculino signo, Luna a Sole orientalis, Iupiter in Ascendente orientalis, Mars Almuten illorum locorum in masculino signo. Et quia haec omnia sunt in signis unius figurae, significant natum solum sine alio.

DE GEMELLIS.

Aries	0	7	12	16	22	30	0	0	0
Taurus	0	7	19	30	0	0	0	0	0
Gemini	0	17	23	30	0	0	0	0	0
Cancer	0	2	7	10	12	18	20	27	30
Leo	0	5	7	15	26	30	0	0	0
Virgo	0	7	22	24	30	0	0	0	0
Libra	0	5	10	21	28	30	0	0	0
Scorpius	0	4	10	12	19	27	30	0	0
Sagittarius	0	2	5	12	23	30	0	0	0
Capricornus	0	8	12	19	30	0	0	0	0
Aquarius	0	9	12	19	30	0	0	0	0
Pisces	0	10	20	23	30	0	0	0	0
		M	F	M	F	M	F	M	F

De gemellis.

SIMILITER hic quoque de gemellis tria prædicta loca Solis, Lunæ, & Ascendentis, considerare oportet. Nam si hæc loca omnia, & eorum domini, uel eorum maior pars signa bicorporea uel communia possederint, pariet gemellos, & secundum quod maior pars de signis prædictorum trium locorum, fuerint bicorporea, & plures planetæ qui ibi habuerint dominium, maxime cum Mercurius fuerit dispositus dictorum locorum, & habuerit aspectum cum pluribus, secundum hoc etiam plures pueros generabit.

Genus autem natorum ex loco, Solis, Lunæ & Horoscopi, colligimus. Nam si loca tria prædicta in masculinis signis reperta fuerint, & masculinarum stellarum testimonia accesserint, scilicet Saturni, Iouis, Martis, masculi nascuntur.

Si autem Venus fuerit in foemino signo constituta, & luminaribus & horoscopo iungitur foemini sexus gemini procreantur, dummodo prædicta loca duorum corporum signa possederint.

Cum autem prædicta tria loca, non sunt bicorporea, sed tantum duo, quoniã tunc oportet inspicere gradum mediæ cœli, si fuerit signum bicorporeum, tunc generabit plures duobus, secundum dispositionem planetarum, cum quibus prædicta loca iuncta fuerint.

Cum Saturnus & Mars in præfatis locis in signis bicorporeis fuerint inuenti, tres masculi nascuntur. In genitura autem trium foemellarum, oportet ut Luna Venus & Mercurius foemini in prædictis locis permaneant.

In duorum masculorum, ac unius foemellæ genitura conuenit, ut Saturnus, Iupiter, ac Venus in illis sint locis. Parturiet etiam duas foemellas & unum masculum, cum Venus, Luna, & Mars in illis locis existunt. Sed hæc ex figura conceptionis facilius sciri possunt.

Secundum ergo hunc modum quo mulier parturit plures duobus, contingit frequenter ut illi qui nascuntur, non euadant à morte, uel impedimento corporis uel damnatione membrorum. Hæc Ptolemæus.

Aliorum

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi :



VANDO Saturnus & Mars fuerint in signo communi mater edet uno partu duos masculos aut tres, uel duos masculos & unam foemellã
 Quando Luna, Venus & Mercurius fuerint in bicorporeis signis foemininis, mater pariet tres foemellas uel duas foemellas & unum masculum.

Sol, Luna & Ascendens, ac ipsorum domini in signis bicorporeis, aut eorum maior pars, habebit gemellos fratres uno partu.

Domini signi partis filiorum in signo duplici, si in quinta sit signum duplex & Luna in duplici signo, si Lunam & Mercurium aliqua radiatione respexerint, uel cum ea fuerint, gemini nascentur.

Luna in signo duplici & Sol in aliquo cardine, si secundum à Luna possederit signum, aut duplex cum Ioue positus, aut cum Mercurio fuerit, gemini nascentur.

(Luna in domibus Iouis uel Mercurij, & ipsorum alter in ascendente uel septima domo, gemini nascentur.

Luna cum Mercurio aut Ioue, & sol sibi altam applicet stellam, si sese duplicibus ex signis uiderint, uel si Ascendens sit signum duplex cum aliquo planeta, gemini nascentur infantes.

Iuppiter & Mercurius in prima in signo duplici, Luna in quouis cardine, si Sol iungatur alicui stellæ in eo signo in quo fuerit, aut duabus in genituris, semper gemini, aut una tantummodo dummodo maleuolarum aliqua ex loco superiore nõ aspiciat. Quod si altera infortunantium ex medio cœli aspiciat, prior conceptus in partu morietur, aut non perficietur eius nutritio. Si autem Luna in cardine non fuerit, nec in signo duplici, Iuppiter uero & Mercurius in duplici in prima domo, & Luna cum aliqua stella iungatur aut Sol, gemini nascentur infantes.

¶ De monstris.



V M duo luminaria ab angulis cadunt & non habuerint conuenientiam cum loco ascendente, & infortunæ fuerint in angulis, talis qui nascitur erit uilis, pauper, exilis, & staturæ permutatæ.

Quando gubernator coniunctionis uel oppositionis precedentis natiuitatem, & gubernatores locorum luminarium natiuitatis, & locus Lunæ ac Ascendentis natiuitatis, uel maior pars eorum non aspexerint locum coniunctionis uel oppositionis natiuitatē precedentis, & cum hoc sint infortunæ potentes in angulis, & ambo luminaria ab ascendente cadentia, uel ipsum non aspicientes natus erit facturæ permutatæ. Hęc autem si sic fuerint & luminaria in signis quadrupedum uel ferarum inuenta fuerint & infortunæ in angulis, natus non erit ex hominibus, maxime si fortunæ cum luminariis non habuerint testimonium ex aspectu. Sed si eis infortunæ testificatæ fuerint, natus non erit domesticus, sed erit de natura & effigie illius animalis, in cuius signo luminaria fuerint. Ut in signo Piscium, nascetur forma piscis. Iuppiter autem cum Venere, si luminariis testificantur erit natus similis animalibus domesticis, ut sunt canes & his similia.

Mercurius si illis testificatus fuerit, erit natus similis animalibus quibus homines utuntur, Gallinis, Bobus, Porcis &c. Si autem fuerint luminaria in signis humanis cæteris omnibus ut prius dispositis, natum similem hominibus uel ex his animalibus quę cum hominibus uersantur, forma tamen inuisitata futurum significant.

Si fuerit infortuna in angulis in signis quadrupedū, nascetur natus cum pluribus pedibus quā duobus, uel habebit pedes alterius formæ quā pedes hominis, & corpus ipsius immutabitur. Si autem prædictis locis scilicet luminariū & ascendenti, nulla fortuna testificata fuerit, natus non loquetur irrationalis, sine aliquo intellectu, eiusque factura ueraciter & perfecte immutabitur. Si prædictis locis Iupiter & Venus testificati fuerint, natus erit honoratus, loquetur multa in Legibus, & uaticinabitur, & erit hermaphroditus, id est, figura ex Venere & Mercurio denominata. Si Mercurius in factura permutata testimonium contulerit, erit natus somniorum interpretes, & ex his erit eius uictus, præter quod surdus est, & superiores dentes statim cadent. In alijs uero rebus, erit conuenientis naturæ, præterquam quod erit subdolus, & deceptor hominum. Hæc Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.



SA T V R N V S, Sol, Luna, & Caput draconis Lunæ, in eodem gradu in ascendente, natus erit hermaphroditus.

Tres domini triplicitatis ascendentes, luminaria etiam cadentia, item domini locorum luminarium, et locus coniunctionis uel oppositionis præcedentis natiuitatem, & dominus eius cadentia, natus non gustabit aliquid, aut non erit homo, sed erit monstrum, ita quod habebit aliquod signum ultra naturam humanam.

Si luminare, cuius fuerit auctoritas, infortunatum fuerit in angulo occidentis, uel si infortunantes illud ab angulo occidentis aspexerint ex quadrato uel oppositione, nascetur semiuiuus (uel quod ego expertus sum) ut frustum carnis, quod Medici Molam appellant, philosophi autem massam carneam.

CAPVT QVARTVM.

¶ De his qui non creuerunt.



SI aliquod luminarium fuerit in angulo, & illi associetur altera infortunarum in eodem gradu in longitudine tantum, uel longitudine & latitudine, uel aspiciat illud in figura æquicurria, nec ulla fortunarum ei societur in figura, fueritque dispositio luminarium in locis infortunarum, natus non uiuet, sed statim morietur. Figura æquicurria fit, exempli gratia, Sit Sol in ascendente, Luna in angulo terræ, infortuna in angulo septimæ, quæ aspiciat Solem opposito, & Lunam ex quadrato aspectu partiali in iisdem gradibus.

Cum infortuna non fuerit in figura æquicurria, sed sint loca luminarium in proiectione radiorum seu aspectu infortunarum, uel quod infortunæ ascendunt & applicent ad ea, fuerintque duæ infortunæ impediens unum luminare, uel ambo luminaria, ascendentes ad ambo luminaria, uel ad unum eorum, uel existentes in opposito unius, uel amborum, uel quia una infortunarum sit in opposito luminarium, & alia ascendens ad locum luminarium, natus uitam non habebit. Ascendere ad locum luminaris, est se ponere ad angulum in quo erat luminare. Sed proiectione radiorum, id est, non coniuncta gradu per gradum, ita tamen quod sint pauci gradus inter eos quo ad orbem luminis.

Cum infortunæ locum ascendentes, & luminaria damnauerint, fuerintque luminaria cum infortunis in cardinibus ad inuicem applicantia ex coniunctione Sol Marti, Luna Saturno, uel ex diametro, Saturnus Soli, Mars Lunæ, fuerintque infortu

infortunæ gubernatores horum locorum, maxime si ambæ infortunæ scilicet Saturnus & Mars ambo luminaria opposito radio, aut graduali coniunctione infecerint, ipsis existentibus in angulis, mortui uel semiuiui nascentur infantes.

Cum ad prædicta loca fortuna uenerit, aut radios proiecerit, peruenerintq; radij fortunæ ad præcedentes partes, uiuet natus secundum graduum quantitatem, qui sunt inter luminare seu Hylech, & infortunam propiorem. Si enim nocumentum infortunæ erit forte, gradus distantia illorum erunt horæ, si mediocre, erunt dies, & si debilius, erunt menses. Si uero radij infortunarum ad præcedentes, fortunarum uero ad sequentes partes peruenerint, crescet natus, & uiuet. Præcedentes autem partes, sunt quæ prius oriuntur per motum primi mobilis.

Cum infortunæ eleuabuntur super fortunas, mutuam societatem habentes in figura, erit natus imbecillis, & miseræ cõplexionis. Si autem fortunæ eleuabuntur, natus à parentibus suis non nutrietur, sed ab alienis. At si altera infortunarum cum Luna pariter oriatur, aut ei applicuerit, & altera infortunarum occidat, natus à parentibus nutrietur, ratione Lunæ super infortunam uictoriam obtinente. Cum autem aliquod luminarium occidentem occupauerit, faciens figuram cum infortunis duabus, pluribusue modis, infantes semiuiui oriuntur, aut quasi carnis frustum, aut imperfecte creationis, quare si altera infortunarum luminari existente in occidente eleuetur, natus non nutrietur, neq; uitam habebit, secundum regulas prædictas. Hec Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Pro nutri- tione con- sidera.	}	Ascendentem.
		Dominum eius.
		Dominos triplicitatis ascendentis.
		Partem fortunæ,
		Dominum eius,
		Solem.
		Dispositorem eius.
}	Tres dominos triplicitatis Solis.	
	Locum coniunctionis uel oppositionis præcedentis.	



HABEAS etiam respectum ad gradus qui sunt inter Hylech & infortunam, ad gradus nimirum eiusdem longitudinis & latitudinis, qui si fuerint æquales, & de eadem parte cœli cū luminariibus, uel una earū Hylech existente, natus spatium uiginti quatuor horarum non superabit. Si autem gradus latitudinis fuerint inæquales, ac infortunæ extra eclipticam positi: fortunæ uero in ecliptica in eadem longitudinis parte cū infortunis, nocumentum eorum erit mediocre. Si autem longitudo & latitudo utrorumq; fuerint diuersorum graduum, erit debilius. Si autem fuerint in diuersis partibus cœli, in eodem tamen signo diuersorum graduum, fortuna medium tenente, natus accipiet annos nutritionis & uitam, dummodo infortunarum radij ad præcedentes partes luminarium, fortunarum uero ad sequentes proiciantur.

Significatores nutritionis sunt Ascendens, Dominus eius, domini triplicitatis.

tis eius. Pars fortunę, dominus eius, Sol, dominus eius, domini triplicitatis eius. Loc^{us} Coniunctionis uel Oppositionis præcedentis natiuitatem.

A dominis triplicitatis ascendētis, tanquam ex radice, scitur de nutritione. Primus enim habet primam tertiam, Secundus secundam, Tertius tertiam, ac ultimam nutritionis partem.

A dominis triplicitatis luminaris conditionarij, tanquam ex radice, scies uitam nati.

Præsentata natiuitate, considera principaliter dominos triplicitatis ascendētis, & secundum eos, dic bonam uel malam nutritionem, & hoc in illa parte nutritionis quæ significatur à tali domino triplicitatis.

Domini triplicitatis luminaris temporis in prima, decima, undecima, uel quinta, nutritionē leuem ac bonā significāt. Si in septima, malā, anxiam, ac laboriosam.

Si gradus ascendētis & luminare temporis damnati fuerint, non nutrietur, nisi domini triplicitatis fuerint salui & firmi in angulis.

Si Luna infortunata in ascendente, non nutrietur.

Si Luna in quarta domo coniuncta infortunæ quadrato uel opposito, non nutrietur, eritq; mater in periculo, aut forte morietur.

Dominus ascendētis combustus, natus non uiuet octo diebus.

Coniunctio planetarum plurium in ascendente, nutritionem non significat.

¶ De natis qui nascuntur mortui.



DOMINI triplicitatis ascendētis, & Solis cadentes ab angulis & in fortuna in ascendente, ita quòd eius fortitudo ad malum tenditur.

Luna in occidente posita, non habēs aspectum fortunæ, & quòd in uno angulo sit infortuna, nascetur quidem, sed non uiuet una hora.

Si Luna in quadrato infortunarū fuerit, & alia infortuna aspiciat ascendens, natus non habebit uitam.

Quando signum in quo fuit coniunctio uel oppositio præcedens, & Alchocoden, & dominus termini Solis & Lunæ, & Ascendētis, & domini triplicitatis Solis de die, & Lunæ de nocte, etiam pars fortunæ, omnia infortunata, natus ex utero matris uiuus non egredietur.

Omnes planetæ in sexta uel duodecima, si eos dominus ascendētis non aspexerit, natus non fruetur uitalibus auris.

Luna cum Marte in Medio cœli cum quibusdam conditionibus supradictis, & maxime si infortunæ domini triplicitatis ascendētis & Solis, natus egredietur mortuus, & frustatim.

Luna & Mars in ascendente, & Saturnus in occidente, natus egredietur mortuus, hoc tamen si fortuna non aspexerit Lunam.

Luna in occidente cum Marte, & Saturnus in ascendente, & in conditionibus quibusdam supradictis, non uiuet natus per diem integrum.

¶ De natis qui uiuunt, sed non nutriuntur.



BI maior pars dominorum triplicitatum hæc significantium, reperitur infortunata in cadentibus ab angulis.

Item si Luna coniuncta Saturno in eius triplicitate fuerit, uel aspiciat ipsum ex quadrato, natus uiuet parum, & erit malæ nutritionis.

Eadem uero coniuncta cum Sole & Marte, breuem nato decernit uitam.

Si Luna inter duas infortunas posita, fortuna non aspiciente ipsam, parum uiuet natus, idq; intellige etiam de infortunis stellis fixis.

Luna cum Sole in uno gradu, & Saturnus aspiciens eos ex quadrato uel opposito, non nutrietur.

Sol & Luna in uno gradu, natus non uiuet duabus horis. Applicatio domini ascendentis ad dominum octauæ, abbreviat uitam & impedit nutritionem.

Luna in Ariete in opposito Martis, si non aspiciat fortuna, erit debilis nutritionis, & uitæ breuis.

Dominus ascendentis & dominus loci Solis & Lunæ, & pars fortunæ sub radijs, erit parua uitæ.

Caput draconis Lunæ, & ambo infortunæ in quarta ab ascendente, natus non nutrietur.

Saturnus in ascendente, Mars in septima, natus uiuet parum, & malum habebit, donec uiuet.

Quando infortunæ sese aspiciunt ex opposito, ita quod una sit in ascendente, & altera in occidente, & Luna in Medio cœli, uel in occidentæ, natus non diu uiuet, & erit turpis.

Saturnus in oriente, & Luna in occidente, natus parum uiuet, additis alijs

Saturnus in oriente, & Venus in occidente, natus parum uiuet, additis alijs quibusdam supradictis. Nota quod magna uis nutritionis, est per dominos triplicis ascendentis & Solis in his quæ dicta sunt.

¶ De his qui nascuntur & nutriuntur, sed non perueniunt ad senectutem.



si sunt habentes partim prædictos significantes in prosperitate ac felicitate ad uitam, & partim cadentes & infelices, quare iudex sit discretus & solers.

Aspice ultra hæc quæ dicta sunt, diuisorem uitæ, si est in bono loco, significat moram nati in hoc mundo, & bonitatem nutritionis.

Iupiter in ascendente, uel si Ascendens aspiciat trigono, natus bene nutrietur.

Iupiter in angulis uel succedentibus, & Venus libera ab infortunis, & à retro gradatione & combustione Iouem aspiciens, natus uiuet & nutrietur.

Luna et Mercurius in ascendente, et Iupiter in quarta, natus uiuet.

Venus in Medio cœli in loco fortunæ, uel in quarta ab ascendente, significat pulchritudinem nutritionis.

¶ De his qui uiuunt, nutriuntur & ad senium perueniunt.



si habent significantes quos diximus fortes et fixos in angulis, et liberos, non cadentes ab angulis, adde quod Alchocoden sit fortis et stabilis, non implicatus cum malis, sed ab ipsis separatus, quoniam si sic, dabit nato annos maiores.

Luna in Medio cœli in aspectu fortunarum, & infortunæ ab ea cadentes, natus uiuet multum.

Fortunæ in quarta ab Ascendente, natus perueniet ad senectutem, & erit mors eius in magno statu.

Sol in ascendente, uel Medio cœli, ita quod infortunæ ipsum non aspiciunt, natus diu uiuet.

Venus in ascendente bene fortunata, & infortunæ cadentes ab ipsa, ita quod Iupiter ipsam aspiciat laudabili aspectu, existentibus etiam dominis triplicitatis ascendentis bene fortunatis, natus erit bonæ uitæ & iocundæ.

Mercurius, Venus, & Sol, aspicientes Lunam, natus erit longæ uitæ, & sanus.

Pars fortunę, uel eius dominus in ascendente orientalis extra radios, si non aspiciat ipsum in fortuna, erit longę uitę, & dominus nominatus.

Sunt qui solummodo considerant gradum ascendens, & dominum eius, dominos triplicitatis ascendens, luminare temporis & dominos triplicitatis luminaris.

Vt in nostra proposita genitora diurna. Saluus est gradus ascendens & in eo fortuna scilicet Iupiter, licet retrogradus, & ibidem sextiles radij Lunę. Sol saluus & fortis, Luna & Mars salui, illa omnia significant nutritionem. Luna prima domina triplicitatis ascendens salua, significat primam tertiam nutritionis saluam. Venus uero secunda infirma & debilis, significat secundam tertiam nutritionis debilem, Saturnus tertius dominus triplicitatis fortunatus, fortunatam tertiam nutritionis partem significat. Iterum domini triplicitatis loci Solis, Sol, Iupiter, Mars, uictum mediocre significat.

Cętera de spatio uitę uide in tractatu reuolutionum.

CAPVT QVINTVM.

¶ De forma, figura, & constitutione corporis.



N hac re uniuersaliter obseruandus erit orientalis Horizon & dispositio eius ac planetę in prima existentes, Luna quoq; & dispositio loci eius obseruandi particulariter. Similiter stelle fixę quę unā cū imagine cęli orięte ascendunt. Nam ex commixtione illorū solet considerari omnis formatio effigiesq; corporum; Sic quidam ut primas teneant dominantes stelle, accommodenturq; illis singulorum locorum proprietates. Quę quidem res generaliter sic se habet. Nam stellarum natura talis est.

Vt Saturnus si orientalis, inficiat natos colore subnigro, sed corpus faciat bene compositum, nigros capillos & crispas, oculos ingentes, staturas autem mediocres, constitutionem maxime humidam & frigidam. Idem occidentalis traditur efficere nigros, compressos, paruos, planum capillum, & caluiciem, non incompositos, oculos nigellos, constitutionem maxime frigidam.

Iupiter dominus memoratorum locorum, si orientalis sit candidulos reddit beneq; coloratos, mediocri capillo, oculisq; nigellis præditos, eleganti staturę magnitudine uenerabiles; In quorum constitutione uincat caliditas & humor. Occidentalis uero candorem quidem attribuit sed indecentius, capillum laxum, tempora atq; etiam sinciput recaluum, staturas mediocres in constitutione habundantibus humoribus.

Mars orientalis colorem candidum cum rutilo confundit, facit longos & bene compositos, oculos ceruleos, crassulos, mediocre capillum, constitutionem maxime calidam & siccam. Occidentalis uero, burrhos efficit, statura mediocres, paruus capitibus, tenui ruffoq; capillo ac laxo; In quorū cōstitutione uincit siccitas.

Venus effectus eosdem habet cum Ioue, nisi quod corpus hæc magis exornat formositate & gratia, & muliebri quodam decore, redditq; magis succidum & delicatum. Peculiariter autem uisum cum decencia quadam intentiusculum facit.

Mercurius orientalis pallidiusculos facit, statura mediocres & compositos, oculis paruus, capillo mediocri; In quorum constitutione caliditas uincat Occidentalis, colorem iridem pallidum attribuit, sed & humiditatem insuper & macilentiam, & cauos orbis oculorum & caprinum uisum, subrufos. In quorum constitutione uincit ariditas.

Horum singulorum uires naturamq; adiuuant in configurationibus; Sol quidam ad pleniorē dignitatis & bonę compositionis modum;

Luna autem maxime, hæc cum stellæ ab ipsa defluunt. In uniuersum quidem ad elegantiam & ualetudinem aliquid adiicit, redditq; constitutionem humidiusculam, Particulatim uero pro ratione luminis sui. Præterea cum hæc stellæ matutinæ sunt, cumq; apparent, corpora reddunt ingentia. In prima statione robusta & ualida. Retrogradæ, incongrua; In statione secunda, imbecillia. Cum uero occultantur, tum ad ultimam deiciunt humilitatem, ferendisq; malis & miserijs exponunt. Inter hæc illud quoq; teneatur, cum ad formam, tum ad constitutionem corporis, momenti plurimum afferre ipsorum etiam locorum proprietates.

Præterea quadrans ab æquinoctio uerno usq; ad æstiuum Solstitium, reddit bene coloratos, magnos, compositos, eleganti uisu, in quorum constitutione uincit humidum & calidum. Sequens ab æstiuo solstitio usq; ad æquinoctium autumnale, tolerabili colore, congrua statura, cõpositos, nigris oculis, aliquantũ crassos, crispulos, maxime calidæ & siccæ cõstitutionis. Quadrans ab hoc æquinoctio usq; ad hybernum solstitium, pallidos facit, macilentos, compressos, humiles, capillo medio cri, decoris oculis. Maxime frigidæ & siccæ constitutionis. Hinc quod superest circuli usq; ad uernum æquinoctium, pallidiusculos reddit non incongrua statura, laxo capillo & tenui, non incõpositos, in quorum constitutione uincit frigidum & humidum.

Particulatim autẽ ea signa siue in Zodaico siue extra sint, quæ humanam effigie habent, elegantia corpora & congruas figuras efficiunt. Quæ uero ab hac aliena sunt, corpora pro suæ formæ proprietate effingunt. Et ut à quodam traditur, suis partibus similes reddunt easdem corporis partes, magnitudine, paruitate, robore, infirmitate, elegantia: Magnitudine quidem, ut uerbi gratia, Leo, Virgo, Sagittarius: Paruitate, Pisces, Cancer, Capricornus. Item superiores partes, prioresq; magis cõpositas, posteriores minus cõcinnas facit Aries, Taurus, Leo, Cõtra, Sagittarius, Scorpio, Gemini, magis posteriores, priores minus. Eodẽ modo congrua & elegantia corpora reddunt Virgo, Libra, Sagittarius. Incongrua & elegantia parum Scorpio, Pisces, Taurus. Atq; de alijs similis ratio dicatur. Quibus quidem uniuersis consideratis & perpenlis, coniecturam facere conuenit de collecta proprietate cum formæ tum constitutionis corporis. Hæc Ptolemaeus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Pro forma corporis considera

- Ascendentem.
- Almuten ascendentis.
- Locum Lunæ.
- Planetam in ascendente uel radios eius.
- Imaginem cœli.
- Quartam anni.
- Partem Stabilitatis.
- Partem futurorum.



FORMA nati difficulter dijudicatur propter multimodas causas concurrentes, scilicet ex parte progenitorum. Nam parentum similitudo usq; ad septimam generationem attendenda est. Item propter clima, propter prouinciã, propter loca natiuitatum. Patriæ etiam colores atq; educationem. Item propter cibum & potum, ac consuetudines. Primo uide gradum ascendentis natiuitatis. Nam ipse est significator corporis nati. Huius formam & constitutionem ad partem notabis.

Secundo considera Almuten ascendens, nam ipse est significator faciei. Vnde etiam signum, in quo ipse est, & quicquid unumquodque de formis & constitutione corporis significet, etiam ad partem notabis.

Tertio uide locum Lunæ natiuitatis, nam ipsa est etiam significatrix corporis nati; & huius signi formam & constitutionem ad partem nota.

Quarto uide an aliquis planetarum fuerit partiliter in gradu ascendens, maxime si ibi habuerit dignitatem. Et si non fuerit ibi partiliter, sed sit ibi per medietatem sui orbis, uel quod proficiat radios illuc ex medietate sui orbis, quoniam si sic fuerit, erit ipse principalis significator formæ nati, permiscendo tamen formam Almuten ascendens, & loci eius in quo est. Considera etiam principaliter ascendens, maxime si Almuten ascendens, aspexerit ascendens, & iudicabis à planeta principales qui habuerit prærogatiuas in significatione formæ corporis, permiscendo locum Lunæ, & aliorum planetarum, qui dicta loca aspexerint.

Quinto considera imaginem cœli cum stellis fixis orientibus cū gradu ascendens, uel etiam stellas fixas quæ fuerint cum Almuten ascendens, augendo & remittendo formas eorum, sicut decet.

Sexto uide etiam quartam anni, in qua quis natus sit. Nam si fuerit quarta Veris, Aries, Taurus, Gemini, adiuuat ad pulchritudinē formæ, & ad ipsius decentiam, & inclinatur ad constitutionem sanguineam. Et si significatores formæ in his signis reperti fuerint, uel etiam in sequentibus quartarum signis, significant secundum formam ipsorum. Si in quarta æstiuale Cancer, Leo, Virgo, facit pro oculis magnis, capillos multos, membra grossa, & inclinatur ad complexionem cholericam. Si in quarta autumnali, Libra, Scorpio, Sagittarius, dant formæ decentiam, mediocrem staturam, colorem mellis assemilem, macilentos, modestos, amplis humeris, capillatura mediocri, uincet in his complexio melancholica. Si in quarta hyemali, Capricornus, Aquarius, Piscis, faciunt ad bonitatem & decentiam formæ, natiq; color uergit ad nigredinem, Corporis uero qualitas temperata, capilli rari & plani, bona membrorum aptitudo. Vincet in his complexio Flegmatica. Et quoniam unumquodque signum & unusquisque planeta, certas & determinatas habent formarum descriptiones, de singulis differemus in Aphorismis sequentibus.

¶ De formis duodecim signorum.



VANDO aliquis prædictorum significatorum uel locorum fuerit in Ariete, significat de figura longum collum, parua crura, inclinatum aspectum, multos capillos & crispes, tendentes ad album.

Taurus, dat amplam, longam, & eleuatam frontem, ad modum Tauri, nares amplorum foraminum, magnorum oculorum, collum grossum & pingue, capillos erectos, supercilia magna, uocem mediam cum quadam rauedine. Eius principium facit natum tendere ad crassitudinem, in harmonia membrorum adinuicem non proportionabilem, & finis ad macredinem non proportionalem, in proportionem membrorum adinuicem.

Gemini, faciunt bene proportionatos in membris & ipsorum situ, mediocri staturæ & temperatæ, forma faciei humana, ampli pectoris, in brachijs bona dispositio, debilis corporis, subtilis ingenij. Principium eius facit corpus tendere ad maciem. Finis uero ad pinguedinem, bonæ uocis & pulchræ.

Cancer, facit natos stature humilis, superiora membra crassiora inferioribus, magni uentris, dentaturæ obliquæ, paruos oculos, magna supercilia, capillos diuersos, & crispes ad nigrum tendentes, amplos humeros, remissam uocem.

Leo, dat corpus magnū, flauum, amplū pectus, membra superiora crassiora inferi

inferioribus, leuem in motu, fortem, magnæ iræ, crura subtilia, acutu aspectu, uocem sonoram, multorum capillorum, citrini coloris.

Virgo, dat longiusculos, mediocres in crassitudine & macie, in proportione membrorum inconcinnos.

Libra, facit homines pulchræ formæ, temperatos in proportione membrorum, mediocres in carne & statura, alba facie, in reliqua parte corporis nigros.

Scorpius, paruos oculos, paruam faciem, multos capillos, magna crura, magnos pedes, agiles in motu, membra male proportionata.

Sagittarius, corpus magnum, debile, flauo coloris in facie, longæ barbæ, subtilium capillorum, à parte posteriori erit pulchrior quàm ante, magnus uenter. Eius prima medietas, facit corpus proportionatum, pulchram uocem.

Capricornus, significat corpus paruū, crura subtilia, debilis corporis & sicci, longam faciem ad similitudinem capræ, uultus subtilis, & acutum, multos capillos, uocem mediam.

Aquarius si fuerit formæ significator, erit una pars corporis longior alia, uel saltē crus longius, natus ipse erit bene temperatus in proportiōe membrorum, pulchræ uocis.

Pisces, dant rotundos oculos, magnam faciem, coloris albi, macula inerit formæ, uox modica, disproportionatus in membris, paruū corpus.

¶ De formis septem planetarum.



SATVRNVS solus principalis significator in dispositione corporis nati, facit strabonem uel maculam in oculo habentem, magnos oculos, longam faciem, turpis aspectus, pedes habentes curuaturam & fissuras. Qui si orientalis fuerit, facit natum frigidum & humidum. Si occidentalis, facit natum frigidum & siccum. Saturnus itaq; solus dispositior orientalis, tam à Sole quàm in figura, uel à Sole tantum, significat natum mellini coloris, mediocriter crassum, pilorum nigrorum in capite, corpus mediocre, oculos mediocres, pilos spissos in pectore, erit humidæ complexionis. Si fuerit occidentalis, significat nigrum, paruū corpus & macilentū, planorum, rarorum, ac nigrorum capillorum, & erit melancholicus, maxime si fuerit Saturnus bene dispositus. Si autem fuerit male dispositus, significat deteriorem formam.

Iupiter solus dispositior corporis, significat album hominem, sed aliquantulū flauum, magnorum oculorum, sed paruorum pupillarū, æqualium capillorum, & bonæ apparentiæ, mediocris dispositionis in carne, pomellorum faciei altorum, erit temperata staturæ. Si fuerit orientalis, erit sanguineus. Si autem fuerit occidentalis, erit pulchrior, habebit oculos mediocres, erit ex anteriori parte corporis caluus, habebit capillos planos, corpus mediocre, uincet in eo humiditas. Et si fuerit orientalis, habebit in pede dextro signum. Si uero occidentalis, habebit in sinistro pede signum, quod raro fallit. At si Mars cum Ioue participauerit aliquo modo, inerit illi candori aliqua rubedo, & erant oculi paulo grossiores. Si Sol cum Ioue participauerit, detrahet aliquantulum albedini Iouis, & erit statura decens, & aliquid turpitudinis in capillis, & in oculis paululū crocei. Venus si cū Ioue participauerit, declinabit color ad nigredinem, statura pulchra, facies rotunda, oculi pulchriores. Mercurius cum Ioue si participauerit, parum discrepabit color nati ab eo quem Iupiter indiderat, facie semileuata & semilonga, nasum, & oculos, dentes, nec ex toto nigros, barba nigra & rara, digitos semilongos, corpus gracile, staturam mediocrem, & labia subtilia. Luna si cum Ioue participauerit, erit color nati nō uere albus, sed quadam permixtus rubedine, supercilia decētia, oculi non ex toto nigri, & unus altero maior, facies rotunda, & statura mediocris. Et si in omnibus supradictis Iupiter impletus fuerit, erit contrarium eius quod diximus. Et quanto planetarum infortunium maius fuerit, tanto nati forma inconuenientior erit.

Mars, solus dispositor corporis, orientalis tam à sole quam in figura, maxime à Sole, facit natum mediocris corporis, oculis uarijs, color faciei inter album & rubeum, multorum capillorum, in eo uincet cholera. Et si occidentalis fuerit, facit corpus simpliciter rubeum, staturam mediocrem, oculos paruos, capillos raros cum quadam fluedine, faciem rotundam, uincet in eius complexione siccitas, habebit signum in facie, uel per ipsam maculas, dentes longos, ferocem uultum, carnem modicam, magnos nares. Aliqui habent oculos croceos, habebit signum in pede, uel lesionem aliquã. Aliqui habent grana rubea in facie, raros in barba pilos.

Sol solus dispositor corporis & formæ in parte orientis supra terram, significat bonum colorem, uel colorem croceum, corpus mediocris staturæ. Et si fuerit in ascendente in signo aqueo, erit temperatæ complexionis, quasi de complexione Iouis. Si autem fuerit in dicto loco in signo igneo, erit modicæ carnis, quasi tabescentis, sed procedente atate, habebit incrementa, tamen ex se significat corpus mediocre, uocem raucam.

Venus sola dispositrix formæ, dat formam formositatis muliebris, cum uagis oculis & placabilibus, corpus lassum, in colore permixtū cum rubedine, labiorum subtilium ac superciliarum, multæ carnis in facie, stricti pectoris, & crassorum crurium, habet capillos aliquantulum spissos & crispas, blandum aspectum.

Mercurius solus dispositor corporis, orientalis tam à Sole, quam in figura supra terram, maxime à Sole, significat quòd erit mellini coloris, mediocris corporis, paruorum oculorum, mediocrium capillorum, uincet in eo caliditas. Si fuerit occidentalis, erit coloris subnigri, ac coloris crocei, macilentus, uocem subtilem habebit cum oculis multum intus positis infra orbis, & ipsorum pupilla erit ut capræ, ad rubedinem declinans, uincet in eo siccitas, habebit etiam longos digitos.

Luna sola significatrix corporis, facit natum album, pulchræ faciei, & aspectus pulchri. Alij uero dicunt, quòd significat hominem album, rubore permixtum, iunctis supercilijs, oculis non in toto nigris, rotunda facie.

Hic tamen summe notandum, quòd omnes prædicti significatores dispositionis formæ, significant formas suas quando sunt bene dispositi. Sed quando male fuerint dispositi, quoniam tūc remittunt de forma & figura ipsorum, secundum infortunium ipsorum, maxime illorum membrorum, quorum ipsi sunt significatores & etiam signorum eorum, in quibus fuerint.

Vide etiam an significatores, principales præsertim, fuerint in gradibus luminosis, fumosis, uel tenebrosis, quoniam gradus lucidi multum iuuant ad claritatem faciei, & ad eius pulchritudinem. Fumosi adimunt ad obscuritatem & turpitudinem faciei. Tenebrosi, faciunt faciem obscuram, turpem, & deformem.

Quando significatores fuerint matutini, faciunt corpora magna, quoniam augent & remittunt à prædictis.

Si fuerint significatores retrogradi, faciunt deformitatem corporis, ita quòd membra debitam proportionem, & harmoniam non seruant.

Scorpio, Sagittarius, Pisces, mediocrem notant corporis pulchritudinem, idcirco magis si Venus in horum aliquo fuerit uel aspexerit.

Pars stabilitatis & dominus eius boni esse, significat, quòd natus erit pulcher, perfectus in membris, sani corporis in omni uita sua; Si mali esse, dic contrarium.

¶ Longitudinem, paruitatem, siue breuitatem corporis examinare.



PRIMO considera signum Ascendens, an formam longam uel breuiem significet.

Secundo uide principalem significatorem quid significet de statura longa uel breui.

Tertio considera etiam signum in quo talis significator principalis formæ fuerit, quid significet de statura longa uel breui, & permisce significata adinuicem.

Principaliter autem considerabis almuten ascendentis, an fuerit in longitudine longiori uel breuiori, uel in medijs longitudinibus. Nec minus centrum epicicli quoniam si fuerit significator in longitudine longiori erit corpus longum. Si in longitudine propiori, erit statura breuis. In medijs uero mediocris. Sic enim proportionaliter iudicabis staturam corporis nati, omnes significantes adinuicem promiscendo, ut dictum est supra. Sed hæc magis intelligenda sunt de longitudine longiori & breuiori eccentrici tam in augendo quam remittendo significata prædicta. Similiter signa que augent suas ascensiones, idest signa longarum ascensionum, faciunt ad imaginem corporis quando fuerint ascendentes, & etiã significantur loca. Sic e conuerso dic de breuitate corporis, quando signa breuium ascensionum sunt.

Initia signorum augent longitudinem, sed fines diminuunt.

Gemini, Virgo, Libra, Sagittarius, Aquarius, signa humana, faciunt corpora bene composita, & proportionata: Non humana, diuersa & uaria.

Luna in signis longioribus longitudinem corporis adiuuat, & ecõtra in breuibus.

Sol in occidente, longitudinem denotat, capillumque crispum & fluidum.

Planeta orientales in mundo, & à Sole addunt quid ad formæ longitudinem, præcipue si cum Saturno participauerint.

Planeta existentes in prima statione, addunt uigorem corpori, & si transeunt primam stationem, minora erunt, temperabunturque prædicta.

Planeta combusti detrahunt pulchritudini formæ, & faciunt corpora graui uel impedita. In secunda uero statione, debilitatem.

Si Venus, Iupiter & Luna in prima domo fuerint, dant membrorum fortitudinem, & si alij planeta bene aspiciant ascendentes gradum.

In summa considerabis etiã quid quiuis significator formæ de statura significet, & per tuã industriam omnia permisce. Considerabis etiam staturas parietum.

Mercurius in Scorpione, facit casum capillorum uel in capite uel in genitalibus.

Saturnus uel Mars in ascendente peregrinus, natus in capite uel facie notant uel signum habebit. Quod si fuerit impeditus, retrogradus uel combustus, erit nota illa turpis.

Qui habuerit Saturnum uel Martem in Leone & in ascendente erit caluus, homo crudelis & occidetur.

Saturnus almuten natiuitatis in cancro, significat turpissimum uultum & mostrosam formam.

¶ Crassitudinem & maciem, ac quantitatem corporis dinoscere.



CONSIDERA ascendens, an sit signum grossum, uel macilentum almuten etiam ascendentis & signum eius in quo fuerit. Vide etiam latitudinem almuten ascendentis, quoniam si caret latitudine, cæteris tamen paribus, significat natum macilentum. Si uero eius latitudo fuerit magna, cæteris paribus, significat natum pinguem. Et si latitudo eius fuerit meridionalis, erit carnosus, tamen leuis in motu. Si septentrionalis, erit grauis cum carnositate multa. Simili prorsus ratione eadem de re coniecturam capere potes ex motu eius in epiciclo. Quoniam si fuerit retrogradus, significat natum pinguem. In statione prima significat pinguedinem aliquanto tenuiorem. Si fuerit directus significat natum macilentum. Sed in statione secunda, minus macilentos facit. Atque ita iudicabis secundum rationem situs eius in epiciclo. Nam statio prima significat corpora fortia & patientia. Retrogradatio facit corpora pingua & male proportionata in membris. Statio uero secunda, facit corpora debilia.

Quando

DE FORMA ET FIGURA CORPORIS.

Quando significator fuerit occultatus, sub radijs solaribus, facit corpora uilia & disposita ad recipiendum omnes diuersitates.

Leonis, Arietis, Tauri, prima medietas, facit corpora tendere ad crassitudinē. Finis uero ad maciem.

Sagittarij, Geminorum, Scorpij, prima medietas, facit corpus tendere ad maciem & debilitatem. Finis ad crassitudinem & fortitudinem.

Virgo, Libra, Sagittarius, trahunt corpora ad æqualem & bonam complexionem & proportionem.

Nota quòd quando significatores fuerint in aliquo prædictorum signorum, uel quando aliquod eorum fuerit ascendens, iudicabis omnia proportionaliter per miscendo, prout decet, fortiores tamen significatores alijs præferendos moneo.



¶ Cui assimiletur natus, patri scilicet an matri.

IDE faciem ascendentis cuius planetæ sit. Si fuerit Solis, est similis patri. Si fuerit Lunæ, est similis matri.

Dominus faciei ascendētis, si etiã est dominus quartæ domus, & fuerit masculinus, est similis patri. Et si est fœmininus, est similis matri.

Si dominus faciei ascendentis est etiã dominus domus Solis, est similis patri. Si autem est dominus domus Lunæ, est similis auunculo.


Pars stabilitatis si declinauerit ad significatorem patris, natus erit similis patri. Si ad significatorem matris, erit similis matri.

Constituti
onē siue cō
plexionem
corporis a
lij extrahūt
ā

Signo Ascendentis
Almuten eius
Signo Almuten ascendentis
Planeta in ascendente uel radijs eius
Planetis ascendens aspicientibus
Quarta mensis Lunæ
Signo in quo est Luna
Planeta aspiciente Lunam
Quarta anni Solis
Almuten genituræ

Ex quatuor qualitatibus illorum colliges complexionem

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Quia

Conclusio prima. Quia Iupiter planeta peregrinus est in ascendente solus, item Mercurius dominus ascendētis & faciei ascendētis, dat uim & dignitatem suam Soli. Dico itaq; formam corporis sui debere trahi à Ioue cum participatione Solis & Mercurij.

Conclusio secunda. A Ioue quidem habebit formositatem membrorum omnium in debita proportione.

Conclusio tertia. A Sole autem claritatem, lucem atq; colorem pulchrum. Huic rei conducit quòd diurna fuit natiuitas, atq; in quarta uernali.

Conclusio quarta. Erit igitur corpore albus ad flauedinem tendens, oculorum mediocrium, paruorum tamen pupillarum, capillorum mediocrium, non ualde crispiorum nec prolixorum, barbæ crispæ & decoræ, genarum altarum, corporis mediocris non admodum crassi, nec nimis macilenti, decenti longitudine sua, aliquanto tamen longiore, hæc eliciuntur ex Ioue & Virgine ascendente.

Conclusio quinta. Veruntamen quòd magis ad pinguedinem atq; longitudinem tendat eius corpus, demonstratur ex significatoribus latitudinem habentibus, & retrogradationibus Iouis & Mercurij.

Conclusio sexta. Sol uero quia uim Mercurij domini ascendētis recipit in Ariete, faciem ei rotundam atq; aspectum uenerabilem cum quadam maiestate largietur, atq; capillorum etiam copiam, ad crispitudinem & albedinem tendentiū.

Conclusio septima. Caluiciem quoq; ab anteriori parte capitis, dum tempus fuerit, & ruborem in facie, signum in pede sinistro, oculos deniq; ad nigredinem accedentes, portendit Iupiter à Sole occidentalis in ascendente.

Conclusio octaua. Ipse in incedendo passus maiores faciet, atq; in motu aliquantulum tardior erit, hoc significatur ab omnibus sex planetis in latitudine Septentrionali existentibus.

Conclusio nona. Corpus eius erit sine maculis deformantibus, sanum & compositionis decentis, id significat pars stabilitatis in nona domo, sextilibus radijs Solis & Martis illuminata: Item saluatio ascendētis, sextæ & septimæ cuspidum. Deniq; pars Azemene Veneri coniuncta.

Conclusio decima. Membra eius ualida & fortia, indicat pars Celati in Capricorno cū domino suo forti. Prima tertia uite ipsius duabus ultimis dedilior erit eius rei argumētum sumitur ex habitudine triū dominorū triplicitatis ascendētis.

Conclusio undecima. Status uitæ eius frequentius in sanitate uersabitur, & in egritudinibus raro, probatur ex parte uitæ in termino Iouis, in angulo iuncta domino suo forti & fortunato.

Conclusio duodecima. Faciem uero ipsius magis respondere formæ matris quàm patris, declarat pars stabilitatis, magis Veneri quàm Soli conueniēs. Item ascendens eius ascendenti matris magis conuenit quàm ascendenti patris.

Conclusio decimatertia. Constitutio corporis ex calido, & sicco temperato componitur quæ Cholericæ dicitur, id colligitur ex significatoribus corporeæ constitutionis &c.

CAPVT SEXTVM

¶ De impedimentis & infirmitatibus accidentibus corpori nati.



INFIRMITATES corporis ex quatuor locis cognoscimus. Ab Ascendente, Septima, Sexta, & à locis luminarium. Nam si in prædictis locis, presertim in cuspidibus aliqua infortunarum extiterit, aut eadem loca ex quadrato uel opposito aspexerit, infirmitates nato uenturas decernit, maxime si supra luminaria infortunæ fuerint eleuata, ipsis luminariis in angulis existentibus, aut si sint ambo in uno angulo & dicta luminaria, stellæ maleficæ

lesicæ aspexerint, uel applicent, aut ab eis separentur, aut in oriente, uel occidente infortunæ steterint, infirmitates uarias significabunt.

Saturnus igitur prædictorum locorum in quibus infirmitates certæ significatur, si uictor extiterit, inducet nocumetum in aure dextra, splene, uesica, flegmate, & hoc maxime si simul extiterit in signo membrum illud respiciente.

Iupiter in tactu, pulmone, costis, pulsu, spermate, & cartilaginibus, uitia ac passiones nato decernit.

Mars habet sinistram aurem, renes, uenas, testiculos.

Sol dirigit uisum, cor, cerebrum, neruos, & omnia dextræ partis membra.

Venus odoratiua epar, carnem.

Mercurius, locutionem, imaginationem, deliberationem, memoriam, linguam, fel, nares.

Luna, gustum, guttur, stomachum, uentrem, pudenda mulierum, & omnia sinistrae partis membra.

Infirmitates sient generaliter, cum planetæ infausti ac morborum significatores, pro maiori parte occidentales inuenti fuerint.

Impedimenta aut & læsiones, cū orientales fuerint. Infirmitates nāq; in tempore ueniunt & recedunt. Læsiones aut quando accidunt corpori, perpetuo membra occupantes destruunt, sicut cæcitas oculorum, surditas, amissio membrorum.

¶ Modum læsionum particulariter corpori humano uenientium ex quatuor causis sciemus.



PRIMO. Luna cum sola fuerit in prædictis angulis Ascendente uel Septima, & fuerit in hora conjunctionis uel oppositionis, & Luna se applicet Soli ex angulo Ascendentis uel Occidentis ipsa infortunata existens & applicans stellæ alicui nebulosæ in Zodaico uel prope, decernit nato amissionem unius oculi. Similiter quando Luna fuerit in aliquo angulorum occidentalis à Sole, fueritq; Mars solus, aut Mars & Saturnus orientales, euntes ad Lunam à longe, uel si Sol fuerit in aliquo angulorum, aut ad eum duæ stellæ scilicet Mars & Saturnus ascenderint, aut duobus luminaribus associantur in figura, & utrumq; luminare in uno eodemq; signo uel in oppositis fuerint, & respectu Solis matutinales extiterint planetæ prædicti, respectu Lunæ uel spertinales, in utroq; oculo significant caliginem. Per Martem enim ex ictu, ferro, uel combustione eueniet. Si autem Mercurius eidem applicuerit, uel associatus fuerit, ex luctatione uel ludo. Saturnus oculorum caliginem, ex frigiditate, iaculatione, alijsue similibus causis dare solet.

Secundo. Venus in aliquo prædictorum angulorum existens, præcipue in Septima, ibidem Saturno existente, uel aspiciente eā de locis commutatis, fueritq; Mars eleuatus super ambos, uel sola Venus, aut eos ex opposito aspexerit, cōtinget ex hoc uiris, filios non habere, sed mulieribus abortum, & partus intempesti uos denunciat, quandoq; puerorū mutilationes & lacerationes cōtingent, maxime cum Venus in Cancro, Virgine, uel Capricorno extiterit, & Luna ex parte orientis Marti applicuerit.

Tertio. Venus hoc modo constituta cū Saturno & Mercurio associabitur, eleuabiturq; supra Venerem Mars, uel si Venus ei per diametrum opponetur, nasceetur hermaphroditus, uel erit clausus sine testiculis. Et cū fuerit Venus in prædicto statu cū Saturno aut Marte, & aspexerit Solē, fuerintq; ambo luminaria cū Venere masculina, Luna existēte occidentali, & sint infortunæ in sequētib; gradibus, nasceetur natus, si filius fuerit, sine membris uirilibus, aut impedimēta sentiet in eis ex læsione futura, maxime si supradicta cōstellatio in Ariete, Leone, Scorpiōe, Capricorno, uel Aquario,

Aquario, fiunt. Si foemina, erit sterilis & forsan impedimenta oculorum sentiet.

Quarto Mercurius cum Saturno si praedicta loca occupauerit, scilicet Ascendens, Septimam uel Sextam, Sole cum eis existente, maxime cum Mercurius Occidentalis fuerit, & uterq; Lunae in figura per coniunctionem uel aspectum associetur, pueros balbutientes & inpeditae linguae faciet. Quod si Mars cum his duobus fuerit, & applicet Lunae, illud malum minuet, & dissoluet linguae impedimenta, & hoc eote tempore cum Lunae per directionem occurrerit

¶ Infirmittates toto corpori inhærentes quatuor regulis sequentibus cognosces

PRIMA regula Cum luminaria infortunis applicuerint, ipsis in angulis existentibus, uel cum in opposito infortunarum fuerint, maxime Luna cum aliquo nodorum existente, uel in signis infirmantibus ut Aries, Taurus, Cancer, Scorpio, Capricornus, contingent corpori gibbositatis impedimenta, uel alicuius membri destructio, ut claudicatio aut disijunctio membrorum. Si autem cum luminariis fuerint infortunae, ab hora partus, idest quando nascuntur, hæc impedimenta contingent. Si in Medio caelo fuerint, & supra luminaria eleuata, fuerintq; loca earum cum eis in longitudine applicantia, aduenient hæc impedimenta per accidentia maxima, plena timoris, ut per praecipitationem, uel casus in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si fuerit Mars eleuatus super luminaria & dominetur, tale periculum ex combustione ignis eueniet, uel ex plagis maximis, uel quia in manus latronum incidet. Et si Saturnus dominetur, eleueturq; hæc eadem accident impedimenta ex praecipitatione & casu, uel submersione, uel paralisi.

Secunda Si Luna fuerit in signis æquinoctialibus uel solstitialibus infestata, decernit speciales infirmitates. Cum in Ariete fuerit morpheam inducet: In Cancro, impetiginem; In Libra, alboram; In Capricorno, lentiginem. Accident autem praedictae infirmitates, cum infortunae modo praedicto associabuntur Soli, uel Lunae, modo tamen contrario, sic ut qui Soli associantur, sint matutinales, & qui Lunae, sint uespertini.

Tertia. Cum infortunae luminaria damnauerint pro natura sua, uarias infirmitates solent inducere, Saturnus enim facit complexionem uentris nati frigidam, & ualde flegmaticam, aut ex humoribus ad membra discurrentibus, macilentum, morbidum, icteritiam quoq; & cruiatus in intestinis inducens propter tussim, uomitum, lepram, & cum his omnibus, accidet mulieribus dolor uuluae aut cili. Mars autem facit sanguinis sputum, & melancholiam quae ex nigris coloribus prouenit & apostemata in pulmone, atq; scabiem. Praeterea accedent etiam impedimenta ex incisionibus aut adustionibus in eo factis propter infirmitates, quas in occultis locis pacietur, ut sunt ulcera calida, ficus, atq; fistulae, quae in corpore nascuntur atq; augentur, & crescunt corrodendo. In mulieribus autem cum his accidet puerorum abortus maxime cum Saturnus damnans luminaria, fuerit in domo aut termino Martis, Mercurius equidem cum praedictis scilicet Saturno aut Marte si associatus fuerit, maliciam, & infortunium auget. Saturnus enim iuuabit in ægritudinibus in frigidando, & proprie in decursu humorum ad membra, & in eorum nocuentis, maxime autem in his quae ad palatum & ad pectus atq; ad stomachum descendunt. Mars autem iuuabit id desiccando, & in his quae ex desiccatione eueniunt, ut sunt crustulae ulcerum, impetigines iniquae, melancholia, frenesis, epilepsia, & his similia.

Quarta. Infirmittatis proprietates sunt aliquando secundum naturam signorum in quibus sunt infortunae in figura praedicta, uidelicet in Ascendente, & Septima. Nam Cancer, Capricornus, & pisces & omnia signa, quorum figurae siluestribus animalibus, aut piscibus assimilantur, infirmitates proprie generant, quae corrodendo

dendo augmentantur, sicuti impetigines, excoriations, fistulae, lepra &c.

Sagittarius & Gemini, faciunt casum, epilepsiam & his similia.

Infortunae in extremis partibus signorum, significant quod in extremitatibus membrorum infirmitates accident, ut podagra, cheiragra. In principijs uero signorum erunt infirmitates & laesiones in membris principalibus & extremis, ut in facie, uel alio in loco, & accidēt illae propter damnū eueniens ex decursu humorum, ut sunt lepra, podagra, cheiragra. Quod si fortunae non associantur in figura stellis infortunantibus, quae sunt horum occasio, uel cum luminaribus si sint in angulis, uel etiā si testificantur eis, & sint tamē debiliores infortunis super eas eleuatis, erunt infirmitates nati graues multae, & nullis remedijs medicabiles. Verū si fortunae eleuatae fuerint super infortunatas, quae sunt occasio praedictorū, uel his testificatae fuerint, & simul fortes in dignitatibus proprijs, & orientales, decernunt quidem impedimenta, sed nō disturbantia corpora mortaliter, sed leues erunt. Iupiter etiam cū praedictis infirmitatibus causam praebet, occultat impedimenta, & aegritudines, & occurrit morbis aliorum auxilijs. Nam si fuerit cum Mercurio, delebit medicaminibus infirmitates. Venus autē decorabit impedimenta quadam parte uenustatis, utputa diuinis quibusdam dotibus, prophetijs, per quas extollentur nati sub ista constellatione. At si cum Venere fuerit Saturnus, erunt infirmitates partefactae & detectae. Si Mercurius cum Venere fuerit, has cum utilitate & lucro patietur, quia sola fide, ab infirmitate liberabitur. Haec Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiae & aphorismi.

Pro infirmitatibus, considera.	}	Ascendentem.
		Sextam domum.
		Dominum eius.
		Septimam,
		Almuten significatorum infirmitatum.
		Primum dominum triplicitatis sextae domus.
}	Partem Azemene.	
	Dominum eius.	
	Partem anni quo timetur mors.	



PRO infirmitatibus corporis & causis eorum uide domum sextam & dominum eius, partem Azemene & dominum eius, planetas in sexta, similiter Lunam & eius dominum. Et si plurimi ex his fortunati fuerint, uel fortissimus ex eis cum domino ascendens beneuole coniunctus, significant nato sanitatem, & paucos morbos, praesertim si talis coniunctio in angulis uel succedentibus contingit. Si uero plurimi, uel fortissimus ex eis infortunati sunt, & coniuncti domino ascendētis, significāt multos morbos.

Almuten significatorum infirmitatum trahitur a	}	Cuspide sextae domus	} Almuten illorum. Si impedit ascendens, dabit nato aegritudines de sua natura. Quia si fortis fuerit & damnauerit ascendens, aut eius dominum significat infirmitates. Si debilis, nec aspiciens ascendens, nullas dabit.
		Domino eius.	
		Parte azemene.	
		Domino eius.	
}	Primo domino triplicitatis sextae		

Planeta morbos suos portendit, cum in genitura morborum dominus est.

Planeta significans infirmitatem, si fuerit in ascendente, infirmitas erit in principio uitae; In Medio caeli in medio uitae; In occidente in senio; In angulo terrae, circa finem uitae.

Sol in diurnis natiuitatibus, significat oculum dextrū, in nocturnis sinistrū.

Luna

Luna in nocturnis dextrum, in diurnis sinistrum.

Stellæ nebulosæ in zodiaco, nocent oculis. Stellæ nebulosæ in zodiaco, una est in Cancro, quæ persepe nebulosa dicitur, & est prima Cancri. Sunt & nebulosæ pleiades in Tauro, Item alia in octaua parte Sagittarij. Itē Caput caudæ Scorpionis, quæ nebulosa Scorpionis dicitur. Item decimaquarta in iuba Leonis. Item una in unda, quæ fluit ex urna Aquarij.

Si Luna infortunata fuerit, in primo gradu signi, natus erit cæcus aut contræctus. Cancer, Leo, Scorpis, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, si Luna in his fuerit, ex oculis natus laborabit.

Si luminaria fuerint in oppositione uel coniunctione, & mali in quadrato eorum, natus amittet à Sole oculum dextrum, à Luna sinistrum.

Luminaria impedita à malis ex quadrato uel opposito, nocebunt oculis.

Luminaria ambo in sexta, præsertim infortunata, natus absq; dubio excæcabitur, & si unum tantum, in uno damnum pacietur oculo. Similiter erit si aliquod luminare fortietur dominum sextæ, & infortunatum fuerit, & uniuersaliter, non poterunt oculi eius euadere, graue periculū damnumq; in cuius natiuitate fuerint luminaria impedita.

Luminare temporis iunctū corporaliter cum infortuna, uel si post luminare temporis ascenderit aliqua infortuna, natus uisum amittet. Et si hoc infortunium in angulo fuerit, uel si cū eis fuerit dominus ascendens, accidet hoc ei in pueritia. Si non fuerit in angulo, nec cū domino ascendens, in senio excæcabitur.

Vbi ascendens gradus infortunatus, aut luminaria obsessa inter duas infortunas fuerint, aut Sol in aliquo angulorū in quadrato Saturni, uel Luna eclipsata & cōbusta in ascendente, uel medio cœli, is qui in tali nascitur stellarū positū, ex oculis periclitabitur.

Saturnus in prima in noctura genitura, & in diurna Mars ibidē coniunctus Soli & Lunæ, debilitationem uisus, & oculi destructionem indicat.

Saturnus in secunda, si à Sole, Luna, & Marte, aspicietur ex trigono cæcitatē indicat.

Si Saturnus in undecima, Mars in decima, Luna in secunda, uel octaua, collocabitur, periculum erit cæcitatē in altero oculorum.

Si Saturnus in septima in opposito Martis, ac Sol in secūda, Luna uero in sexta fuerint, indicant processu temporis cæcitatē profusionis uitio.

Saturnus cū Luna in decima, Sole et Marte in octaua positus, cæcitatē significat.

Saturnus cum Luna in tropico signo, & in eorū opposito, Mars cum Sole, nati minantur cæcitatē.

Saturnus uel Mars in ascendente, uel septima partiliter, si Solem uel Lunam per quadratum uel oppositū uiderit, natus capietur altero oculo. Si uero ambæ maleficæ simul iunctæ, uel seorsim collocatæ, utrumq; luminare uiderint, uterq; oculus caligine obfuscabitur.

Saturnus & Mars ante Solē ascendētes, uel post Lunā, præsertim si unus in opposito alterius fuerit, Sol dextro, Luna sinistro oculo mala protendit.

Sol in prima, Saturnus & Mars in secūda, in dextro oculo uiciū nato decernūt.

Sol in prima, Luna in Medio cœli, Saturnus in nona, Mars in secunda, si Lunam respiciat, uel Saturnus cum Sole in octaua, Luna in quarta, Sol & Mars in octaua, significant cæcitatē, & corporis debilitatē.

Sol & Mars in octaua, Saturnus & Luna in secunda, in humano signo, cæcitatē, & corporis imbecillitatē indicant.

Sol in prima, Saturnus in quarta si dextrum ab horoscopo Luna possidebit trigonum, periculum cæcitatē significat.

Sol in prima, Saturnus in secunda, Luna uero in decima, & Mars in undecima, cæcitatē minantur.

Sol in signo tropico coniunctus Lunæ, præstat luminibus, & si cum his Mercurius fuerit, maximam sapientiam & doctrinam elargitur, & ingenium optimum multarumq; rerum scientiam, sed cum oculorum cæcitate, atq; corporis debilitate.

Mercurius cum Luna si in quadrato sinistro Martem habuerit, & Venerem, aut corpus deformat, aut oculorum aciem obtundit.

Si fuerit Luna in ascendente uel septima, aut sexta partiliter, & Sol in opposito loco, qui sic natus fuerit, altero capietur oculo, hoc tamen si Saturnus uel Mars sua præsentia alteri eorum astiterit, uel quadrato aspexerit. Idem quoq; continget, si Sol in eorundem locorum aliquo partiliter inuentus fuerit.

Luna in coniunctione, oppositione uel quadrato Solis in aliquo angulo stellis nebulosis mixta, morbos immedicabiles in oculis significat. Et si Luna in eodem signo cū Sole, aut in signo opposito fuerit, & in aliquo angulo, & infortunæ eā maleficis radijs aspexerint, uespertinales quidē à Luna, matutinales uero à Sole, amittet natus utrumq; oculū. Si uero tantū unum luminare ab infortunis hæc patitur, alterum tantum amittet oculum, & deteriores ex angulis sunt ascendens & septima, & oppositus de aspectibus.

Libra in sexta præsentē Marte, dolores oculorum notat.

Si Luna occidentalis in angulo fuerit, & ambæ infortunæ occidentales post Lunam ascenderint. Aut si sit Sol in angulo, & ambæ infortunæ ante Solem ascendentes, oppositis concurrat radijs, perdet natus utrumq; oculum.

Mars in octaua, notat maculam in oculo uel corpore, maxime si Sol & Luna fuerint in ascendente uel septima.

Si Cauda draconis Lunæ in ascendente inueniatur, & luminare conditionarij um impeditum, nec aliqua fortuna per corpus uel radium caudæ iungatur, excæcabitur natus. Et si fuerit in eodem gradu, eodem anno id malum sentiet.

Luna infortunata in aliquo angulorum cum Marte, uel cum Saturno & Marte, ipsis orientalibus existentibus, si Luna eat ad eorum applicationem, oculorum impedimenta adducit.

Sol infortunatus in angulo à Saturno & Marte, & accedens applicando se eis, oculorum impedimenta minatur.

Sol & Luna coniuncti uel oppositi, & ambo infortunati à Saturno & Marte, si planeta Solem infestans, sit matutinalis, & Lunam infortunans uespertinalis. His tribus causis ita concurrentibus, si læsio aliqua oculorum nato acciderit, eruentur ei oculi. Si infirmitas, fiet id, scabiæ, uel uulneribus, uel similibus. Mars impedit igne, febrī, si sit in signo igneo uel calido. Et si fuerit in terminis Saturni, ac eidem participauerit Mercurius, erit causa mali luctatio, uel cursus equorum. Saturnus autem impeditor per descensum aquarū ad oculos, uel uī frigoris, uel per simile quiddam pro sua natura, uisum lædit, aut obscura caligine obducit. Et iudica in principio, medio & fine uitæ, secundum infortunij augmentum.

Luna in prima, Saturnus & Mars in secūda in nocte, uicium in oculo sinistro conciliare solent.

Sole supra terram in diurna natiuitate constituto, ac damnato ab infortunis, uel à domino domus infirmitatis, uel Luna in tali damnatione sub terra in nocturna genitura existente, accidet cæcitas in oculo dextro. Et si hoc infortunium Solis fuerit sub terra in natiuitate nocturna, uel supra terram in natiuitate diurna, erit idem periculum in sinistro oculo.

Sol in gradu Azemene, debilitationē in oculo dextro, Luna uero, in sinistro significat.

Sol uel Luna male affecti in gradibus sequentibus, oculorum aciem hebetare consueuerunt. Tauri gradus 6. 7. 8. 9. 10. Cancrī, 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Leonis, 18. 27. 28. Scorpionis, 19. 29. Sagittarij, 1. 7. 8. 18. 19. Capricorni 26. 27. 28. 29. Aqua
Luna
rij, 18. 19. Piscium, 28. 29. 30.

Luna in Geminis, & eorum triplicitate à Marte impedita, putredinem & lepram infligit, si fortuna eam non aspexerit.

Luna in Cancro & eius triplicitate à Saturno impedita, sine aspectu fortunæ lepram albam, podagram, Cancrum significat.

Infortunæ & Luna in signis aqueis, decernunt morpheam, scabiem, uel alopiciam.

Saturnus, Iupiter, Luna, & Cauda draconis Lunæ in undecima, lepram denotant.

Saturnus in sexta in aqueo signo, à Sole combustus, leprosos efficit. Huius rei habeo multa experimenta.

Cancer, Capricornus, Scorpio, Pisces, infirmitates generant, quæ corrodedo incidunt, ut impetigines, excoriations, scrophulas, fistulas, cancos, lepram, & his similia;

Luna si à Sole separatur, & Saturno coniungitur, sine aspectu fortunæ, Vel Luna in ascendente cum Saturno & Marte in signo aqueo. Aut Iupiter uel Venus dominus sextæ, & ab aliqua infortuna damnatus. Similiter etiam si Luna fuerit in fortunata in aliquo punctorum æquinoctialium, aut solstitialium, hæc faciunt morpheaticos, leprosos, cancosos.

Infortunantes stellæ in duodecima, cancrinas indicant ægrotudines, aut dolores in absconditis partibus corporis euenire, laborare matres ex partu, & nato impedimenta, & matri ex incisione aliqua ferro futura.

Saturnus in septima, uel Mars ibidem in die hæmorroides notat.

Saturnus peregrinus in septima, infirmitates in natibus significat.

Saturnus uel Mars in sexta uel duodecima, infortunans dominum sextæ, maxime si in sexto loco fuerit Capricornus, Aquarius, uel Pisces, & uniuersaliter quando Saturnus & Mars in aliquo prædictorum signorum fuerit, debilitatem uel aliquos morbos in partibus inferioribus ab inguinibus significat, uel facit artheticos, podagricos, uel qui dolore iuncturarum cruciantur.

Si Saturnus uel Mars in septima, aut dominus ascendentis in septima cum Marte, uel in eiusdem infaustis radijs positus fuerit, Aut si ipse dominus ascendentis infortuna fuerit, quæ in septima sine radio fortunæ inueniatur. Aut Saturnus in ascendente in opposito Martis, aut Mars in Scorpione sine aspectu fortunæ, aut Luna domina sextæ in septima, maxime infortunata, hæmorroides, uel morbos ani significat.

Saturnus cum Luna, facit epilepsiam, atram bilem, lepram, fistulam, morpheam, podagram, & frequenter passiones chronicas.

Mercurius occidentalis in nocte in octaua, significat infirmitatem manuum, forsitan hæreditariam.

Mars dominus octauæ in Libra repletus, minatur rupturam uentris uel uulnus femoris

Saturnus & Mars in duodecima in nocturna genesi, dant azemenam in manibus, malum statum patris, & amissionem famæ bonæ.

Mars in natali diurno in quarta domo, significat ualeitudinem, & pustulas, que dicuntur porcelli, & quæ candenti ferro secantur. Et si Luna ibi fuerit, natus morietur occulta egritudine, & filijs quoque ipsius fatale malum minatur, pro beneficijs suis non habebit gratias. Si uero in nocte nascetur, erit hæremita, aut gladiator.

Luna in quadrato Solis, aut cum eo in uno signo, aut in quadrato uel opposito Martis, natum comburendum igne significat.

Infortuna in sexta, dat morbum in pedibus, uel artheticam.

Mars existens ibidem, dat combustionem ignis, uel morsum canis.

Luna in Ariete in octaua, indicat calidam infirmitatem in capite, & in pectore non medicabilem.

Luna in opposito Martis, morbos uenenatos inducit, sicut in signis igneis, terminanturque cito, sed raro ad uitam.

Luna

Luna iuncta Marti in signis aereis, potissime in Geminis, incisionem ferri, siue percussionem demonstrat.

Mars in Ariete, uel sua triplicitate, facit cholericos, quibus ut plurimum imminet calidæ febres ex abundantia cholerae, frenesis, pustulae sanguineae, impetigo, antrax, quæque carnem absorbent & absument, ut facer ignis.

Mercurius perperam locatus in domicilio Martis, ciet febres calidas, uomitas sanguineas, Cancrum, morbum regium, ignem sacrum, caliginem oculorum præmaturam, præterea cogitationes & conturbationes horrendas, nisi Lunæ accesserit temperamentum, uel Veneris in dictis locis, uel signis, idque in cholericis potissimum contingit.

Saturnus per noctem in quarta domo, significat paralysim, uel aliquod simile malum.

Pars Azemene cum Luna in nona, & Mars in octaua in signo membrorum abscisorum, scilicet Ariete, Tauro, Leone, Piscibus, significat quod nato abscidetur aliquod membrum.

Si Venus impedita fuerit à Saturno, Marte, & Mercurio, & sola absque aspectu fortunæ, abscidentur nato testiculi, quod si tunc domini triplicitatis Veneris fuerint fortes, natus ex hoc honorabitur. Si debiles erit, contrarium. Si fuerit femina, abscidentur mammae.

Luna diminuta lumine & numero in signis membrorum abscisorum, & Mars in opposito eius orientalis, egressus radios solares, natus uulnerabitur aut mutilabitur. Et si non aderit aspectus fortunæ liberantis, ex uulnere morietur.

Si Mercurius sub radijs in angulo, in aspectu infortunarum, natus spoliabitur, aut incarcerabitur.

Venus & Mercurius coniuncti sub radijs, castrabunt natum.

Saturnus in finibus Martis, ignem sacrum inducit, maxime si fuerit coniunctus illi, & damnatus à luminaribus, uel ab uno eorum. Et si etiam prædicto modo Mercurius cum Saturno participauerit, adiuvat humorum fluxum à capite ad pedes, ex qua forte phthisis generabitur. Et adiuvat Martem in desiccando pustulas, & dat calida apostemata, epilepsiam &c.

Mercurius & Saturnus, aut Sol in septima, & Luna in octaua cum Marte, claudos aut mancos manibus efficiunt, aut insanos.

Infortunæ in angulis si eis luminaria applicuerint corporaliter, aut ex eorum opposito significat, gibbos uel claudos, aut alicuius membri destructionem, maxime si Luna, in altero duorum nodorum fuerit, aut in signis infirmitatibus Ariete, Tauro, Cancro, Scorpione, uel Capricorno, & adhuc magis in initio, uel fine signi.

Si fuerit Luna in Scorpione in quarta in aspectu infortunarum, natus habebit infirmitates absconditas, uxor & filij eius præmorientur. Si autem fortunæ aspectu pexerint, habebit bonum de rebus absconditis.

Luna in angulo cum Saturno, & Saturnus sub radijs combustus, uel si sexta & dominus eius à Saturno infortunetur, sine radio fortunæ, facit paraliticos, & qui se mouere non possunt, aut sient tremuli.

Si Sol & Luna coniuncti in natiuitate fuerint, hæc natiuitas semper censetur esse mala. Nam in senio efficit infelices uoletudinarios, caducos, aut mentis insaniam, & tales ægrotudines, quæ à Medicis difficulter curari possunt.

Mercurius dominus sextæ domus, aut oppositus Saturno, facit surdum. Similiter faciunt Saturnus & Iupiter infortunati supra terram.

Saturnus & Mercurius cum Sole in angulo orientis uel occidentis, & maxime si Mercurius fuerit occidentalis à Sole, aut ambo fuerint in participatione eiusdem cum Luna, uel quod eos aspiciat, significat detentionem linguæ. Si uero Mars his duobus iungatur, dissoluentur linguæ impedimenta tempore secundum gradus

gradus qui sunt inter Martem & Lunam, uel inter Martem & istos planetas. Quare impedimentum Mercurij à Saturno, impedit linguam nati. Si uero corporaliter coniungatur, ei peius erit. Idem fiet si cadens ab angulis fuerit, aut infortunatus, combustus uel retrogradus, aut peregrinus, & in signo muto, Nam tunc natus erit surdus & mutus.

Dominus ascendens, & dominus suæ exaltationis, & dominus triplicitatis eius Mercurius & Luua, si fuerint in signis mutis, scilicet Piscibus, A quario, uel Cancro, sunt magnæ significationes *τῆς νοσηρότητος*.

Si uero Mercurius fuerit coniunctus Saturno, uel in eius quadrato uel opposito, aut fuerit cadens ab angulo in uili loco & infortunato, aut combustus uel retrogradus, aut peregrinus in signo muto, erit ex quacuncq; harum significationum impedimentum in lingua.

Saturnus coniunctus Lunæ, impedit linguam, & facit cælatores suæ maliciæ, erit sectator philosophiæ, & Sodomita.

Mercurius in piscibus, in gradibus puteosis, facit natum insipientē uel mutū.

Mercurius combustus, mouebit linguam balbutientem.

Coniunctio Mercurij, & Saturni in ascendente, natus erit insipiens, linguosus, uult reputari sapiens, male loquetur de omnibus, mendax, & turpis linguæ.

Luna corporaliter iuncta Saturno in aspectu Martis, facit contractum, ita quòd ire non poterit.

Quinq; planetæ retrogadi in aliqua natiuitate, significant quòd erit caducus.

Sol & Luna damnati, infortunis super eas eleuatis, damnum & debilitatem totius corporis faciunt.

Sol dominus sextæ, aut dominus partis infirmitatis ipse infortunatus existens significat cor debile.

Mars in ascendente & in Scorpione absq; aspectu fortunæ, aut Mars de die cum cauda draconis Lunæ in quarta uel septima, aut Saturnus cum cauda in septima dissenteriam & dolorem intestinorum ex uentositate indicat.

Cancer respicit pulmonem & ex ægritudinibus facit tussim, phthisim pleurifim

Leo facit apostemata, icteritiam, febres, pestilentiam.

Virgo tumorem uentris, ydropisim, lienteriam, cholicam.

Libra dissenteriam, dolorem uentris, & circa spinam dorsi. Idq; si prædicta signa inciderint in sextam, octauam, uel duodecimam domum.

Si fuerit Taurus ascendens alicuius, hi ut plurimum ueneno succumbunt maleficio, uel cholica passione, idq; in annis fatalibus, 6. 8. 18. 20. Excitat idem signum etiam squinantia, & omnia apostemata uel ulcera, quæ in gutture contingunt.

Qui habuerint Solem in Ariete uel Geminis, communiter stranguria, uel calculo uexabuntur.

Pisce ascendente, timeant infirmitates calidas, utputa febres calētes, torsiones uentris, uenena imminēbunt iisdem plurimum. Quibus & tales ægritudines parit ab scortis, nel malis mulieribus, uel aliunde accident maxime in annis ætatis ipsorum 44. 56. 68. quibus non longe etiam aberunt ab extremo uitæ limite.

Qui Capricornum ascendentem habuerit, patietur dolores stomachi, pleuresim, tussim, epatis intensionem, apostemata stomachi.

Cancer ascendens facit etiam pneuripimoniam, & hoc Sole existente in Sagittario, similiter & ethicam, & inflationem pulmonis. Et si Saturnus in Sagittario repertus fuerit, pedum inflationes, podagramq; conciliabit.

Saturnus in Cancro significat dolorem mentulæ, testicularum ac genitalium.

Scorpio in ascendente Chiragram, sciaticam, & dolorem capitis minatur. Si Saturnus in eodem fuerit in cauillis cruciatum nato infliget

DE INFIRMITATIBVS.

Virgo ascendens, frequenter naturalem infirmitatem habet crurium, aut pure repletos pedes, aut crura sanie profluentia, aut genas uomicis obsitas uel maxillas, similiter & uehementes capitis dolores, humoribus ex pedibus exhalantibus ad caput, qui tamen mox sedantur, inciso tumore, & hoc tanto uehementius à nato sentietur, Saturno in Virgine natiuitatis tempore existente.

Vbi Saturnus fuerit in sexta ab ascendente, aut in sexta à Luna, aut in quadrato uel opposito eorum, infirmitates erunt à causa frigida, quæ tarde curabuntur. Si Mars sit in sexta ut de Saturno, erunt ex caliditate acuta, & tales, ut uel cito curentur, uel cito interficiantur.

Luna cum malis, uel eorum malo aspectu in signo humido, significat aduersas ualetudines ex frigido & humido. Et si in sicco, erunt ex cholera & siccitate.

Aquarius ascendens & Sol cum Saturno in Capricorno in duodecima domo Iupiter in secunda, Mars cum Libra in nona, Mercurius cum Venere in Aquario, significat debiles, imbecilles, aut ridiculos.

Sol in octaua, Saturnus in duodecima, cum Luna & cum Marte debiles, & paraliticos notant.

Dominus sextæ, si applicuerit domino ascendentis, accident nato aduersæ ualetudines secundum signi naturam in quo fuerit sextæ dominus, intellige ex calido, frigido, sicco, humido.

Aries in octaua significat infirmitates capitis.

Si Taurus uel Scorpio in ascendente fuerint, natus erit causa suarum infirmitatum, Et si Taurus fuerit ascendens & Venus bene disposita, & ☉ in sexta, erit natus fortunatus in his quæ significantur per sextam domum. Similiter intellige de Scorpione ascendente, & Marte bene disposito, uel parte fortunæ in sexta.

Venus in sexta uel septima à malis infecta, uicia & ægrotudines & diuersa malorum genera significat.

Dominus ascendentis applicans domino sextæ domus, significat infirmitates ratione multæ commestionis. Idem euenit si dominus harum domorum fuerit unus planeta.

Mars super Saturnum eleuatus, significat natum ægrum & debilem. Super Martem autem eleuatus Saturnus, pinguem & fortem.

Iupiter & Saturnus damnati supra terram in locis malis combusti uel retro gradi, damnant auditum.

Si Iupiter & Sol damnati uel cadentes fuerint, natus deficiet sensu.

Mars & Venus supra terram impediti, damnant olfactum & generant morbum in naribus.

Saturnus & Mars in sexta uel duodecima infortunantes Lunam, uel dominum ascendentis, maxime si signum sextum fuerit Cancer, Similiter quando Sol fuerit sub terra infortunatus, & Luna de nocte, maxime uero in sexta, qui sic nascuntur, passionem stomachi habebunt.

Iupiter dñs sextæ ab infortunis malignis pulsatus radijs, aut Luna dña sextæ infortunata à Marte. Similiter si dominus ascendentis & Luna ambo infortunentur à Marte, aut cum Mars sub terra fuerit infortunatus, natus in epate dolores sentiet.

Luna domina sextæ à Saturno infortunata, aut dominus ascendentis in septima infortunatus, aut Saturnus dominus ascendentis à Marte infortunatus, aut quomodocumq; Saturnus infortunatus sub terra fuerit, in splene cruciatus luet.

Luna in angulo terræ coniuncta Marti uel Saturno aut ab eis infortunata, Similiter si Venus fuerit domina sextæ infortunata in signo igneo, in pulmone dolores, aut circa, uel phthisim, uel suffocationem anhelitus dabit.

Venus à Saturno infortunata, significat dolores testiculorum, maxime si fuerit in ascendente. Similiter Venus cū Marte in octaua, aut Luna, Venus, & Mars, coniuncti in malo aspectu Saturni.

Sol dam

Sol damnatus sub terra debilitat stomachum. Luna damnata sub terra debilitat pulmonem. Mars hoc modo damnat epr. Saturnus splenem. Mercurius fel.

Dominus ascendentis applicans domino sextæ, facit natos suæ ualitudinis negligentissimos.

Applicatio domini sextæ ad dominum ascendentis, significat ægritudines, separatio autem, liberationem ab infirmitatibus.

Luna & dominus eius ab infortunis liberi, & si in sexta non fuerit infortuna, natus non habebit infirmitates.

Pars infirmitatis & dominus eius ab infortunis liberi, natos dabit incolumes, si contrarium, dic diuersum.

Pars infirmitatis si coniungitur stellæ Bebeniæ de natura infortunæ, natus habebit infirmitatem turpem & manifestam.

Ascendens & Luna, sunt significatores corporis.

Dominus primæ, & dominus domus Lunæ, significatores animæ. Quare si ascendens & Luna sunt impediti, & eorum domini liberi à malis, significant infirmitatem corporis, sed animæ sanitatem. Et si fuerint ascendens & Luna liberi à malis, & domini eorum impediti, significant corporis sanitatem & tristitiam animi.

Significatores sextæ domus, uel pars Azemene, & dominus eius, fortunati uel fortes & foelices, significant sanitatem corporis. Si uero fuerint infortunæ uel debiles, dic contrarium.

Almuten infirmitatis fortunatus, modicas notat infirmitates.

Impedimentum erit circa illam partem corporis, quam significat signū quod fuerit tempore natiuitatis impeditum.

Pars Azemene si in partibus ascendentis fuerit, & Luna cum ea coniuncta, uel dominus ascendentis, erit Azemene in membro illius signi. Dando ascendens capiti &c. Si hæc pars fuerit supra terram erit manifesta, sub terra occulta.

Leo, Virgo, Scorpio, uel Sagittarius ascendens, significant signalia ante & post.

Significator infirmitatis in ascendente, dat infirmitates in principio uitæ. In Medio cœli, in medio uitæ. In occidente, in senectute. In angulo terræ, circa finem uitæ.

Gradus qui recipit nocumentum ab infortunis, siue sit de gradibus primæ uel septimæ domus, significat membrum in quo accidit læsio, uel ægritudo, uel utrūq; quia erit semper in termino alicuius planetæ, & propterea læsio illa uel morbus conueniet naturæ eius Planetæ, in cuius termino talis gradus fuerit inuentus.

Luna male affecta in genitura, sentiet natus incomoda corporis magis in sinistra quàm dextra parte. Sole uero impedito in dextra plus.

Membrum planetæ impediti uel combusti patietur, & erit infirmitas de significationis & natura eiusdem planetæ impediti.

Si Ascendens & Luna impediti fuerint ab infortuna, natus patietur in membro signi in quo Luna fuerit, præsertim si Luna fuerit in mala domo, & in signo infirmante, Ariete, Tauro, Cancro, Scorpione, uel Capricorno.

Si pars anni in quo timetur mors, uel dominus domus eius fuerit coniunctus domino ascendentis, natus habebit multas infirmitates & impedimenta in corpore nec minora in substantia.

Si Saturnus & Mars in ascendente in Scorpione fuerint, natus amitter omnes dentes grandes, & maxime superiores.

Sextum signum ab ascendente, uel à Sole in diurna natiuitate, uel à Luna in nocturna, infortunatum per præsentiam, quadratum uel oppositum infortuna, patietur membrum illius signi detrimentum iuxta naturam signi & planetæ infortunantis eum Zodiaci locum.

DE INFIRMITATIBVS

Prima domus, habet faciem & caput.
 Secunda, collum, ceruicem, nodum, guttur.
 Tertia, brachia, humeros, manus.
 Quarta, pectus, cor.
 Quinta, stomachum, latus.
 Sexta, uentrem.
 Septima, uiscera, pudibunda, femur.
 Octaua, uulua, uesicam, testiculos, penem.
 Nona, podicem, nates.
 Decima, genua, poplitem.
 Vndecima, crura inferiora.
 Duodecima, pedes.

Malefica ergo, inficientes partes corporum istis domicilijs coeli deputatas, si in eis reperiuntur praesertim malae affectae, nato insignia damna decernunt. Ideo Mars in ascendente peregrinus insignem in facie cicatricem infligit. Et sicut planetae noxij illas partes corporis dedecorant, quibus praesunt, ita & stellae salutes decorant &c.

	♄	♃	♂	☉	♀	♁	♂
♈	Pectus	Ventrem	Caput	Femora	Pedes	Crura	Caput Genua
♉	Ventrem	Dorsum	Collum	Genua	Caput	Pedes	Collum Crura
♊	Ventrem	Verenda & succed.	Pectus & succed.	Crura Talos Cauillos	Collum	Caput	Brachia Humeros Femora
♋	Virilia & succed.	Femora	Pectus	Pedes	Brachia Humeros	Oculos Guttur	Caput Pectus Stomachū
♌	Verenda & succed.	Genua Femora	Ventrem	Caput	Cor	Guttur humeros	Collum Cor Stomachū
♍	Pedes	Genua & succed.	Ventrem	Collum	Ventrem Stomachū	Cor	Humeros diafragma
♎	Genua & succed.	Caput Oculos	Verenda & succed.	humeros	Caput	Ventrem	Cor Ilia Nates
♏	Cauillos & succed.	Pedes	Caput Brachia Femora	Cor	Verenda & succed.	Dorsum	Ventrem Verenda
♐	Pedes	Caput Crura	Manus Pedes	Ventrē	Brachia Femora	Cor Verenda	Dorsum Femora
♑	Caput Pedes	Oculos Genua	Humeros Crura	Dorsum	Cor Femora	Verenda & succe.	Femora Genua
♒	Caput Collum	Humeros Pectus Pedes	Cor Cauillos	Verenda & succe.	Genua & succed.	Cor Femora	Verenda Tibias
♓	Collum Humeros Brachia	Caput Cor	Ventrem Cauillos	Femora & succe.	Collum Dorsum	Verenda Crura	Femora Pedes

Saturnus significator infirmitatis si in Ariete fuerit, erit infirmitas in pectore, ut in hac tabula uidere licebit.

¶ De seruis, & seruabus.

Pro seruis considera {
 Sextam domum
 Dominum eius
 Consignificatorem sextæ, qui semper est Mercurius
 Almuten significatorem seruorum
 Partem seruorum
 Dominum eius
 Secundum dominum triplicitatis domus sextæ

Almuten significatorem seruorum colligitur à {
 Cuspide sextæ domus
 Domino eius.
 Planetis in sexta uel eam aspicientibus
 Parte seruorum.
 Domino eius.
 Mercurio.

Almuten horum si habuerit conuenientiam cum domino ascendentis, significat concordiam seruorum cum domino, si non contrarium erit.

Mercurius orientalis in ascendente uel Medio cœli, & præsertim Ioui applicans in communi uel mobili signo, fœlicem statum nati & fortunatum, ex suis seruis significat, habebit enim utilitatem ex eis, eruntq; ei fideles. Si autem fuerit infortunatus, retrogradus, combustus, uel stationarius, erunt serui inobedientes, plus nato nocebunt quàm proderunt, infideles & fures, & patietur natus ex eis damna, eo magis si Mercurius fuerit sub radijs, aut applicans infortunæ in signo fixo.

Fortuna in sexta aut duodecima domo, significat utiles seruos & ancillas. Si infortuna ibi fuerit, incommodum & malum à seruis & ancillis habebit ac grauamina, & anxietates ab eis, insurgent contra eum, & forte captiuabitur ab eis.

Dominus sextæ domus fortuna, uel alias fortunatus multos seruos & ancillas significat, & commodum ab eis. Si infortuna fuerit, contrarium erit.

Medium cœlicuius genituræ, si fuerit ascendens serui, aut dominatores eorû beneuola figura configurati, seruus ille cum summa obseruantia domino suo ministrabit. Vel etiam si dominatores bene sese aspiciunt, aut si idem significator ambo- rum fuerit, uel cum sextus locus serui, inuentus fuerit ascendens domini, uel si utriusq; dominatores concorditer collocati, ac sibi inuicem conuenientes fuerint.

Pars seruorum & eius dominus, in bonis locis fortunati, significat seruorum multitudinem & fidelitatem. Si contrarium fuerit, dic contrarium.

¶ De Animalibus & bestijs.

Pro animalibus considera {
 Sextam domum.
 Dominum eius.
 Duodecimam domum.
 Dominum eius.
 Tertium dominum triplicitatis sextæ domus.
 Partem bestiarum equitandarum.

Pro animalibus minoribus uide cuspide sextæ domus, dominum eius, & dominum tertium triplicitatis sextæ domus. Si maior pars illorum salui & fortunati fuerint, censebitur natus fortunatus in minoribus animalibus.

DE ANIMALIBVS

Mars in Tauro, Scorpione, uel Virgine orientalis, bene dispositus, facit natum fortunatum in animalibus, præcipue de uaccarum sorte, uel caprarum, uel similibus.

Pro animalibus magnis quæ equitantur, ut sunt Cameli, equi, mulus &c. uide cuspidem duodecimæ, dominum eius, dominum tertium triplicitatis domus duodecimæ & Martem. Nam si maior pars illorum fortunati & salui fuerint, erit natus fortunatus in maioribus animalibus.

Mars orientalis in quadrupede, maxime in signo regali, & in ascendente, uel Medio cœli, uel in undecima. Et si cum hoc Sol aut Iupiter eum aspexerit, natus erit equorum & uenationis amator, maxime si Luna fuerit cū eo. Vel si Mars fuerit dominus ascendentis, uel dominus coniunctionis, uel oppositionis præcedentis natiuitatem.

Mars orientalis in Ariete, Leone, uel Sagittario, si ipse fuerit dominus sextæ, uel duodecimæ, natus habebit multas bestias, equos & animalia magnorum corporum, maxime si eum aspexerit Iupiter.


Sagittarius ascendens, uel signum bestiale in ascendente, & dominus eius iunctus cum Marte, uel in eius bono aspectu, de bono loco, natus amabit bestias. Similiter etiam si Luna fuerit uice domini ascendentis.

Si Mars in quadrupede fœlix coniunctus parti fortunæ fuerit, uel alias bene fortunatus, erit natus equorum, armorum, & uenationis amator.

Tertius dominus triplicitatis sextæ domus fortunatus, significat quod natus equitabit bestias, & habebit commodum ex eis.

Fortunæ in duodecima, uel boni aspectus ad eam, profunt in re animalium. Infortunæ, damnum dant, & malum.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio

Conclusio prima. Nullam in corpore maculam habiturum existimo, propter saluationem ascendentis sextæ & septimæ cuspidum.

Conclusio secunda. Denique puritatem atque limpiditatem in membris, affirmat pars Azemene Veneri coniuncta.

Conclusio tertia. Paucarum infirmitatum erit natus iste, id trahitur ex dispositione bona & forti significatorum infirmitatum. Nam Cuspis sextæ, septimæ, & ascendentis, domini eorum etiam fortunati sunt, & pars Azemene coniuncta Veneri.

Conclusio quarta. Visus & auditus dextræ partis debiliores erunt in ipso, id efficit Saturni quadratus, Solem attingens ex angulis.

Conclusio quinta. Tumorem uentris, lienteriam, colicam, signum Virginis denotat, quod etiam Mars in Leone significat.

Conclusio sexta. Debilitatem pulmonis, Luna sub terra damnata insinuat.

Conclusio septima. Alias etiam infirmitates ex causis calidis prouenturas, sed tamen cito transeuntes, uelut febres ephimeras, minatur Mars in signo calido, Lunam quadrato inficiens. Has autem in principio uitæ accidere, sumitur ex loco Martis inter ascendens & Medium cœli.

Conclusio octaua. Natus iste magis molestabitur infirmitatibus in sinistra quam dextra corporis parte, quod patet ex Luna infortunata in natiuitate.

Conclusio nona. Multitudinem seruentium ei denotat pars seruorum iuncta Veneri.

Conclusio decima. Multos etiam ratione seruentium feret labores, id iudicatur ex Mercurio naturali seruorum significatore, combustionem intrante.

CAPVT SEPTIMUM.

De qualitatibus animæ nati



X animarum qualitatibus, id quod proprie ad intellectum, & rationem pertinet, per qualitates loci Mercurij cognoscimus. Sed dispositionem animæ irrationalis, scilicet uegetatiuæ & sensitiuæ ex loco Lunæ, necnon ex stellis, quæ in figura ei associantur, uel ad eam applicant, uel ab ea separantur, depræhendimus. Si prædicta loca Mercurij scilicet & Lunæ adinuicem applicuerint, & fuerit inter eam concordia, factum animæ ordinatum & concors erit. Si Mercurius fortior fuerit quam Luna, tunc natus uiuet secundum intellectum, nec sequetur uoluptates & solatia sensuum. Si uero Luna fortior Mercurio fuerit, dic contrarium.

Considera locum Mercurij & Lunæ, quæ signa occupent. Nam si occupant signa mobilia, inclinant natum, quod amabit unionem & pacem ciuitatum, castrorum, uillarum, exercituum, & communitatum, & studium quoque suum conferet ad gubernationem Reipublicæ, operam suam reipublicæ oblaturus, cogitabit de rebus diuinis, erit acuti ingenij, bonæ opinionis, liberalis, maxime cupidus honoris & famæ, ab alijs laudari desiderabit, appetet iudicia Astronomica.

Communia signa faciunt animam multiformem, leuis mutationis, diuersorum morum, difficilem ad cognoscendum quid appetat, agilem, lætum, amantem, instabilem, dolosum, maliciosum, multa optantem quæ consequi non poterit, mulicæ amator, habilem, perspicacis ingenij, poenitebit ipsum de re mala, quæ sine deliberatione commiserit.

Fixa, faciunt hominem iustum, non fallacem, nec leuem, sed stabilem, & pro re modica se non mouentem, boni ingenij, quietum, aliorum obseruantissimum, obedientem, amantem honoris, constantem, & firmi propositi in suis opinionibus, ueracem, bonam, diuturnam, & longam rerum actarum apud se memoriam conseruantem, confidentem maxime in suo consilio, nec cessantem in sententijs, & rebus suis obtinendis, donec obtinuerit, & si quid simultatis, uel odij contra quempiam coeperit, difficulter relinquentem, tolerantem, fatigationum, refrenantem uoluptates, contentiosum, legum transgressorem.

Planeta

DE QUALITATIBVS

Planeta Saturnus, Iupiter, uel Mars orientalis stationis, in prima domo, maxime quando fuerit cum conditionibus sibi cōuenientibus, uidelicet in signo conuenientis naturæ, & bona luminarium habitudine, & in aspectu planetarum sibi conuenientium, & à conuenienti separetur, & iungatur bono conuenienti, & similiter lumen deferat, facit natum animo liberum, bonum, simplicem, & cōfidentem in suo consilio, fortem, acuti ingenij, largum, apertum, & se non leuiter mutantem.

Planeta occidentalis stationis, in septima domo, maxime quando fuerit cum omnibus contrarijs conditionibus, facit natum contrariorum morum his quos diximus.

Planeta autem orientalis stationis in decima, maxime cum conditionibus cōgruentibus, facit natum magnæ & pulchræ cogitationis, fixum in proposito, fortem, memorem, quietum, intelligentem, magnanimum, immobilem, sine fraude, industrium, laboriosum, inquisitorem, nobilem animo, & in scientijs sapientem.

Positio uero planetæ in orientali statione, in quarta domo cum conditionibus sibi contrarijs, facit natum contrarios mores habere prædictis.

Sed constitutio planetæ in orientali statione, in domo quæ succedit primæ, significat mediocriter de bonis moribus, quos in prima signant. Eadē in domo quæ succedit decimæ, mediocriter respectu decimæ. Si autem fuerint in cadentibus, multum minuitur de bonis moribus. Et si in cadenti primæ de moribus quos prima signat, & sic de alijs. Vice uersa de uicijs quæ significantur, per positionem planetarum in occidentali statione septimæ & primæ domus, minuuntur uicia plus in cadentibus, quàm in succedentibus, quia si habebit pessimos mores propter negligentiam, multos non exequetur. Quando etiam fuerint in opposito Solis, in prima domo planetæ orientales, faciunt natum leuem, stultum, debilem, non sufferentem laborem, leuiter mutabilem, uilem, infelicem, dubitantem, pusillanimum, tardum, fessum, mobilem, inconstantem, & solitarium. Quando fuerint in contraria conditione, erunt hæc contraria.

Sed Veneris & Mercurij, occidentalis statio in quarta domo, ac etiam in septima, in natiuitate diurna, uel eorum occidentalis statio in prima domo, uel in decima in natiuitate nocturna, cum bonis conditionibus, sicut diximus in tribus superioribus, facit natum subtilis ingenij, simplicem & sensatum, malæ memoriæ, fugientem labores, & fatigatiōes, tamē erit inquisitor secretarū artium, ut sunt necromantica, & alia, ac etiam artis instrumentorum & machinarum, in quibus sit aliquid secreti & extranei, & artis sculpturæ, artis etiam iudiciorum Astrologiæ, interpretem somniorum, aruspicem, & his similia, recondita appetentem.

Mediocritas & diminutio, & bonorum, & malorum morum penes succedentia & cadentia, iudicantur eodem modo, quo dictum fuit in tribus superioribus.

Similiter cum planetæ qui disponunt mores nati, erunt in locis suis proprijs, & conuenientibus cum eorum natura, ut superius dictum est, faciunt proprie mores in bonitate durabiles, & quod non leuiter mutantur, nec perturbentur, quoniam prosperabitur natus in sua operatione, ut quodcumq; facere deliberet, suo Marte faciet, & imperabit sibi ipsi, maxime autem si una eademq; stella duorum locorū Mercurij scilicet & Lunæ domina fuerit. Ac etiam qualitercumq; cum Mercurio in figura participet, & à Luna separetur, uel cum ea conuenientiam habuerit. Quod si ita fuerit, & dicti planetæ fuerint in locis non conuenientibus eis, & etiam contrariæ naturæ, faciet contrarium eius, quod diximus. Sin illa mediocriter se habuerint, mediocritia hæc quoq; fore pronuntiabis.

Si autem planetæ dispositores Mercurij & Lunæ infortunæ fuerint, & eleuati super eos, faciunt natum rigidum, damnis & offensionibus aliorum gaudentem, iniquum, superbum, malum, & iniustum, quod continget ex natura infortunarum. Si tamen fuerint infortunæ dispositores dictorum locorum, faciunt natum agilem, & ad

& ad malefaciendum promptum, sine impedimento, & cum facilitate, & aperte fieri. Et quando alter planeta qui fuerit ex natura contraria ipsis, dominatur super eos, facit natum malæ famæ, unde infortunia assequetur, & forte dedecus, uel pœnas etiam feret. Ac sicut iusti homines & boni efficiuntur, per fœlices & benignas fortunarum applicationes, si super eas nullus ex maleficis eleuetur, atq; qui alijs benefacere gaudebunt, nec aliquod damnum ex eo ipsis continget, imo eorum bonitas erit causa fœlicitatis & honoris ipsorum. Cum uero stellæ contrariæ eis, super ipsas fuerint eleuatæ, tunc contrarium eueniet prædictis, quod propter suam lenitatem & tranquillitatem, dilectionem hominum, & pietatem, paruipendentur ab hominibus, & inculpabuntur, & iniuriam inferent, & uiolentiam.

Si Saturnus solus dispositus in moribus nati, id est, dominus loci Mercurij & Lunæ fuerit bonæ conditionis, respectu angulorū loci mundi, ac etiam Solis & Lunæ, & in suis dignitatibus, natus iustos homines amabit, amator etiam agriculturæ, boni & magni consilij, laboriosus, & magnarum & secretarum, diuinarumq; rerum inquisitor, cupiens regni. Sed quandoq; aliquantulum declinabit, erit locuples, & uiolator alieni sumptus, congregator pecuniarum, ac inuidus. Si autem Saturnus fuerit contrariæ conditionis eius quam diximus, uidelicet malæ, natum facit habere turpes mores, erit uilis, pusillanimis, ignarus & imperitus rerū, & in suo tantum consilio permanens, inuidus, timidus, solitarius. Itaq; non gaudebit hominum societate mendax, deceptor, occultator falsitatis, diligens tenebras & planctus, inuerecundus, infortunatus, laboris mali patiens, neminem diligeret, deceptor amicorum, semper tristis & dolens, & abhorrebit à bonis.

Saturnus dispositus qualitatum animæ, simul cum Ioue, uel cum Iupiter fuerit unus de dominis loci Mercurij & Lunæ, Ioue bene disposito & Saturno, & eorū ad se inuicem bona habitudo fuerit, tunc natus erit iustus & senes honorabit, erit salutaris consilij, adiutor & fautor factorum regis, & ab eo amatus, bonæ conditionis, magnanimus, amator amicorum & consanguineorum suorum, mansuetus, pacificus & doctus philosophus. Quod si istorum planetarum conditio, tum in se, tum adinuicem erit contraria, eorū quæ diximus contraria eueniēt, nesciet natus bene facere, male morigeratus, circa diabolica & mala uersabit, semper diligeret stare in mala oratione, futura prædicet, abhorrebit habere filios & amicos, morabitur in speluncis, cū hominibus non cōuersabitur, infidelis, malum hominibus semper quærens, mali animi, debilis, tædiosus, honores non diligeret, erit insipiens, amabit ploratus & iniurias, erit malus, abhorrebit à procreatione filiorum.

Saturnus bene dispositus coniunctus uel aspectu copulatus Marti, uel cū eo particeps in dominio bene etiā disposito, uel alicui stellæ primæ uel secundæ magnitudinis corporaliter iunctus, significat quod natus erit magnæ intelligentiæ, audax, subito uolens in omnibus uictoriam obtinere, retinebit inimicitias, nunquam alicui obediēt, non excusabit se de peccato quod fecit, ita pertinax erit in malitia, crudelis absq; aliqua pietate, ingeret se in omnia ubi fuerit plurimum timoris, omnia uilipendens seminator discordiarum, amabit rixas, & eas mouebit, proditor, libenter facit baratarias, plenus mendacijs, pessimæ inuidiæ, odio habebit reges & principes ac nobiles, totus rusticus & iniquus, nocebit hominibus, nec timebit de aliquo casu, multa temere suscipit & nihil exequitur, festinus & subitus in factis suis, nec potest aliquid tollerare, & in his omnibus mirificos habebit successus, delectabitur in hypocrisis, & uult uideri bonus. Ambo male dispositi, & in locis contrarijs & disconuenientibus, natus erit homo appetens rerum alienarum, deprædator, maledicus, spoliator uiatorum, non uerebitur ex quouis lucro malo sibi rem opesq; parare, nec deum timebit, erit blasphemator, non amabit quenquam amicorum, deceptor, proditor, fur atq; latro, effusor humani sanguinis, deprædabitur ecclesias, imò expoliabit,

sepultos, ut nestes habeat, adorabit demones, & hac de causa exercebit se in necromantia, committet incestus & adulteria, nec aliud somniabit, nec cogitabit nisi nocere hominibus quouis malo, ex omni genere iniuriarum et maleficiorum uoluptatem peculiarem capiens, delectabitur ludo cum omni iniquitate, & omni malicia, quæ excogitari possit, ita quod talis natus erit pessimus. Si unus eorum fuerit bene dispositus, & alter infortunatus, augebit maliciam primi significati, & remittet maliciam secundi significati, Sic proportionaliter iudicabis.

Saturnus fortunatus & adiunctus stellæ Veneris, aut feliciter ac conuenienter positæ, aut dominium loci Lunæ, uel Mercurij obtinenti; Natos quidem tabido inuidiæ morbo laborantes, & ab humanitate ac suauitate uitæ communis, & consuetudine ciuili alienos, in ætherias auras producit, hominesq; suis consilijs plus æquo confidentes, ac quiddam *μικροδραμων*, subtriste & austum præ se ferentes progenerat; Pectora tamen egregijs ornata dotibus, ac plena prudentis, acuti, & occulti consilij, & prædita singulari in deum pietate ac reuerentia largitur, animosq; occulta legum secreta magna assiduitate, summa industria scrutantes, ac mentes quosdam diuinitatis quasi lumine illustratas, & rerum futurarum uaticinatrices minime uanas significat; Virtutum quoq; modestiæ, uerecundiæ, & tranquillitatis studiosissimas. Idem omnes uiciorum illecebras ac sordes, non minus quàm sapiens ille Vlysses Syrenum cantus furdis auribus, & auersis animis prætereunt, magnatq; se ueritate & contemnunt, & damnant. Hi tamen & zelotypiæ, stimulis non raro excitantur.

Si ambo fuerint infortunati, natus erit fornicator turpissimus, & omnem actum luxuriæ contra legem & naturæ regulam exercebit, erit Sodomita, potius diligens agere cum senibus & turpibus, quàm cum pulchris, rem habebit cum suis consanguineis, & ab ipsis decipietur, erit miser, committens adulteria, magisq; amabit fœminas turpes ac uetulas, quàm formosas iuenculas, desiderabit etiam fornicare cum bestijs, Deum in reuerentia non habebit, uilipendet ecclesias & facta dei, & se referet ad Necromantiæ studia, obrectator & maledicus nebulo.

Saturnus fortunatus, coniunctus Mercurio fortunato, uel cum Mercurius fuerit dominus unius locorum dictorum, natus erit subtilis & acuti intellectus, perquisitor rerum subtilium, & in ipsis multum delectabitur, perquiret leges & chronicas ac gesta, erit Sophista, omnes subtilitates amplectetur, & præsertim eas, in quibus plus est difficultatis, amabit Medicinam, & in talibus omnibus erit fortunatissimus. Si ambo fuerint infortunati, natus erit tristis, inuidus, ac deceptor & latro & sui consanguinei eum habebunt abhominabilem, erit solitarius, faciet incantationes dæmonum, & res diabolicas continue perquiret.

Iupiter fortunatus solus dispositio animæ nati, et dominus loci Mercurij et Lunæ, facit natum honestum, bonum, pium, mansuetum, amatorem uirtutis ac nobilitatis, magnanimum, Dei cultorem, amicos ex bonis et nobilibus acquiret, diligit ac manu tenebit illos, ipsiq; eum diligunt, omnis eius cogitatio in bonis erit, tacitus et quietus erit, et aliquando solitarius, ut possit cogitare, et elaborare in bonis operibus, dicet et faciet facta bona, erit liberalis, ornatè ac honestè uitæ, hilaris. Si infortunatus fuerit, erunt mores similes superioribus, sed multo demissiores, nam loco magnanimitatis, dic quod erit superbus, et loco liberalitatis, dic quod erit prodigus. Et sic dices remittendo, omnes actus optimos supradictos.

Iupiter bene dispositus, si fuerit Marti bene disposito coniunctus per corpus uel aspectum, uel quod Mars fuerit particeps in locis, à quibus queritur dispositio animæ

animæ, quoniam tunc natus erit sapiens, & bonus consul in armis & disceptationibus, & inde habebit magnam famam, reputabitur iustus & fortis bellator, & audax, erit dominus armigerorum consilio, ac animositate, & potius consilio, & iusto more faciet se dominum, nec alicui sese submittet, nec obediet, erit iracundus, cupidus uindictæ, uictoriæ, magnæ superbiæ, amator honoris, prodigus, & magnanimus, faciet facta magna, summa sibi promittet, maxima appetet, bonus rerum iudex, præcipiet & prohibebit multa, quæ sibi omnia foeliciter succedent. Ambo si infortunati fuerint, natus erit hypocrita, blasphemator, non habens uerecundiam, nullum negotium tenebit cælatum, nullum secretum tacebit, sed reuelabit, dignum operæ suæ statuet præmium, nulli uolet obedire, erit depre dator, & latro, loquax, instabilis, infidelis, uilis, & ipsum subito facti pœnitebit, erit dissipator bonorum, officium sibi factum non habebit gratum, pauci sensus in factis suis, mendicus superbus, nullius doctrinæ & consilij, discordiarum seminator, & inuerecundus, nemini parcens, mutabilis in omnibus suis factis.

Iupiter si bene dispositus fuerit, associatu Veneri fortunatæ, natus erit hilaris, amans iocos, & cantus, pius, sani cordis, nitidus, & uenustatem amabit ac pulcritudinem, contentus de rebus benefactis, & bonis moribus, bonæ uoluntatis, mansuetus, gratum hebet quod ei fiet in bono, deum amabit, bonæ uitæ, cum bona fide, desiderabit mulieres cum honestate, amabit libros, & lectiones, diliget suos consanguineos, iustitiam, ornatum, & honores: omnia facta eius erunt cū iustitia, & probitate. Si ambo infortunati, erit natus uitiosæ uitæ, imbecilli animo, effeminatus, eius ira erit ut feminæ subita, intentionis pertinacis, multum philocaptus, ultra modum prodigus, libidinosus, amabit ornatus capillorum, extollet seipsum, habebit mentem muliebrem, gaudebit se ostentare hominibus de bonis moribus, delectabit se in rebus ecclesiasticis, erit tamen fidelis suorum negotiorum occultator, commendabilis & liberalis in omnibus suis factis, uoluptatem habet associandi se hominibus, dolebit & habebit sollicitudinem magnam de re parua male facta, ingeret sese etiam in consilia & iudicia in rebus conuenientibus, & maxime in negotijs mulierum, uel in delectationibus rerum ecclesiasticarum, & hoc secundū quod unus eorum fuerit magis prædominans quàm alter. Atq; ita proportionaliter prædominanti significata attribues. Nam si Iupiter fuerit minus debilis quàm Venus, tunc significata Veneris à prædominio obtinebit, & sic ecōuerso de Ioue. Et hoc proportionaliter tenebis in omnibus planetis associantibus se in aliquo negotio, continue seruando dominium fortioris.

Si Iupiter dispositus animæ fortunatus, associatus fuerit Mercurio fortunato, natus multum se delectabit in lectione Geometriæ, erit Arithmeticus, Logicus, Philosophus, in quadruuio doctus, uersificator, legis professor, acuti ingenij, mansuetus, dabit bona consilia pro se & pro alijs, bonorum morum, benefaciet alijs, amabit homines, & ab ipsis diligitur mutuo, amator consanguineorum, bonæ fidei & uitæ morum probitate & suauitate conditæ, phisicus regis, amabit deum, amator scientiarum, & laudis, fortunatus in factis suis, totus subtilis intelligentiæ, morigerus, bonæ indolis. Ambo si fuerint infortunati, erit miser, & contēptus, loquax, non adhibebit rebus diuinis, credit se sapientem, cum tamen sit fatuus, & nebulosus, multis erroribus deditus, superbus, seruilis, uerbosus, subitus, & impetuofus, profert uoluntatem suam, nec eam cælare potest, erit nouarum reuelator, bonæ memoriæ, forte erit magister puerorum.

Mars fortunatus solus dispositus animæ, erit natus audax, potens, fortissimus & iracundus, appetens arma, auctor bellorum, & turbarum, animosus pericula mortis incurret absq; timore, nullum timebit, nulli se subiiciet, primus erit in bello, & rixis, uiribus suis nimium confidebit. Animosus, destructor rerum, omnia uilipendet, hominibus uim iniustam inferet, homo maximæ autoritatis & potentia, capi

tia, capitaneus militum, amabit lites & praelia, nouas subinde ferens rixas, in omnibus factis armorum acutus erit, semper iratus, erit tamen bonis moribus praeditus, & in his omnibus fortunatus. Si Mars fuerit infortunatus dispositio animae, erit effusor humani sanguinis, amabit rixas, & discordias omnis generis, te odio suis hominibus, blasphemator, deprædator, crudelis, stultus, superbus, consumptor rerum, malefactor inordinatus, odio prosequetur consanguineos suos, inuerecundus, garrulus, alta uoce loquetur, inconstans, Deum non uerebitur, sed totus diabolicus & malefactor, omnia illi succedent ad malum.

Si Mars dispositio spiritus, fortunatus fuerit, & associatus Veneri fortunata, natus amabit socios suos, amabit uoluptates, gaudia, & tripudia, & iocos moderatos, parcus, quietus, uerecundus & sapiens, appetet coitum cum uiris & mulieribus, zelotypus, leuis deceptor amicorum, aget cum mulieribus contra regulam naturæ, erit tamen bonæ discretionis, subitæ iræ, bonæ fidei. Ambo si fuerint infortunati, natus erit superflui coitus, mendax, proditor, omnes decipiet, blasphemator, subitæ uoluntatis, committet adulteria & incestus cum uirginibus & coniugatis, impetuosus, astutus in deceptionibus, omnes uilipendet, uult subito complere suas uoluptates, omnes fornicationes inhonestas committet, eritque mutabilis in suis negotiis.

Mars dispositio, si fortunatus fuerit. Mercurio associatus fortunato, natus erit homo capitaneus militum, rector exercitus, subtilis in armis, & perspicax, subitus, inconstans, proditor, malefaciens, hypocrita, amabit deceptores, rixas suscitabit, diligit illos qui faciunt cõsimiliter sicut ipse, auxiliabitur suis amicis, & inimicis nocebit, eloquens, subtilis in malignitatibus, & in omnibus his prosperabitur. Ambo si fuerint infortunati, natus erit mendax, fur, dissipator, deceptor dando & recipiendo, faciet Sacramenta falsa, Deum non cognoscat, amator rixarum, magni clamoris, proditor, hominum interfecto, nulli obediens, fatuus iniquus, incantator demonum, suorum negotiorum eum cito poenitebit, uult uideri sapiens cum sit fatuus, homo diuersi esse.

Venus sola disponens pro anima nati, si fuerit fortunata, facit animam nati totam hilarem & iucundam, desiderantem cantus & tripudia, erit quietus, pius, amabilis, Deum habebit in reuerentia, benefaciet alijs, iustus, pacificus, bonæ discretionis, amabit nitiditatem & ornamenta, bona & ueridica somnia habebit, subtilis in operibus & artificijs, diligit mulieres, & tota quasi eius intentio erit in negocijs mulierum, faciet se diligi ab omnibus, erit zelotypus. Si fuerit infortunata, natus nullius animositatis erit, nullius noticiæ, parui nominis, proci, piger, opera eius erunt muliebria, totus muliebris, uagabundus, contemptus, malæ famæ, multum zelotypus.

Venus domina animæ fortunata, associata Mercurio fortunato, natus erit boni intellectus, diligens Musicam, sonos & cantus & gaudens in ipsis speculari, hilaris, bonæ fidei, amicorum dilector, in suis factis recte procedens, bonæ existimationis, amabit scientias, & postquam sciuerit, augebitur in illo uigore suæ existimationis, loquetur polite, pulchre, ac blande, & uerba sua cum alacritate proferet, erit magnanimus, sodomita desideras potius pueros quam mulieres. Ambo si fuerit infortunata, natus erit astutus in malicia, deceptor, dicens modo unam rem tibi, & eandem rem per oppositum dicet mihi, mendax, deceptor amicorum, inconstans, delectabit se multum decipiendo foeminas, sodomita magnus, autor mali, tam loquendo quam augendo, uult multa facere & multis se negocijs obtrudere, & forte non perficiet, magni clamoris, mali consilij, faciet Sacramenta falsa, proditor, uituperans alios, duplex in facie & corde, quoniam aliquando facies aliud ostendit quam eius cor uult, consilia eius cum prodicione fient.

Mercurius si solus fuerit dispositor anime, id est, si fuerit dominus loci Lunæ, & dominus suimet loci, nec alicui stellæ permixtus, nisi fuerit stella fixa de sui natura, & fuerit fortunatus, facit natum acuti intellectus & optimi ingenij, bonæ memoriæ, imaginationis subtilissimæ, profundæ opinionis, delectabitur in quadruijs scientijs, & erit subtilis in Astronomia, & excellet in his scientijs, rimabit secreta naturæ, bonæ deliberatiõis, uersificator, benefaciet alijs, faciliter credet, seruator secretorum, bene retinebit gesta & facta aliorum, diliget mercimonia, erit acutus, ostendet se illum qui non est, sed tamen de his omnibus prosperabitur. Si fuerit Mercurius infortunatus, natus erit mutabilis in opinione, quoniam nunc uertetur ad unum, deinde ad aliud, facit mendacia & fallacias, ignarus, loquax, non credit in Deum, nec ei obediens, nemini seruabit fidem, sequetur consilia sua, fraudulentus & stultus.

Luminaria quoque in qualitatibus animæ adiuuant, dummodo in locis aptis figuræ, & in signis naturæ ipsorum convenientibus reperta fuerint.

Sol enim quando convenientiam habuerit cum planeta, statum spiritus significante, & fuerit bonæ qualitatis, erunt etiam animæ qualitates magis directæ, & erit natus remotior ab aliquo, & temperatus magis, nec non potentior & largus magis fidelior, legisq; melioris, ac sine superbia. Cum autem Sol nullam habuerit participationem cum planeta spiritum significante, & ipse planeta est in malo statu, erit anima qualitatis deterioris, eritq; miser ac infirmus, maiorisq; laboris, in suis consilijs plurimum confidebit, stultus erit, seueræ uoluntatis, & ualde difficilis emendatu.

Luna autem cum fuerit in fine Septentrionis & Meridiei, hoc est, in fine suæ latitudinis, uariationes qualitatis animæ iuuabit, & eas subito alterari faciet. Cum autem in aliquo duorum nodorum, id est, in Capite uel Cauda draconis extiterit, acumen qualitatum animæ iuuabit, facietq; natus opera sua uelociter. Cum autem Luna fuerit ascendens, lumine aucta, id est, quando uadit ad oppositionem, & quando est in plenilunio, tunc significationes augmentabit, eruntq; aptiores, ac magis necessariae. At si Luna minuta fuerit lumine, uel quando sub radijs Solis extiterit, eos faciet magis esse abscondos, & ut non ita fortiter propositum scopum contingat operabitur. Hac Ptolemæus.

¶ Sententiæ & aphorismi aliorum.

Pro qualitatibus animæ confidera

- Mercurium
- Almutem loci Mercurij
- Lunam
- Almutem loci Lunæ
- Ascendentem
- Almutem Ascendentis
- Secundum dominum triplicitatis duodecimæ domus
- Tertium dominum triplicitatis duodecimæ domus
- Tertium dominum triplicitatis septimæ domus.



STATUS rationis & intellectus, ac sensus, generaliter à Mercurio inquiritur, qui est planeta prudentiæ, ratiocinationis, & disciplinæ, nã ex eo dependēt uirtutes intellectuales nati, ut sunt ingenium, diligentia & facilitas in discendo & intelligēdo. Status uero naturalis & morum nati, generaliter à Luna accipitur, & à planetis commixtis cum ea siue fortunæ siue infortunæ fuerint: quoniam ex ea uirtutes naturales dependent. Si prædicta duo loca Mercurij scilicet & Lunæ adinuicem applicuerint, uel fuerit

rit inter ea concordia, animæ factum ordinatum, & concors erit. Quare etiã cum unus & idem planeta fuerit Almuten loci Mercurij & Lunæ, erit significatum fortius, & factum animæ ordinatum & concors. Si autem fuerint diuerſi, concordet tamen & in ſuis dignitatibus, bonum erit significatum, licet non tantum, & ad hoc præceptum te in alijs quoq; referes.

Ad iudicandum igitur de ſtatu ſpiritus, quantum eſt ex parte ſenſus & rationis. Vide primo Almuten loci Mercurij, & Almuten loci Lunæ. Nam ſi Almuten loci Mercurij fortunatior & potentior fuerit quàm Almuten loci Lunæ, & maxime quando locus Mercurij fuerit melius diſpoſitus quàm locus Lunæ, dicitur quòd natus uiuet ſecũdum intellectum, nec ſequetur uoluptates & ſolatia ſenſuum. Si uero fuerit contrarium, ita quòd Almuten loci Lunæ, & maxime locus Lunæ fuerit melioris diſpoſitionis quàm locus Mercurij, modo conuerſo ſignificat potentie ſiſtituæ magnum dominium, & quòd plerumq; uoluptates, & ſenſuum illecebras proſequetur, & firma eius in his erit intentio, nec ceſſabit, donec aſſequetur. Si uero dicti Almuten coniuncti fuerint, uide quis eorum ſuper alterum eleuetur. Nam potentia per eum ſignificata, ſubiiciet ſibi aliam. Si autem Almuten loci Lunæ, & Almuten loci Mercurij fuerint in diuerſis ſignis æque potentes, tunc uide an alius quis eorum fuerit in ſigno imperante, quoniam qui eorum in ſigno imperante fuerit, erit fortior eo, qui in obediẽte repertus fuerit. Si etiã ſic non fuerit, uide ultimum, quis eorum in ſigno maioris aſcenſionis fuerit, quoniam is fortior erit eo, qui in ſigno paucarum aſcenſionum repertus fuerit, atq; ita tunc aſſumet dominium potentie animæ ſibi ſubiectæ.

Vide etiã in quibus ſignis fuerint ſignificatores anime, et in quibus domibus & permiſce operationes illius ſignificatoris cum operationibus ſignorum & domorum. Exempli gratia. Si Mercurius eſſet in Ariete, & ſignificator in Scorpione, ſignificaret quòd natus delectaretur in mendacijs, proditiõibus & deceptionibus, & præſertim in rebus illis ſignificatis per domos in quas inciderit ſignificator. Iſto & conſimili modo dices etiã in alijs, nam ſignificata ſignorum potes perpendere ex te, quoniam eorũ ſignificatores ſunt ſimiles ſignificatoribus domorum ſuarum.

Almuten locorum Mercurij, & Lunæ in ſuis Hayz, faciunt animam fortem, temerariam, quicquid incipit uult perficere, ſiue bonum ſiue malum fuerit. Si oppoſitum horum fuerit, faciunt animam leuem, & maxime ſi loca planetarum non alpi ciunt loca Mercurij & Lunæ.

Si fuerint planetæ infortune gubernatores locorũ Mercurij & Lunæ, fortes in cardine, erit natus ſuperbus, malus, ſed fortunatus. Planetæ infortune gubernatores locorũ Mercurij & Lunæ non exiſtentes in ſuis Hayz, nec in cardine fortes, faciunt natum leuem, uilem, anxium, contemptum, ad pœnas deditum, nullius conſilij & ſapientie.

Iupiter & Venus ſi exaltati fuerint ſupra Mercurium, & fuerit in loco apto, etiã in forti cardine, natus erit bonus, lætus, proſper, multi eum diligunt, & quicquid fecerit, bono fine perficiet. Si uero ſuper eos infortune eleuetur, ut uerbi gratia: Si Iupiter dominetur in loco Mercurij, & Saturnus eſſet eleuatus ſupra Iouem. Aut ſi fortune non eſſent in bono cardine, natus erit ma. ſuetus, bonus, humilis, ſed infortunatus, & ſi quid boni alicui fecerit, in malum ei conuertetur, & pro amando & dando, multi ei iniuriam facient.

Saturnus in domo Mercurij, Geminis ſcilicet uel Virgine, uel in loco Lunæ, ut Cancro uel Tauro, in bono ſtatu mundi, puta in cardine bono, natus erit amator bonorum, ſummi conſilij, laborioſus, ſecretarum rerum perquiſitor, magnarũ diuiciarum, amator & uiolator gregum & theſaurorum.

Si uero Saturnus fuerit in locis Mercurij & Lunæ, & non fuerit boni ſtatus, forte retrogradus uel combuſtus, nec fuerit in angulo bono, faciet natum uilem, turpem

pem, parui cordis, diligit solitarius federe, mendax, deceptor sine discretionē, malæ cogitationis, reget se suo consilio, immunda diligit, nullum bonum amabit, dolebit de prospero cuiuslibet successu & flebit, & gaudebit de malis, abhorrebit à bonis.

Saturnus in locis Mercurij, uel Lunæ, & habens cōcordantiam cum Ioue per aspectum amicum, uel quòd sit in domo uel exaltatione, uel triplicitate Iouis, natus erit naturaliter liber, gaudebit in hominibus, & cum ipsis cōuersionem habebit, erit boni consilij, amator bonorum, diligit parentes, intelligens & sapiens. Et si Iupiter nō aspicit Saturnum amico aspectu, & ambo sint deiecti à bonis cardinibus, erit natus malæ memoriæ, mali sensus, adiungit se rebus diabolicis & necromanticis, & omnibus rebus malis, diligit artē oratoriam & mendacium, diffamator omnium, nullum habebit amicum, ab omnibus separatus, infelix, malum quæret hominibus, malus corde, tædiosus, onerosus, malę receptionis, de omni re mala gaudebit.

Saturnus gubernator loci Mercurij, si concors fuerit cū Marte, fueritq; Mars boni status, natus erit communicationis malæ, aliquando audax, aliquando nō malus in societate, sine pietate, contumelia afficiet quemlibet bonū, durus & rixator, ponet se in periculo magno, naturaliter amabit rixas, falsus, infidelis, de occisione gaudebit, retinēs irā lōgo tempore, iracundus in factis, amator blādiciei, superbus, crudelis, austerus hominibus, factor omnis mali. Si uero Mars fuerit mali status, erit fur, insidiator uiarum, depredator, laudabit se in multis, erit malæ uitæ.

Saturnus gubernator loci Mercurij, concors cū Venere, natus amabit fenes, odio habebit mulieres, spernet honores, omnes res pulchras, naturaliter inuidus, & malæ societatis, ab hominibus separari gaudebit, nullius consilij, sectā nouam inueniet, & sciet secreta legū, profectus eius erit in amore dei, & lege sua quam faciet.

Saturnus in locis Mercurij, uel Lunæ, & si ambo fuerint in bono statu, amabit natus Philosophiam, Medicinam, erit secretus, prudens, gaudebit in naturali philosophia, erit Sophista, gubernator suæ gentis, sciet bella regere, inquiret ex se omnes artes, diligit omne quod aliquando est fabricatus in rebus, erit perquisitor Chronicarum & historiarum. Et si fuerit mali status, natus erit retentor irę, insidiator, tentator, deceptor, Iatro interfecto suorum, sociorum fœdisfragus, necromanticus.

Iupiter cum Venere in Geminis, Cancro, Virgine uel Tauro, uel in aspectu amico, & boni esse, significat quòd anima amabit clara & honesta. Sed non oportet quòd ambo sint in locis Mercurij & Lunæ, sed sufficit unus, & alius habeat aspectum amicum.

Humana signa, faciunt natum modestum, ingeniosum, & rationis capacem, mitem & bonorum morum, & hominum societate gaudentem.

Domestica signa, faciunt natum mediocris ingenij, non multum rationabilē, neq; aptum ad disciplinas, sed aliquantum iracundum, & non nimium appetentem bonos mores, erit natus domesticus & amabilis.

Syluestrium signorum formam tenentia, faciunt natum deterioris ingenij, & maioris iræ, & ea ratione magis alienum à bonis moribus, disciplinæ parum participem & urbanitatis, sed ad omne uiolentum & rusticum magis inclinatum.

Ascendentis signum si non fuerit humanum, neq; Almuten ascendentis, neq; Almuten natiuitatis in humanis signis, ut sunt Gemini, Virgo, Libra, & Aquarius, et maxime in termino Mercurij, erit natus ex hominibus, qui nullam cum aliis sanctam societatem, aut fœdera amicitie ineunt.

Mercu

DE QUALITATIBVS

Mercurius occidentalis extra radios, non retrogradus, in domo Solis, significat studium Astronomiæ.

Iupiter & Sol damnati, uel cadentes, significant quòd natus deficiet sensu.

Iupiter in domibus Martis, & gradibus puteolis, sordidos & egenos, & a personis militaribus læsos significat. In domibus autem Saturni, & specialiter in Capricorno, & in gradibus puteis, facit rigidos, & omnibus odiosos.

Cui Saturnus in natiuitate præfuerit, erit sordidus. Et cui Mars, foetidus.

Si Venus sub radijs fuerit, in signo luxurioso, & infortuna aliqua super eam eleuata, natus erit effœminatus & zodomita.

Appetitus nati à Venere dinoscitur, nam ipsa facit natum delectari in operationibus illius membri, tali signo (in quo ipsa fuerit) subiecto. Nam si in Leone, erit natus philocaptus, nam Leo habet prædominium in corde, & Venus est planeta amoris & gaudij, ac pulchritudinis, quare effectus ille Veneris, in illo membro significatur. Item Taurus, quæ est domus Veneris, significat collum, quod est instrumentum quo perficitur cantus, quare Venus in Tauro, facit maiorem aptitudinem & dulcedinem uocis, & non solum in cantu, uerumetiam in commestationibus & potu, quoniam collum est etiam instrumentum receptionis cibi & potus. Item Scorpius domus Martis respicit pudenda, quare Venus in Scorpione, mouet operationem & naturam illius membri. Natura autem & operatio siue delectatio istius membri est coitus. Item Pisces domus Iouis, respiciunt pedes, inclinât ad operationem, quæ fit per pedes, ita quòd tales quærant delectationem deambulando, eundo, choræas ducendo, saltando, pedes pulchre ornando. In Geminis, significat delectationem & appetitum ad ea, quæ manus respiciunt, ut ornare manus annulis preciosis, formare digitis pulchros labores, in quibus homines gaudebunt, & qui hominibus bene placent. Hoc autem semper intellige, si ipsa Venus in debita fuerit dispositione, quoniam si indisposita esset, corrumpetur illud, ac diminueretur iuxta infortunium eius.

Saturni in natiuitate dispositio, significat sollicitudinem & tollerantiam laboris, Iupiter fidem firmam, & appetitum pecuniæ.

Mars uim iræ denotat, nam eo existente in signo igneo, maioris iræ erit natus, quàm eo existente in aqueo.

Sol appetitum honoris & honestatis.

Venus appetitum mulierum, ludi, & conuiuij, potationis, et similium.

Mercurius, sapientiam, & hoc magis cum fuerit occidentalis à Sole.

Luna uirtutes naturales, & complexionem corporis significat.

Si Mercurius in natiuitate fuerit in aliqua domorum Saturni, in sua propria dispositione, ab alijs non uiciatus, natus fiet optimi intellectus, & profundus consilij in rebus, occulti animi, intelliget res perfectissime. Si autem fuerit infortunatus, diminuetur significatum proportionaliter.

Mercurius in Tauro uel Scorpione deprauatus, significat ingenium rude, & ad studia literarum minime aptum.

Si Mercurius fuerit in aliqua domorū Martis, maxime in Ariete, natus erit subitæ mutationis, suspectus in omnibus factis suis, perfidus & crudelis, abundant bit stulticia. Si fuerit in eius quadrato uel opposito in Ariete, non credet in Deum, erit homicida, proditor, nō amabit aliquē, imò quemuis occideret & deprederetur.

Cuicunq; planetę iungitur Mercurius in illius planetę naturam conuertitur, nam si Saturno iungitur, natus erit linguæ impeditæ, inuidus, occultator suæ inimicitia, Chirurgicus, Philosophus, contra naturam luxuriam exercens. Si Ioui per coniunctionem uel aspectum, significat inuidum, ueracem, discretum, honestorum uerborum, cancellarium, consulem primum. Si Marti, mendacem, deceptorem etiam mulierum & uirginum. Si Soli, Regibus associabitur & scriptoribus. Si Veneri

neri, amator omnium scientiarum, bonus, & suavis rethor, bonus iudex, arbiter & procurator. Hæc prædicta significat etiam Mercurius cum fuerit in domibus uel terminis illorum planetarum, sicut quando eis iungeretur, quoniam planetarum significaciones, sunt similes significacionibus suorum dominorum.

Mercurius sub radijs, natus peraget negotia sua secrete, nec detegentur facta sua.

Ascendens cum fuerit boni esse, & dominus eius mali, sanitatem quidem corporis indicat, anxietatem uero & tristitiam animi, si fuerit econuerso, definit contrarium.

Cancer in ascendente, Luna nec in signis fixis nec in angulo, facit hominem credentem omnia quæ audit, erit mobilis animi in omnibus.

Leo ascendens & in eo Mars, in suis aut Mercurij finibus, ualde iracundus erit, & ad rixas & contentiones procliuior, & eo plus si Sol Martem quadrato uiderit.

Verum si fuerit Mars in Leone in trino Iouis, temperabitur ira Martis & inerit nato illi animi quædam magnitudo, uiscerum naturalis, ad res gerendas magnas & præclaras,

Saturnus coniunctus Mercurio in ascendente, significat insipientem, linguosum, uult tamen sapiens reputari, male loquitur de omnibus tam de uiris quam de mulieribus, inuentor multorum mendaciorum, ualde turpis in lingua.

Dominus anguli terræ in sexta facit mendacem, proditorem.

Si dominus ascendentis natiuitatis peregrinus fuerit, natus erit callidus, astutus, malitiosus, scit facere bonum & malum, & ingeniose incedere in omnibus actibus quibus uoluerit, erit tamen eius intentio pronior ad malum quam ad bonum.

Pars fortunæ in octaua domo iuncta domino ascendentis, significat magnam iram, tardum in rebus agendis, & si eam aspexerint infortunæ, erit diffamatus in tota uita sua.

Pars legis in ariete, significat iracundiam & quod erit fortis, ac uelocis iræ, & ab alijs sepe dissidens. Si talis pars cum Venere fuerit, significat amatorem gaudiorum, iocorum, & lætitiarum, erit pulchræ formæ.

Iupiter in ascendente in domo mercurij, significat bonitatem intellectus.

Almuten ascendentis sub radijs, occultabit natus intentiones suas.

Pars fortunæ in bono loco, in angulo radijs Iouialibus illustrata, significat sanitatem corporis, & hilaritatem spiritus.

Venus & Mercurius coniuncti, uel sese aspicientes bono aspectu, natus diligit simphonias musicales, & ornatus uestium.

Si fuerit Sol in prima cum Mercurio, tenaces dicito, & ad poësim inclinatos.

¶ Dodecatemoria planetarum.



ODECATEMORION Saturni in domo Martis, dat anxietates, & tristitias ac indigentiam. In domo Iouis, dat officium iudicis, In domo Lunæ, miserias & labores, In domo Solis, malum statum, & malos mores.

Dodecatemorion Martis cum Mercurio, & unus eorum comixtus ascendenti, uel habens testimonium in ascendente, significat quod natus erit audax, & animosus.

Dodecatemorion Mercurij in domo Iouis, Mercurio habente in ascendente aliquam dignitatem, significat natum diligere iustitiam.

Dodecatemorion Veneris in domo Iouis lætitiâ & castitatem significat, In domo Martis fornicationem, maxime si fuerit in angulo.

Dodecatemorion Iouis in domo Veneris, dat coitum cum mulieribus, moderatum tamen & legitimum.

¶ Nunc de imaginibus cœli; Et primo de eis in Zodaico,



ARIETIS signum cum suis stellis, facit natum superbum, & suis consilijs confidentem, parui tamen ingenij, & simplicis animi, amatorem filiorum, suis bonis non contentum, inuerecundum, inhonestum, comestationibus & potationibus omnino deditum, præcipit, mutantem sapius sedē, & qui soleat delectari etiam in ocio, lasciujs, uagus semper per orbem, ignotus, cupidusq; scrutari nouum semper pelagus.

Tauri uero signum, facit natos tacitæ mentis, & parui ingenij, sed si quando excitentur miranda faciunt, cupidos etiam uetera innouandi, amatores puellarū, libidinosos, & simplices, suos amores libenter celantes. Sed pars suæ constellationis in qua sunt pleiades, facit natum lasciuum & occupatum semper circa uoluptates, petulantem, temulentum, gulosum, & mordacem dictis, curam habentē corpora pingendi, poliendo pilos pumice, & tangere capillos; & diligere dicta probra factaq; & gaudet in ambitione audaciam fingendo. Sed pars illa in qua sunt stellæ Hyades, maxime clara Hyadum quæ dicitur Aldebaran, facit natū inquietum, & turbulentum, & seditione populari gaudentem, interdum fidum sed amantem bella propter pacem.

Geminorum autem signum, inclinatur ad bonas artes, & facit eum musicæ studiosum, boni ingenij, mutabilem, rationabilem, honestum.

Cancris signū, facit natū amatorē commutationum, mercimoniarū, mobilem.

Leonis signum præsertim pars oris, facit natum crudelem, fortem rapacem, auarum & minacem, & cupidum uiuendi ex rapinis, & illas quandoq; retinere, quandoq; profundere, & adeo cupidum facit, ut nullo censu possit animum replere, gaudentem comestationibus, & gulosum. Sed stella eius regia quæ dicitur Cor Leonis, natum facit imperij desiderio æstare, superbum & magnanimum.

Virginis astrum facit natum iustum, rationabilem, uerecundum, studiosum, colentem diuina, cupidum dare diuinas leges. Sed clara eius stella supra sinistram palmam stans, quæ Spica dicitur, inclinatur ad amorem agriculturæ, & ad parandum ex ea alimenta, ac etiam magnarum artium cognitionem præbet, maxime si à Mercurio bene disposito respicitur.

Libræ signum cum suis stellis, facit natum iustum, & omnia æquitate considerantem, & sibi met mortis causam inferentem, & credentem plurimum suæ imaginationi, studiosum in reperiendo bonas artes, bonum & rationabilem.

Scorpionis signum facit natum acris ingenij & pugnacis, subdolum & sub specie amicitia fallentem, cupidum arces & loca Martialia edificare, & diruta resarcire, & urbes ornare edificijs. Sed clara stella quæ dicitur Cor Scorpionis facit natum rapacem, uiolentum, & regnare cupientem.

Sagittarij signum cum suis stellis, maxime prima eius pars humanam habens formam, facit natum mitem, rationabilem, astutum, & prudentem, cupidum gloriae, ac etiam facit natum gaudere restauratione dirutarum urbium, & bonos in eis renouandi. Sed eius secunda quæ est Equina, natum facit irrationabilem, minoris ingenij, & euerforem urbium.

Capricorni astrum, facit natum cupidum bellandi, & omnia euertendi ac desolandi studiosum. Cuius prima pars facit natum amatorem terrestris militiae.

Aquarij signum facit natum bonum, iustum, rationabilem, castum, sanctum, & fidelē, pium, sed non multū astutum, & in damna sua facile labentē & solitariū.

Piscium signum natum facit mente uarium, fidefragū & maledicum, conuiuatore lætum, nunc ad istas nunc ad illas aures crimina aliorum, susurrantem, & palam uenenosa uerba dicentem, audacem in malis, & inuidia flagrantem.

De imagini

De imaginibus Septentrionalibus.



VRSABE maioris imago cum suis stellis, facit natum animosum, gaudentem ingentes & terribiles feras subiugare atq; domare.

Draconis constellatio, facit natum malum, inuidum, seductorē, seminatorem discordiarum, uagabundum, non quærentem diuitias.

Cephei imaginis constellatio, facit natum grauem, austerum, non seuerum, studet uenari, gaudet fingere multum, cum grauitate morum, tranquillæ uitæ, & uere stoicus, interdum tragico, & aliquando comico letatur carmine.

Arcturi siue Bootis imaginis constellatio, maxime clara in Boote quæ dicitur arctophilax, facit natum fidelem qui amicorum secreta fido pectore & tacitate seruabit, & cui propter suam integritatem, publicæ uel regiæ opes quandoq; credantur & regnandi cupidum.

Coronæ Septentrionalis imaginis constellatio, facit natum nitidum, in unum, amatorem adulteriorum, & unguentis & odoribus se delectantem, ut sit maior gratia adulteriorum, gaudentem in artibus uoluptuarijs.

Herculis, siue Engonasis constellatio facit natum subdolum callidum, & multis dolis instructum, mendacem, & effroenata animositate grassantem, sed audacem & fortem, & persecutorem.

Vulturis cadentis constellatio facit natum gaudere inquisitione bonarum artium, Clara stella quæ Vultur cadens, uel Lyra dicitur, facit natum musicum & uoluptuarium.

Cygni constellatio, facit natum gaudere aucupio, & ingeniosum, & solitum docere aues loquelas humanas, erit etiam uagus, & qui errando uiuet, sed cum lasciuia. Clara stella in eo quæ dicitur Cauda gallinæ, inclinat natum ad bonas artes.

Cassiopeæ imaginis constellatio, facit natum lasciuum, & qui magnopere delectetur gemmis & margaritis, & sculptura in auro uel argento, auarum, & cui sit magna auri cupido.

Persei imago facit natum appetentem diuitias, honores, & uictoriam. Sed lucida stella, quæ dicitur caput Gorgonis, facit natum talia patrare, per quæ caput amputabitur.

Eniochi siue Aurigæ constellatio, faciet natum superbia elatum, cupidum illud efficere quod penè impossibile sit fieri. Clara stella in eius humero quæ dicitur Capra, facit natum sollicitum, & nimia trepidatione curiosum, & omnes res desiderantem, impatienti cupiditate, appetentem noua dicta, & timidum ex leuib; occasionibus, ex quibus non deberet timere. Stellæ in eo quæ dicuntur hœdi, faciunt lasciuum, uino & epulis deditum aptum omnibus ludis, solertem, & uarium anteq; quiescat, timentem suæ saluti.

Serpentarij uel Ophiuchi imago, facit natum industrium quærentem sibi uitam cum magno labore.

Sagittæ constellatio, natum facit uagabundum, & lustrantem multas regiones, gaudebit armis missilibus, uel arte sagittandi.

Aquilæ constellatio facit natum peregrinantem, iniustum. Sed clara stella, quæ dicitur Aquila uolans, facit natum rapacem, militarem, animosum, fortem & spolijs inimicorum gaudentem.

Delphiniconstellatio facit natum iocosum, hylarem & magnopere gaudentem arte natandi, ut nunc sub aqua, nunc super aquas natet, ac etiam gaudet musica, in qua saltatur, gestitur corpore, seductorem etiam facit, libenter etiam audiet nouitates, & erit semistultus.

Pegali imaginis constellatio natum faciet curiosum inquisitorem, & gaudentem in

tem in arte medicinae. Andromadae constellatio, natū facit cōtra alios homines crudeli ferocitate grassantem, & affectantem esse ministrum publicarum pœnarum, & desiderantem mortem suorū, alacrem, iocosum, luxuriosum, & in periculis facile labentem. Trianguli constellatio, natum facit uacillantis, & difficilis uitae, sed studiosum mathematicarum artium.

¶ De imaginibus meridionalibus.



ET I imago cum suis stellis, inclinat natum ad gulositatem & ebrietatem, gaudet rapina, ac etiam uenatione magnorum piscium.

Orionis imago, facit natum uarijs sollicitudinibus implicatum, ita quod semper aetuet peruigili cogitatione, cupidus mutare domicilia, sed miseria afflictus, clara eius stella quae dicitur Orion uel Iugule, facit natum irreligiosum, perfidū, & ad omne uenationis studium inclinatum & rapacem.

Leporis constellatio, natum facit industrium, uigilem, timidumq̄, qui sua sponse nihil boni faciat, uagabundum.

Canis maioris constellatio, & maxime clara eius stella, quae dicitur Canicula in lingua, natum facit effrœnatum, & ad omne studium cuiuscunq̄ facinoris facile applicantem, inhumanum, uiolentum, iracundum, terribilem, minacem, superbum, & superbo sermone elatum, sed incauti sermonis.

Procion uel minor Canis, maxime clara stella, quae dicitur Algomeysa, facit natum gaudere ne tendis dolis, sed nō exequitur, faciet etiam fidelem suis amicis, blandum, seruilem, inquisitorem aliorum negotiorum.


Crateris constellatio, facit natum gulosum, gaudentem multo mero, & totam mentem in poculis habentem.

Centauri imaginis constellatio inclinat natum ad amandos equos domandos docendosq̄, & ad armorum studium ac tractationem. Et ita erit eius affectus, ut in omnibus infirmitatibus iuuent, & non expectent, quod gemant neq̄ languescant, sed statim remedium sibi afferant.

Aræ uel putei ardentis constellatio, facit natum gaudere administratione officiorum diuinorum in templo, & uatem futuri, tamen erit maleficus incantator, & multa mala faciet per spiritus & incantationes.

Piscis australis, natū facit gaudere in mercimonijs & piscatione. Si qs harū imaginū proprietates melius scire uoluerit, ea q̄ de ipsi in fabulis sunt diligēter repetat.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Significatores spiritus existimaui Martem cum participatione Solis atq; Mercurij. Nam Mars dominus est locorum Mercurij & Lunæ. Mercurius autem Almuten ascendens. Sol uero Almuten loci Mercurij, eidem atq; Marti permixtus est.

Conclusio secunda. Significatur itaq; ratione Martis, natum futurum audacem, potentem, fortem, iracundum, armorum cupidum, bellorum autorem, animum, sine pauore mortis pericula aggredientem, neminem sibi præferet, nec cuiq; se unq; submittet, plurimū de suis uiribus confidet, impetū in aduersarios suos frequenter faciet, rebelles destruet, prælijs interesse desiderabit. Omnia tamen hæc cum honore, & fama maxima faciet, auxilia amicis præstabit, inimicis nocēbit, legitime tamen in cunctis se geret, eritq; ipsius delectatio in rebus ad bellicam uirtutem pertinentibus, & in exercitijs ordinandis atq; ducendis, Id sumitur ex loco Mercurij, & Almuten eius, similiter ex loco Lunæ, in domibus Martis.

Conclusio tertia. Delectabitur quoq; plurimum in rebus pulchris & formosis uidendis, quia Venus est in Ariete.

Conclusio quarta. Constantiam & firmitatem in propositis suis, animum patientem in laboribus ferendis, ueridicum, rigidumq; contra uicia, memoria tenacem, honoris amatorem, inimicitiarum diuturnum retentorem, uinci dolentem, nec facile a proprijs consilijs cedentem. Denotant Luna & Almuten eius in signis fixis.

Conclusio quinta. Bonitate intellectus sui, optimarumq; disciplinarum cæpax erit, & plurimum in inuestigatione ueri atq; iusti sollicitabitur, uolet quoq; ut cuiq; iustitia fiat. Id apparet ex ascendente, Ioue, atq; Marte, iuxta regulam Ptolemæi, uerbo 95. Centiloquij.

Conclusio sexta. Erit philosophorum amator, legis seruator, intendet sapientie, & in rebus occultis cogitabundus erit. Id accipitur a Marte secundo domino triplicitatis domus tertiæ, qui est fortis & potens a Sole receptus ex trino.

Conclusio septima. Quandam turbationem animi incidet, in qua ad auxilia armatorum confugiet, quorum opera liberabitur, probatur ex domino ascendens in septima Marti per retrogradationem applicanti, a quo tamen recipitur.

Conclusio octaua. Velocis & fortis iracundiæ uirum, sepeq; ab alijs disidentem, denotat pars legis in Ariete.

Conclusio nona. Amatorem quoq; gaudiorum, iocorum, & lætitarum, portendit pars legis iuncta Veneri.

CAPVT OCTAVVM

¶ De impedimentis animæ.



In iudicio læsionum animæ generaliter inspiciendus Mercurius & Luna, quam conuenientiam adinuicem habeant, & ad infortunas, tum etiam ratione locorum figuræ cœli.

Epilepticos, id est qui morbo caduco laborant, ex quatuor causis dinoscimus.

Prima, quando Mercurius & Luna non habent aspectum ad inuicem.

Secunda, quando neq; Mercurius neq; Luna ascendens aspiciunt, maxime ipsis existentibus in Capricorno & Piscibus in sexta, octaua uel duodecima domo.

Tertia, si natiuitas est diurna, & quod Saturnus sit in angulo fortis, & in nocturna Mars, respicientes Mercurium & Lunam.

Quarta si etiam Saturnus & Mars, impediunt Mercurium & Lunam,

DE IMPEDIMENTIS

per aspectum inimicum, uel per dominium in testimonijs, hoc est, ut sint domini locorum Mercurij & Lunæ. Cum hæc prædicta quatuor in aliqua genitura reperta fuerint, talis natus patietur morbum caducum, qui à medico non curabitur. Si uero duo aut tria ex his inuenta fuerint in aliqua genitura, poterit talis natus curari per uiscus quercinum, quod collectum fuerit, loue in aliqua suarum dignitatum existente. Si prædicta quatuor in aliqua natiuitate reperta fuerint, dummodo tamen aliqua fortuna Mercurium aut Lunam aspexerit, adhuc poterit liberari.

Infani & furientes etiam ex quatuor causis dinoscuntur.

Prima quando Mercurius & Luna non habent aspectum adinuicem.

Secunda quando non aspiciunt ascendens.

Tertia si in diurna natiuitate sit Mars in angulo fortis, sed in nocturna Saturnus.

Quarta quando Mars uel Saturnus aspiciunt Mercurium uel Lunam, uel habeant dignitatem in eorum locis, Cum hæc quatuor in alicuius natiuitate inuenta fuerint, erit talis homo fatuus in omni uita sua, maxime cum infortunæ in Cancro, Virgine, uel Piscibus fuerint.

Demoniaci etiam quatuor ex causis iudicantur.

Prima quando Mercurius & Luna non habent aspectum adinuicem.

Secunda quando non aspiciunt ascendens.

Tertia quando Luna sit ascendens sub radijs Solis, uel in eius opposito.

Quarta quando Saturnus fuerit dominus coniunctionis, uel Mars dominus oppositionis, id est ut coniunctio & oppositio fiant in eorum domibus, maxime ipsi existentibus in Sagittario uel piscibus, quoniam si prædicta quatuor loca in alicuius natiuitate ita fuerint, erit talis natus naturaliter demoniacus, & à nullo potest curari. Si autem contingeret quod duæ causæ uel una sic inuenta fuerint in natiuitate, erit demoniacus per dies menses uel annos, tanlis etenim poterit redire ad saniores mentem.

Notandum, Si utræque infortunæ Saturnus scilicet & Mars fuerint in hac qualitate, erunt animæ infirmitates inmedicabiles, non tamen feroces, & ignorabuntur, & occultæ erunt. Si autem utræque fortunæ Iupiter & Venus, similes eis extiterint, & utræque infortunæ Saturnus & Mars in angulo occidentis, fortunæ uero in angulo orientis manserint, licet ferocissimas, sanabiles tamen significant ægritudines. At si Iupiter fuerit ille, eis assimilabitur, infirmitates medicaminibus moderabuntur, siue per dietas, siue per antidota. Si in orientali angulo infortunæ & in occidentali fortunæ fuerint, insanabiles ac feroces erunt infirmitates, minime manifestæ.

Locus Solis & Martis iuuant ad insaniam.

Locus Iouis & Mercurij, infirmitates epilepsiæ.

Locus Veneris per prophetias, ut occulta dicantur.

Locus Saturni & Lunæ adiuuabit demoniacos, & humorum impedimenta.

Animæ appetitiuæ impedimenta ita colliges.

Luminaria sola in signis masculinis, in genitura masculi, ea quæ sibi naturalia sunt operabitur. In mulieris uero genitura sic, erunt uiriles, & ea quæ contra naturam sunt operabuntur, ut fricando se cum alia.

Mars & Venus, uel eorum alter masculinus, uiri in naturalibus rebus ueneris multum conuersabuntur, & ex rebus coitus turpia contra legem desiderabunt. In mulieris genitura sic positi actus cupidinis innaturales, plus æquo perpetrabunt inuicem cum alijs.

Si Venus sola masculina fuerit, id quod perpetrabunt, erit occultum. Si autem solus Mars masculinus extiterit, erit manifestum.

Luminaria

Luminaria sola in foemininis signis in genitura masculi, ea quæ sibi contra naturam sunt committent cum mollicie, lasciuia, & mulierositate. Sed mulieres, ea quæ sibi naturalia sunt, operabuntur.

Sola Venus foeminina in mulieris genitura, illegittimos actus uenereos exercet, adeo quod nulli coitum denegabit. Sed uiri sic, erunt effoeminati, molles, & ad innaturales actus uenereos procliuios, sed ea occulte perpetrabunt.

Mars solus foemininus, hac publicari significat, & ea perfici absque uerecundia.

Veneris & Martis orientalitas in genituris masculinis, adiuuant detectionem operis ueneri. Sed eorum occidentalitas iuuat in seminis occultationem. Saturnus si cum eis fuerit, iuuabit in pollutione turpi, plus alijs. Iupiter autem cum eis, dat uerecundiam. Mercurius cum eis, detegit rem & in augmento adiuuat. Hæc Ptolemaeus.

¶ Sententiæ & aphorismi aliorum.



VNA si non fuerit coniuncta uel irradiata à Mercurio, nec aliquis planetarum inter eos transferat lumen, nec fuerit ascendens signum de natura Mercurij uel Lunæ, fueritque cum hoc Saturnus in diurnis & Mars in nocturnis natiuitatibus in angulo, natus erit amens, furiosus, epilepticus, fatuus, uel ad minus obliuiosus, nisi fortuna tunc fortis ascendens aspexerit, aut Mercurium, aut Lunam, & eo fortius, si angulus in quo fuerit aliquis prædictorum malorum, fuerit Cancer, Virgo, aut Pisces. Si autem fuerit ei iuncta, uel ad eum iuerit, erit sapiens.

Luna & Mercurius, si se non aspiciunt, neque ullus eorum ascendens, & fuerit Saturnus in diurna significator qualitatis animæ in angulo, & in nocturna Mars, significat epilepsiam. Signa facientia epilepsiam sunt Sagittarius, Gemini. Eodem modo sunt amentes, quibus Saturnus est in angulo in nocturna, & si Mars in diurna natiuitate, maxime uero si in Cancro, Virgine, uel Piscibus fuerit. Si cum hoc quod modo dictum est fuerit Saturnus dominus loci Lunæ, & Luna sub radijs. Aut Mars dominus loci Lunæ, & Luna in opposito Solis, maxime autem in Sagittario aut Piscibus, significat dæmoniacos.

Mars in angulo terræ in maleuolo Solis aspectu, aut Mercurius cum Saturno, in ascendente in opposito Martis, aut Luna cum Marte in ascendente in opposito Saturni, Aut Luna & dominus ascendens cum Mercurio infortunati à Marte; aut Luna in ascendente in quadrato Saturni, à Medio cœli, & opposito Mercurij, aut Luna separata à Saturno & coniuncta Marti, uel separata à Marte & coniuncta Soli, Aut Mars inter Solem & Lunam in eodem signo, Aut Luna aucta lumine, infortunata à Marte in Sagittario uel Piscibus, Aut Sol in opposito ascendens in termino infortunæ ab ambabus infortunis impeditus, & non uisus à domino domus suæ. Aut Luna & Sol infortunati in sexta uel septima in eodem gradu, Aut ambæ infortunæ in ascendente in opposito Mercurij. Et in omnibus his, si fortunæ sint absentes, significant Lunaticos, fatuos, uel homines leuis cerebri.

Luna in decima in signo communi opposita Marti, & Saturnus in septima, si Luna fuerit in quadrato Solis, & in matutino ortu locata, insanos facit.

Dominus octauæ, si ascendentem uel ipsius dominum male aspexerit, timor & angustia affliget natum. At si aliter aspexerit, timorem tantum injiciet nato.

Auerte oculos cum Mars fuerit angularis, maxime si Scorpius fuerit ascendens.

¶ De fortuna nati & substantia.



ORTVNAM ac prosperitatem nati considera ex loco partis fortunæ, & ex planetis dispositoibus, loci partis fortunæ. Cum enim locus partis fortunæ in loco cōuenienti figuræ repertus fuerit, pollicetur nato magnam fortunam, maxime si luminare temporis prædictum locum aspexerit, aut si prædictus locus in partibus fortunarum repertus fuerit radiationibus eorum fortificatus.

Gubernatores etiã partis fortunæ diligenti ratione inuestiga, quam uim obtineant, & quomodo in figura ponantur, scilicet an in signis propriæ naturæ uel alienæ. Si enim dispositores partis fortunæ fuerint in loco conuenienti, fortes non impediti, in proprijs domicilijs aut exaltationibus constituti, maxime si etiam luminaria eis testificentur ratione similitudinis, aut aspiciant benigno aspectu genturam admodum foelicem, & nato multas diuitias decernit.

Saturnus gubernator partis fortunæ, dat diuitias ex edificationibus, uel ex terrarum cultibus, aut ex nauigationibus.

Iupiter, ex comendationibus, bonis moribus, necnon ecclesiasticas dignitates, aut ex alijs honestis actionibus.

Mars ex exercitu, rerumq; dominio, & imperio dabit.

Venus ex amicorum donationibus, uel ex mulieribus.

Mercurius, ex mercimonijs, & propria industria.

Quod si Iupiter in gubernatione cum Saturno participauerit, uel Saturnum dominum partis Iupiter aspexerit, diuitiæ nati erunt ex hereditate, & bonis mortuorum, maxime si Iupiter simul sit in signo communi, uel habeat aspectum cum Luna, tunc enim significat quod natus etiam extraneorum hereditates lucrabitur. Verum si planetæ qui fuerint de hayz planetarum gubernatorum partis fortunæ, eis testificati fuerint, aut eos aspexerint, nati possessionem durabilem esse, & apud domum remanere, & fortunari designabunt. At si planetæ contrarij hayz & naturæ, prædictis significatorum partis fortunæ locis, testificati fuerint, eleuati super ea, aut ijs associati, aut aspicientes in figura, amissionem substantiæ demonstrabunt. Hæc ptolemæus.

¶ Sententiæ & aphorismi aliorum.

Secundam domum.

Almuten eius.

Partem fortunæ.

Dominum eius.

Partem substantiæ.

Dominum eius.

Consignificatorem secundæ qui semper est Iupiter.

Almuten significatorum substantiæ.

Pro substantia nati considera

Tres dominos triplicitatis secundæ domus.

Tres dominos triplicitatis luminaris conditionarij.

Secundum dominum triplicitatis octauæ domus.

Secundum dominum triplicitatis decimæ domus.

Secundum dominum triplicitatis undecimæ domus.

Tertium dominum triplicitatis primæ domus.

Secundum dominum triplicitatis quintæ domus.

Primum dominum triplicitatis sextæ domus.

Secundum dominum triplicitatis octauæ domus.

Partem fiducia.

Partem hereditatum & possessionum.

Generalis



GENERALIS regula in re facultatum & substantiæ nati alicuius est, ut aspicias hos significatores, pro extrahendo Almuten significatorum substantiæ, ut sequitur.

Almuten significatorū substantiæ extrahi tur à	}	Cuspide secundæ domus	} Almuten illorum si fuerit unus uel plures, uide eius esse tã in bono quàm malo, & quã habeat commixtionem cum domino ascendenti, & scribe uniuscuiusq; proprietatem ad partem, tam eorum quæ significant diuitias, quàm eorum quæ arguunt paupertatē. Deinde iudica ut inueneris per fortiores tam in bono quàm in malo.
		Domino eius	
		Planeta in secunda	
		Parte fortunæ	
		Domino eius	
}	Parte substantiæ	}	
	Domino eius		
	Ioue naturali significato re substantiæ		

Vel ut alij, Considera primo cuspidem secundæ domus. Si fuerit signum boni planetæ uel mali essentialiter. Nam si fuerit essentialiter fortuna, dabit diuitias. Si infortuna, non dabit.

Secundo uide an aliqua fortuna in secūda fuerit corporaliter bene disposita, uel quæ per medietatem orbis sui cuspidem tangit uel irradiat, maxime si Iupiter fuerit; uel si in cuspide secundæ domus fuerit stella fixa primæ uel secundæ magnitudinis, de natura simplici Iouis uel Veneris, præcipue de natura Iouis. Quod si sic fuerit, quòd illa fortuna fuerit in loco dicto bene disposita, significat diuitias, etiã si Almuten secundæ aliud significaret. Ita si cum dicta dispositione bona, etiam Almuten secundæ fuerit bene dispositus, ac pars fortunæ & Almuten eius fortuna fuerit, & receptus, & multis planetis permixtus, significat nato multas & immensas diuitias, etiam à multis & diuersis partibus, à diuersis locis & modis. Infortuna uero ibi corporaliter uel per aspectū in medietate sui orbis, stante quacunq; dispositione bona Almuten secundæ, nisi pars fortunæ ac eius dominus, hæc prohibuerint per eorum dispositionem bonam, uerum tamen quomodocunq; se istæ habeant, scias quòd dispositione sic stante, natus non poterit habere immensas diuitias.

Tertio, si dominus secundæ domus fuerit fortuna, & fortis in figura, & maxime fortunatus ac receptus, multis planetis beneuole permixtus, & fuerit gradus secundæ domus fortunatus, natus habebit magnas diuitias, multis modis & à multis locis, etiam quacunq; dispositione alia stante. Sed si secunda domus & eius dominus fuerint infortunati & male dispositi, non dabunt.

Quarto considera partem fortunæ & eius dominum, quæ si fuerit in loco bono, & dominus eius fortis ac fortunatus, tam essentialiter quàm accidentaliter, dat diuitias, & bonum esse ipsarum, stante quacunq; dispositione à secunda domo sumpta. Si pars fortunæ fuerit fortunata, in bono loco cœli, & eius dominus infortunatus, dic nato fortunam & bonum, tamen remisse ratione significati illius signi in quo est, unde si in quartam domum ceciderit, præcipue in signum terreum, natus habebit aliquo modo bona & fortunam, ratione laboris terræ, uel edificatiōnis, uel in similibus significationibus quartæ domus, sic etiã de cæteris domibus dices. Si pars fortunæ fuerit infortunata, dic oppositum ratione loci, in quo est, & hoc remisse, si dominus eius fuerit bonus & bene dispositus, & dic bonum in diuitijs ex parte loci & naturæ domini partis fortunæ fortunatæ, sed remisse. Pars fortunæ in gradu ascendenti, significat quòd natus habebit multas diuitias ex leui occasione, si id alias non impeditur, uidelicet mala dispositione domini partis fortunæ, quoniam tunc daret remissiores. Notandum autem quòd si aliquis significator diuitiarum infortunatus in aliqua domorum ceciderit, significat damnum substantiæ de significato talis domus.

Quinto uide partem substantiæ & eius dominum. Si fuerint bene dispositi & fortunati, significant diuitias; Si male non dabunt opes.

Sexto uide Iouem naturalem significatorem substantiæ. Si fortunatus uel fortis fuerit in mundo, uel in figura, precipue in secunda domo, dat diuitias, & bonum usum earum; Si debilis, neutrum dat.

Septimo, considerabis duos primos dominos triplicitatis domus secundæ. Si primus directus fuerit in aliqua suarū dignitatū principalium, scilicet in domo uel exaltatione sua, firmus in angulo, & in auge eccentrici, uel ad ipsam augē ascendērit, auctus numero & lumine, uel fuerit in dignitatibus alterius benigne receptus, applicantibus ei planetis ex permixtione beneuola, significat diuitias, quæ procel su temporis augmentabuntur. Si fuerit infortunatus, & cadens à dignitatibus prædictis, significat contrarium. Si secundus dominus triplicitatis fortis, & fortunatus fuerit, sicut dictum est, natus de suis diuitijs expendet in bonum & utilitatē suā, & de illis faciet bonum suis consanguineis. Si infortunatus, contrarium profer.

Octauo, uide dominū primum triplicitatis luminarij conditionarij, Si fuerit fortunatus, & fortis, ac firmus in angulo, uel succedenti, significat diuitias, Si infortunatus, oppositum erit.

Nono, considerabis dñm ascendētis: Si fuerit etiā dominus quartæ domus, & bene dispositus, significat fortunā de significatis quartæ domus, & quod thesaurizabit. Si autē dominus ascendētis & quartæ infortunatus fuerit, oppositum iudicabis, etiā si infortuna esset in hac domo, nam etiā oppositum significaret.

Decimo, uide dñm primū triplicitatis ascendētis. Si bene dispositus fuerit, permixtus beneuolis planetis ac foeliciter receptus, cū testificatione aliorum duorum dominorum triplicitatis ascendētis, significat diuitias. Si fuerit infortunatus, cum testimonio aliorum duorum dominorum, oppositum iudicabis.

Considera etiā in quā domum dñs secundæ ceciderit in natiuitate, quoniā secundū significatum domus erit nati substantia. Vide etiā an talis dñs, fuerit in mobili, cōmuni, uel fixo signo. Si in mobili, ex proprio labore diuitias habebit &c. Vide etiā an talis dñs secundæ sit aliquis ex superioribus, quoniā si ex superioribus fuerit, dic quod etiā substantiā habebit à principibus & dominis. Nam domus superiorum, regum, & principum sunt. Dominus domus in qua Sol fuerit, & dñs domus in qua Luna fuerit, & dominus ascendētis, oriētales in angulis, aspiciētes se inuicē bonis radijs, maximā fortunā significant. Si uero non omnes, sed maior pars sic fuerint dispositi, significabunt minus bonum.

Pars fortunæ in primis decē gradibus quartæ domus cum Capite Draconis Lunæ, Venere atq; Ioue, & istis quidē directis, significat magnā subterraneā pecuniā. Si in secundis decē gradibus cum Venere & Ioue fuerit, acqret etiā sed non tantas, ac tā numerosas opes. Si fuerit in ultimis decē gradibus, & fuerit cū uno illorum, acqret iterū minus. Si ibi sola fuerit, libera ab aspectibus malorum, iterū acqret minus. Si nō fuerit aliquid istorū, nō acqret eā. Si autē acqret sicut dictum est, uide tū si Sol locū illū ex trino uel sextili aspexerit, & fuerit talis aspectus magis prope primos decē gradus, q̄ aliquis prædictorum significatorum, erit thesaurus ille aurū. Si Luna fuerit magis prope, erit argentum. Si Iupiter erūt diuersi, aurū, argentū, & similia, Si Venus, margaritæ, ornāmēta muliebria, Si Mercurius, monete, sculptæ imagines. At si fuerint retrogradi, ostendetur ei pecunia, sed eā non acqret. Si unus retrogradus, alter directus, acqret partem. Si Mars in secūda uel decima bene dispositus fuerit, habebit fortunā ex ijs q̄ per ferrū fiunt, uel p ignē, uel cōmestitiōe, ut sunt tabernę, hospitatiōes, & similia. Si infortunatus, cōtrariū dicito.

Dominus octauę, fortuna in secūda, significat diuitias de substantijs mortuorū, inimicorū, atq; uxorū, & eo fortius si nō fuerit impeditus, uel si ibidē habuerit dignitatē. Si autē fuerit malus, significat diminutionē substantiæ, nisi ibi dignitatē habuerit. Si habuerit dignitatē ibi, & fuerit bene dispositus, ac boni esse, parū aut nihil nocēbit. Si uero ibidē dignitatē habuerit, fueritq; alius mali esse, significat ex toto destructionem substantiæ.

Fortuna fortunata & fortis, ac bene disposita, non impedita, significat quod ex illis rebus de significatis domus in qua ipsa est, natus lucrabitur & habebit fortunam in eis. Et in quacunque fuerit infortunata, significat contrarium.

Capricornus alicuius ascendens, significat quod natus exercitabitur in his quae spectant ad suum quastum, sed cum labore, & difficultate. Quod si Saturnus tunc bene dispositus fuerit, uel fuerit pars fortunae in secunda, erit fortunatus in his quae sunt secundae domus. Si fuerit male dispositus, ipse erit causa destructionis suae substantiae.

Geminis uel Sagittario ascendentibus, si fuerit dominus ascendentis illius bene dispositus, fortunatus atque fortis, & Luna similiter, significat quod acquirere multam substantiam, & erit tenax, & nunquam perdet substantiam suam, & erit auctor sibi comparando patrimonium.

Virgo aut Pisces ascendens & dominus ascendentis, & Luna bene dispositi, acquirere pecuniam, & expandet eam in bona parte, erit largus, uiuet splendide.

Nunquam erit pauper & inops, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter.

Valde diuites, qui diuitiis abundabunt, & qui magni sint nominis, sunt quibus dominus secundae domus fuerit in exaltatione, uel domo sua, applicans ad dominum ascendentis, maxime autem si fuerit Iupiter.

Largitas & splendor est a Sole & Ioue coniunctis in secunda domo.

Sol in Leone in quibuscunque diuisionibus figure, non permittit natum medicum esse.

Sellae fixae dant dona grandia, & subleuant homines de paupertate ad summas diuitias, magis etiam quam septem planetae, sed plerumque in malum earum dona finiuntur, hoc intellige si fuerint in gradu ascendentis, uel Medio caeli, uel cum luminaribus, uel parte fortunae.

Quando duo planetae ascendunt de die ante Solem, uel occidunt de nocte post Lunam, aut ascendunt post eam, si fuerint fortunati, significant dominum & ingentes diuitias.

Pars fortunae in domibus planetarum foelicium & in bono loco, si eam aspexerit dominus eius ex bono loco, & dignitate sua aliqua, sicut Luna recepta a domino secundae, abundantiam diuitiarum significat, & quod etiam plures per eum diuitabuntur. Si autem fuerit in cadentibus, aut loco extraneo & infortunato, miseriam & paupertatem significat.

Dominus secundae domus si ad dominum ascendentis iuerit, significat natum ex re inopinata diuitias adepturum, & bona ex parte lucrari si fortunantes uiderit. Si autem infortunantes aspexerit, per furta aut ex usuris esse lucrari significat.

Dominus primae si appropinquauerit domino secundae, natus sua industria lucrabitur, & in his adipiscendis intentus semper erit. Separatio uero domini ascendentis a domino secundae, significat natum de lucro non multum curare.

Si dominus secundae fortunatus fuerit, & dominus primae infortunatus, natus in inquirendo diuitias ignauus erit, attramen erit diues, sed ei non proderunt diuitiae, quous dominus secundae fortunatus fuerit, nisi Iouis aut Veneris testimonium haberit planeta receptor domini secundae domus, ac si bene dispositus sit, diuitias auget.

Si Iupiter dominus octauae domus, in secunda uel undecima fortunatus fuerit, natus habebit substantiam ratione mortuorum, Mars tamen uel Mercurius id bonum minuet, erit enim testamentum mendax.

Saturnus cum Ioue in nocturna genitura, significat substantiam ab auis uel parentibus.

Saturnus in octaua in die si non fuerit dominus octauae, significat substantiam multam in senio ratione mortuorum.

Fortunae si dominantur octauae, non aspicientes dominum ascendentis significat substantiam mortuorum, sed absque profectu.

Dammum in diuitiis nato eueniet per signum & domum in quod ceciderit aliquis significatorum diuitiarum infortunatus, fieri enim poterit quod quis habeat diuitias ab uno significatore, & sit fortunatus in rebus significatis ipsius

significatoris, & per locum eius, recipiet tamen damnum, uel infortunium ratione alterius rei. Vt exempli causa; Pono quòd dominus secundæ domus, esset Saturnus, fortis in angulo, in domicilio proprio, & aspiceret partem fortunæ ex trino in termino fortunæ, quoniam sic significaret diuitias multas. Sed si Venus domina secundæ domus, etiam domina partis fortunæ retrograda & infausta sit, significat quòd natus iste sic dispergeret, & comminueret acquisita, ut parum uel nihil ad suum transferret commodum. Sic etiam pars substantiæ in angulo septimæ domus salua, substantiam plurimam ratione mulierum, & inimicorum manifestorum adduceret, sed oppositio domini sui retrogradi, significat & huius dissipationem. Isto modo erit etiam agendum in alijs.

Si contingeret quòd unus ex significatoribus diuitiarum male esset dispositus, & caderet in quartam domum, in hoc casu iudicandum esset infortunium quartæ domus, quòd ira si contingeret, tunc considera essentiã, partem & dispositionem dicti infortunati significatoris, & secundum eius naturam in dicto signo & domo, infortunium illud pronuncia, & secundum naturam alterius significatoris, bene fortunati, dic bonum. Hæc omnia ita singulariter describere tædiosum foret, nam ea omnia sagax & perspicax intellectus bene distinguere, & componere potest.

Si aliquis malorum aspexerit significatore & ambo fuerint retrogradi, cadentes, & peregrini, in signis contrarijs naturæ ipsorum, erit natus in perpetuum medicus & pauper.

Pars fortunæ damnata in duodecima domo significat longam miseriam.

Significator diuitiarum, in septima a domo sua, uel in opposito domini ascendentes, non significat lucrum ex significatis illius domus, sed potius danum & expensas.

Si Scorpio in ascendente fuerit, natus non habebit fortunam in Ecclesia Romana, propter Cancrum, exaltationem Iouis, qui habet naturaliter significata in Clericos, qui erit tunc in nona domo. Nam Iupiter est inimicus Martis, qui est dominus ascendentes experimentum habes in genitura doctissimi M. Ioannis Regiomontani.

Octaua domus uel eius dominus impediti, significant quod natus damno, afficietur causa mortis alicuius mulieris, cuius dotem cogitetur restituere cum damno.

Si Gemini aut Virgo in ascendente fuerint, poterit amittere substantiam suam.

Si Aries, Scorpio, Capricornus, uel Aquarius, in aliqua natiuitate ascenderint, natus erit auarus, miserrimus, & horrendus. At si Iupiter tunc ascendens aspexerit, minuet de illa miseria, non tamen tollet eam.

Duæ infortunæ in termino quartæ domus, uel si anguli natiuitatis fuerint signa mobilia, & Saturnus & Mars in eis, natus erit pauper, miser, & infortunatus, nisi contra operaretur Iupiter uel domini triplicitatis ascendentes.

Non congregabit pecuniam, nec thesaurizabit, nisi ille cuius ascendentes dominus, & dominus quartæ fuerit idem planeta, sicut non lucrabitur pecunias nec diuitias, nec uiuet splendide nisi cuius dominus ascendentes, & dominus Medij cœli fuerit idem planeta.

Auarus erit, qui ex infortunis, uel ex domibus infortunarum significatum habuerit suarum diuitiarum.

Non erit auarus qui ex Sole uel Luna significatum diuitiarum habuerit.

Auarus erit, qui habuerit Saturnum & Martem in septima uel duodecima coniunctos.

Luna in octaua, & dominus ascendentes in ascendente, uel in secunda uel in duodecima retrogradus, non habebit fortunam in ludo taxillorum.

Dominus secundæ in septima, & si septima fuerit Aries, Scorpio, Capricornus, uel Aquarius, inimici nati auferent ei bona sua, uel socij, uel amariæ suæ, uel uxor eius, nisi dominus ascendentes sit in trino, uel sextili, cum domino septimæ, uel in alijs etiam aspectibus cum receptione. Estque hoc experimentum certissimum.

Saturnus, Mars, & Sol, mali sunt in secunda, & peius erit domino secundæ domui combusto cum damnatione partis fortunæ, nam ostendunt pecuniarum profugationem & exilium, uel confiscationem bonorum, id expertum habeo sepius.

Gradus zodiaci qui cooritur cum Luna si fortunatus fuerit, significat bonum toto tempore uitæ.

Luna & Saturnus in duodecima domo in Aquario, uel eius triplicitate, & Sol in sexta, Iupiter in octaua, significant incomoda paupertatis.

Venus in Medio cœli in trino Iouis, uel illi iuncta, remota à malorū aspectu, adducet diuitias fœminarū causa, uel ex operibus fœmineis, uel ex musica.

Si fuerint Venus, Luna, & Caput in quarta, natus erit Astrologus, & inde multam substantiam congregabit.

Si fuerit dominus undecimæ in ascendente, & dominus duodecimæ in septima, natus erit in pueritia diues, & in senio pauper. Si dominus huius fuerit in septima, & dominus duodecimæ in ascendente, dic contrarium.

Dominus secundæ combustus, & dominus partis fortunæ male dispositus, extremam paupertatem indicant.

Dominus secundæ domus in opposito uel quadrato ascendentis, si se non receperint, aut quod sint contrarij in naturis, natus erit destructor suæ substantiæ. Si autem aspexerint se cum receptione, & nō sint naturæ contrariæ, natus erit parcus diligens in acquisitione pecuniarum, sed non erit alicui utilitas ex ipsius substantia.

Si dominus secundæ in aliquo signo est, quod in angulo sit, ipse tamē ab angulis cadens, natus habebit famam ꝓ diues sit, sed ipse profundet eas, & erit pauper.

Dominus ascendentis bene fortunatus, & dominus secundæ male, significat paucas diuitias, & erit anxius in illis adipiscendis.

Pars fortunæ in sexta uel duodecima, significat substantiæ dissipatorem, uel turpem ægritudinem, propter quam fugiet à loco suo.

Dñs ascēdētis in secūda domo infortunatus, destruet ꝓprio uelle substantiā suā. Si uero ibi sit planeta infortunatus, q nō sit dñs ascēdētis eripiet ei ꝓ furtū uel ꝓ uim

Virgo ascēdēs & Mercurius boni esse, uel saltē non infortunatus, significat natum fortunatū in medicinis. Sed in lucro & solario causa medicinæ infortunatū.

Si Sol dominus tertie cōbuserit dominū secundæ domus, aut partē substantiæ natus perdet substantiā occasione fratrū & soluet pro eis amissiones & damna multa

Luna cum Marte in tertia domo, significat natum lucri cupidum, alieni audum, malumꝓ & illatorem iniuriarum.

Si fuerit Luna in undecima in die, natus nō habebit qcqꝓ de substantiā parētū.

Dominus secundæ domus in ascendente, uel si dominus secundæ domus deerit, uim suam domino ascendentis, & non sit cadens, significat lucrum absqꝓ labore. Si e contra, dic contrarium.

Iupiter in radice angularis, uel in honore suo, uel si uim habuerit in ascēdēte, uel aspexerit partem fortunæ, uel sit dominus domus Solis in die, uel dominus domus Lunæ in nocte, non deerit nato census in uita sua.

Si dominus ascēdētis aspiciat dominū substantiæ, uel suam domum, uel partē fortunæ inimico aspectu, destruet substantiam manu sua propria.

Si Saturnus inueniatur in quarta domo in domicilio uel exaltatione Iouis, natus inueniet res subterraneas, seperabit se à parentibus, habebit Azemenā, uidebit mortē filiorū suorū. Et si Venus & Mercurius aspiciūt eū, abscindētur ei genitalia.

Saturnus fortunatus, aspiciens dominum ascendentis benigne, & magis cum fuerit dominus quartæ, res paternæ ad natum hæreditate redibunt.

Saturnus in die in q̄rta domo, significat natū regia largitiōe patrimoniū adepturū aut fore regis thesaurariū. Si aut ibi in nocte fuerit, significat patrimoniū amissionē.

Luna in quarta, si non fuerit in dignitatibus Iouis, & infortunæ eam uiderint, patrimoniū amissionem, & magnum nato infortunium decernit.

Dominus secundæ domus fortunatus multis modis, & si multi planetæ applicent ei dantes ipsi uim suam, natus lucrabitur multum ex diuersis partibus secundum

dum naturam locorum, ex quibus fiunt applicationes in mundo & figura.

Planeta primo intrans locum Lunæ in nocturnis, aut locum Solis in diurnis dabit qualitatem finis in diuitijs & paupertate.

Si dominus ascendens separatur à domino secundæ, natus non laborabit uehementer pro diuitijs, sed expectabit quiete quicquid sibi offeretur.

Dominus secundæ separatus à domino ascendens, significat quod natus multum sollicitus, erit pro diuitijs, uix tamen habebit integrum quod petit aut sperat.

Dominus ascendens si applicat domino secundæ retrogrado danti ei uim suam, natus laborabit multum, sed quando uenietur quasi ad articulum lucri, intercipietur ei cum molestia.

Si dominus ascendens retrogradus applicat dño secundæ, reddēs ei uim suā, nato aperientur multæ uiaē lucrādi, uerū propter segniciem suā, nō cōsequetur aliqd.

Dominus secundæ in loco cooperto, significat multas diuitias, maxime si fuerit Iupiter. Si autem fuerit Saturnus uel Mars, significabit magnā quidem substantiam, sed laboribus & pœnis acquirendam.

Si natus habiturus est diuitias, & dominus secundæ fuerit in ascendente, habebit in infantia; Si in Medio cœli in adolescentia; in septima, in senectute.

Non proficiet nato substantia propter fortitudinem domini secundæ, nisi Iupiter aut Venus testificentur, testimonium autem Iouis, significat consumptionem diuitiarum in rebus honestis ac eleemosinis. Veneris uero in uoluptatibus.

Si deest aspectus Iouis uel Veneris, natus congregabit substantiam, nec sibi proderit in hoc seculo, neq; futuro.

Si propter cōplexionem domini ascendens, & domini secundæ, significatur diuitiæ. Et dominus ascendens fuerit fortis, dominus autem secundæ debilis, natus multū fatigabitur quærendo, tamen nihil aut parū lucrabitur, & econtra. Si dominus ascendens fuerit debilis, dominus autem secundæ fortis, natus quamuis piger, habiturus est multas opes.

Caput in secūda discedens ad ascendens, dat nato diuitias cum profectu à dominis & regibus. Cauda contrarium.

Non erit pauper, in cuius natiuitate Iupiter habuerit aliquod testimonium.

Sol in diurna, & Luna in nocturna in domo fortunæ, & maxime Iouis, Ioue in bono loco, & statu ab ascendente, domino secundæ saluo ab infortunis existēte, dabit nato diuitias magnas, & statum altum.

Si Mars fuerit dominus ascendens, & dominus partis fortunæ, cadens in domum substantiæ, absq; aspectu fortunæ, natus dissipabit substantiam paternam. Occasio autem dissipationis scietur ex natura domini illius signi. Venus enim faciet eam deperdi in cantu, luxuria, mulieribus &c.

Mercurius in ascendente in signo fœminino, dabit nato lucrum.

Saturnus in nocturna natiuitate in ascendente, & gradu suo, significat quod natus lucrabitur in uilitate substantiam, & uilipendetur propter eam.

Dñs ascēdēns in duodecima, dat miseriam, nisi aspectus fortunarū id minuat.

Dominus signi cōiunctionis uel oppositionis præcedens natiuitatem, si in secunda domo fuerit, natus erit infortunatus in substantia acquirenda.

Si Iupiter aspicit secundam aut dominum eius, habebit adiutorium ab hominibus, unde non sperabat.

Pars mercaturæ die & nocte à Saturno in Mercurium, & proicitur ab ascendente, quæ si fuerit fortunata, & in domo substantiæ, uel dominus eius habens dignitatem in domo substantiæ, natus lucrabitur ex mercatura.

Si sint luminaria in angulis, & applicent planetis in angulis, natus permanebit in diuitijs, ut genitus est. Si uero luminaria in angulis fuerint, & applicent planetis cadentibus, natus inminuet substantiā progenitorū. Quod si luminaria cadāt, et applicēt planetis in angulis, natus ex humili loco ad altū extolletur.

¶ Per quem modum diuitiæ nati acquirendæ sint explorare.



ONSIDERA significatorem diuitiarū, uel significatores si plures sint, in quibus domibus figuræ sint, nam secundum naturam domus, iudicabis nato diuitias.

Si per directionē huius significatoris diuitias certo anno inuenieris, uide in quam domum promissor ceciderit. Nam lucrum ueniet etiā ratione domus, in quam promissor ceciderit. Sed quia multi sunt significatores & partes cœli, quæ diuitias promittunt, & ipsarum malæ dispositiones in fortunium in eis: omnes prædictos uidere oportet, in quibus domibus inueniantur & secundum res significatas per illas domus, damnū uel amissionē lucri, uel etiā acquisitionē & fortunū iudicare poteris, & dicere in quibus rebus natus fortunatus, uel infortunatus fiet. Si contingeret quod aliquis ex prædictis significatoribus esset fortunatus in aliqua domo, & etiam aliqui infortunati ibidē, tunc cōsidera hoc bene, & dic nato lucrū per modum & naturā significati fortunarū, & damnū per dictam domum, secundum naturā & modū significati infortunarū, nam aliquando lucrabitur natus de una re, & perdet per aliā rem. Quare hæc per industriā tuā bene examinabis. Perpende & planetas fortunatos uel infortunatos, per corpus uel per aspectū significatoribus prædictis cōmixtos, in quibus domibus figuræ & locis signorū sint, & iudica nato augmentū uel diminutionē lucri, & hoc secundum naturā domus in quā ceciderit, & per modū significatū per ipsorū loca. Nam si significator qui lucra promittit, fuerit in prima domo fortunatus, maxime receptus à domino ascendens, uel à planeta, qui habeat plures dignitates in ascendente, significat quod natus de leui lucrabitur, ratiōe suæ industriæ & laboris. Si uero infortunatus fuerit nō receptus, significat damnū in hoc, & quod fiet infortunatus in rebus percuratis sua industria & labore. In secūda fortunatus, & maxime receptus, habebit lucrū ratione mercationis, & ratiōe suarū pecuniarū, uel secundū naturā rei significatę per secūdā domū. Si infortunatus fuerit, damnū & infortunū in dictis rebus. In tertiā, accret lucrū ratiōe significatoris tertię domus, ratiōe fratrum, sororum uel cōsanguineorū, uel ratiōe rei ecclesiasticę, & his similibus. Si infortunatus ibidē fuerit, damnū ratiōe eiusdē incurret. In quarta fortunatus, ueniet lucrū ratione parentū uel prædecessorū, uel ratiōe culturę terrestris, plātatiōe arborū, uinearū, edificationis domorū, uel inueniet thesaurū &c. Si fuerit infortunatus, dic cōtrariū. In quinta fortunatus, habebit utilitatē ratiōe filiorū, uel donationū, uel ratiōe tabernarū &c. Si infortunatus fuerit significat cōtrariū. In sexta fortunatus, nō cōsiderat infortunū ratiōe domus. Sed si fuerit in aliq̄ suarū dignitatū de maioribus directus ac receptus, & saluus ab alijs impedimētis, lucrabit ratiōe seuorū & ancillarū, uel ratiōe animalium paruorū, uel ratiōe incarceratorū &c. Si infortunatus, dic oppositū. In septima fortunatus, accipiet lucrū ratiōe uxoris uel mulierū, uel ratiōe participatiōis sociorū, uel tumultuū uel litū &c. Si infortunatus, significat infortunū in dictis rebus. In octaua fortunatus significat utilitatē, & lucrū ratiōe mulierū, uel ratiōe diuitiarū ex mortuis. Si infortunatus ibi fuerit, dic cōtrariū. In nona fortunatus, lucrabitur ratiōe rerū ecclesiasticarum, uel ratiōe longorū itinerū, quod mercatū ibit ad lōginquas ptes. Si fuerit infortunatus, significat quod expēdet, & damnū recipiet, ratiōe lōgarū uiarū, uel ratiōe rerum ecclesiasticarū. In decima fortunatus, lucrū ac diuitias à regibus & dominis, uel quia erit rector ciuitatum uel castrorū. Si fuerit infortunatus, dic cōtrariū. In undecima fortunatus, diuitias & lucrum ratione suorum amicorū, uel ratiōe Baronum & cōsiliatorum regis &c. Si infortunatus, dic infortunium eadem ratione. In duodecima fortunatus, intelligendo eius fortunū, sicut dictum est de sexta, significat, quod natus habebit utilitatē ratiōe inimicorū, maxime occultorū, uel ratiōe magnorū animalū, equorū, boū, camelorū &c. Si infortunatus ibidē, dic damnū ratiōe prædictorum.



¶ An licite uel illicite diuitię nato uenturæ sint.

ONSIDERA significatorem diuitiarū, quod si fuerit Saturnus bene dispositus ac fortunatus, natus iuste & meditato animo eas accret, sed tamē cum

cum aliqua fraude & mendacio. Si infortunatus fuerit, acquirere illas illicite. Si significator diuitiarum fuerit in domibus Saturni, acquirere eas ratione languorum, & angustiarum, & rerum antiquarum, cum prodicione, & animo maligno, uel ratione rusticorum, seruorum, ancillarum, uel hominum propectæ ætatis, & uilium personarum.

Si Iupiter significator diuitiarum nati fuerit bene dispositus, acquirere eas iuste cum omni æquitate & rectitudine. Si infortunatus fuerit, diminuas & remittas secundum maliciam eius. Significator diuitiarum in loco Iouis, acquirere diuitias ratione rerum iustarum, & Ecclesiasticarum, & ex omnibus rebus in quibus est honestas & religio, & habebit eas ratione nobilium, & suorum maiorum, uel ratione sapientum, iudicum, Episcoporum, & cum his erit conuersatio nati.

Mars fortunatus significator diuitiarum, significat natum eas acquiriturum quodammodo licite, tamen cum permixtione fraudis & depredationis diminute. Si infortunatus, non licite, sed iniuste, ac maligne eas habebit. Si dictus significator fuerit in domibus Martis, diuitias acquirere ratione depredationis, seditionis, atque litium, uel ratione furti, uel rapinæ.

Sol significator, bene dispositus, licite cum magno ac famoso modo habebit. Si infortunatus, illicite, & hoc erit palam, nec multum curabit de populo, qui ea ratione eum uituperabit. Si dictus significator in loco Solis fuerit, habebit diuitias ratione regni, aut alicuius potestatis.

Venus significatrix diuitiarum fortunata, acquirere substantiam iuste, ac amabili modo, animo benigno, & blandissimis uerbis. Si infortunata, totum corrumpitur. Si dicta significatio fuerit ex domibus Veneris, ratione dominarum, uel ex Musica diuitias natus cumulabit, uel ludendo, uel tenendo hospitia & tabernas, in quibus opera Veneris exercentur.

Mercurius significator diuitiarum bene dispositus, natus licite ac animo subtili & industrio diuitias acquirere. Si infortunatus fuerit, illicite, cum multis uis mendosis acquirere. Si dicta significatio fuerit in domibus Mercurij, acquirere substantiam ratione scripturæ & scientiarum, uel ex mercatura, pictura, uel Geometria.

Luna significatrix diuitiarum fortunata, licite ac iuste, cum animo claro acquirere. Si infortunata fuerit, oppositum dicere. Si dicta significatio fuerit in locis Lunæ, acquirere substantiam ratione itinerum & mutationum, & ex rebus, in quibus est subita mutatio, ut nautica &c.

¶ Tempus diuitiarum colligere.



DIRIGE significatorem diuitiarum ad bonos & eorum radios, sed pro amissione earum, ad malos & eorum radios. Quod si talis significatio diuitiarum fuerit accepta à secunda domo, uide dominos triplicitatis secundæ domus, & primo primum. Quod si primus bene dispositus fuerit, & fuerit directio significatoris diuitiarum ad fortunas, uel illorum radios in prima tertia uitæ, augebuntur diuitiæ plus solito in prima tertia uitæ cum minori labore, dummodo talis directio fuerit ex coniunctione uel aspectu bonorum, maxime ex receptione, siue significator fuerit orientalis siue occidentalis in figura.

Si dictus dominus triplicitatis infortunatus fuerit, minuit de bonitate dicti significati, nec ita leuiter ueniet prædictum significatum. Si uero directio significatoris fuerit ad corpus, uel aspectum mali, & ceciderit ad primam tertiam uitæ, & primus dominus triplicitatis secundæ fuerit infortunatus, iudica infortunium diuitiarum grauius. Si autem fuerit bene dispositus, mitigat infortunium in prima tertia uitæ.


Significatione diuitiarum sumpta à parte fortunæ. Fac directionem eius ad corpora

corpora, uel ad radios fortunarum uel infortunarum. Deinde uide dominos triplicitatis partis fortunæ, & quicumq; eorum habuerit tempus directionis &c. ut supra dictum est, iudica secundum dispositionem eius, quemadmodū dixi. Sic age quoq; in cæteris. Considera etiam locum significatoris diuitiarum, an orientalis uel occidentalis fuerit in figura, etiam dominos triplicitatis luminaris conditionarij, an orientales uel occidentales sint, omnia permiscendo, continue tamen reseruando significatum temporis directionis significatorum diuitias decernentium.

Notandum quod de diuitijs non erit completum iudicium, nisi prius etiam uideris significatum Medij cœli, nam & illud propter significationem magistratorum, posset dare diuitias uel paupertatem.

Considera etiam originem nati, nam constellatio, quæ filio mercatoris donat diuitias remissas: filio sutoris, uel hominis ociosi nullas daret. Sed hoc prouenit propter diuersitatem passorum.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Multas nato diuitias promittunt luminare temporis in exaltatione sua in angulo, Saturnus Almuten secundæ in angulo fortis, in domo sua aspiciens partem fortunæ ex trino in termino fortunæ.

Conclusio secunda. Diuitiæ suæ in prima tertia uitæ, auctiores erunt quàm in alijs duabus. Nam Saturnus orientalis est, & tres domini triplicitatis secundæ domus, hanc habent habitudinem.

Conclusio tertia. Plurimum tamen disperget, atq; acquisita comminuet, quoniam Venus domina secundæ domus, & domina partis fortunæ, retrograda & infausta est.

Conclusio quarta. Substantia & lucrum eius erit ratione parentum, seu maiorum suorum, atq; in rebus occultis, secretis, & uetustis, reliquisq; significatis quartæ domus, id confirmatur ex Saturno in domo quarta, & Ioue domino quartæ in ascendente.

M

Conclu

Conclusio quinta. Item ratione mulierum & inimicorum manifestorum & bellorum, atq; dominij sui & regni, habebit opes & principatus, id colligitur à Sole domino triplicitatis sui loci in septima, ubi etiam domino Medij coeli applicat, & à Ioue domino septimæ in ascendente.

Conclusio sexta. Iuste & licite fiet earum acquisitio, animoq; meditato, & cum aliqua etiam astutia. Nam Saturnus & luminare temporis fortes, & bene dispositi reperiuntur.

Conclusio septima. Damnum aliquod sentiet in rebus quæ per hereditatem ad eum deuenient, minatur hoc quadratus Saturni ad Solem.

Conclusio octaua. Damnum in diuitijs sentiet, nam Almuten secundæ domus in quarta in suo domicilio aspiciens partem fortunæ trino, in termino Veneris significat quidem diuitias multas; Sed eo quòd Venus domina secundæ domus etiam domina partis fortunæ est retrograda & infausta, significat quòd natus iterum disperget & comminuet acquisita.

Conclusio nona. Participationem & commixtionem suarum rerum cum rebus sociorum, & quòd in pollicitis firmus fiat in dando & accipiendo iustus; arguitur ex Luna tertia domina triplicitatis septimæ salua, licet in casu suo &c.

CAPVT DECIMVM.

De honore ac dignitate nati.



M luminaria in signis masculinis & aptis locis extiterint, ut in angulis, aut in alijs locis cõuenientibus, præcipue illud, quod dominij temporis obtinuerit, & quinque stellæ erraticæ luminaria circumdederint, sic ut circumdantes Solem matutinales, Lunam uero ambientes uespertinales sint, natum Regem fore significabunt. At si stellæ quæ circumdederint luminaria fuerint in angulis, uel si societatem habuerint in figura cum gradu decimæ & ascendens, natus erit potentissimus, & rex mundi, & si planetæ adiuuantes luminaria fuerint fortes, & stellæ fixæ etiam cum luminaribus, maxime cum luminari temporis in eodem positionis circulo iaceant, quæ sint de natura fortunarum, fortuna & potentia nati multum augmentabitur. Si autem unum luminare in angulis fuerit, & aliud extra angulos inuentum fuerit, & ea erraticæ stellæ circumdederint modo prædicto, fueritq; Sol in signo masculino, & Luna in foeminino, decernunt nato imperium in populares iudicando homines, puniendo & incarcerando, licet ex uili progenie procedat. Quod si cum hoc stellæ luminaribus testificantes, non fuerint in angulis, nec testificentur eis per aspectum amicum, natus solū erit gubernator uillæ uel ciuitatis, uel exactor tributorum. At si Sol & Luna non fuerint in angulis, sed planetæ circumdantes luminaria fuerint in angulis, uel cum eis societatem habuerint, natus erit mediocris honoris in gubernando uillas. Si nec luminaria, nec stellæ circumdantes luminaria fuerint in angulis, nec eos aspexerit, natus miser erit paruæ fortunæ. Cum autem luminaria nec in signis masculinis, nec in angulis fuerint, nec ipsa luminaria fortunæ circumdederint, natus erit in extrema miseria, & in foelicissimus.

Cum luminaria in signis masculinis, & in angulis & fortunæ circumdantes ea, fuerint de Hayz eorum, natus in ualetudine amplius durabit.

Si autem planetæ circumdantes luminaria de contrario Hayz fuerint, aut in fortunæ ea circumdederint, eius ualetudo debilis apparebit, & leuiter transibit. Valetudo autem & status honoris cognoscitur à planeta circumdante luminaria, q̄ fuerit maioris

maioris fortitudinis & dignitatis præ ceteris. Quòd si Saturnus fuerit dispositio-
 locorum luminarium, natus multas hereditates habebit, & in congregatione pecu-
 niarum perseverabit. Sed si Iupiter cum Venere dispositores fuerint, erit eius for-
 titudo in iocunditatibus, & donationibus, atq; dignitatibus, ac magnanimitate.
 Si uero Mars fuerit dispositio, habebit successum in uictorijs, & suorum subdito-
 rum timore. At si Mercurius gubernator fuerit, erit in multis rebus perspicuus, ac
 scientijs, ac doctrinis aptus. Hæc Ptolomæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Pro hono- re & digni- tate consi- dera	{	Decimam domum.
		Dominum eius.
		Partem regni.
		Dominum eius.
		Almuten significatorum regni.
		Tres dominos triplicitatis decimæ domus.
		Tertium dominum triplicitatis octauæ domus.
Secundum dominum triplitatis undecimæ domus.		
Secundum dominum triplicitatis primæ domus.		

Almuten significato- rum regni sumiur a	{	Decima domo	}	Almuten illorum locorum est significator regni uni- uersalis.
		Domino eius		
		Parte regni		
		Domino eius		
		Sole.		



SI in gradu ascendenti, uel decimæ, uel de die cum Sole in eodem
 gradu, uel de nocte cum Luna in eodem gradu stellam aliquam fix-
 am, naturæ bonorum planetarum primæ aut secundæ magnitudinis,
 in uno, duobus, aut tribus iam dictis locis inueneris, si natus est regniæ
 stirpis, aut talis ut possit fieri rex, dic eum consecuturum ingens & amplum regnū.
 Sin autem neq; regniæ stirpis est, neq; eius conditionis ut possit rex fieri, habebunt
 tamen eius iussa, atq; mandata, eandem uim, quam regis imperata, nemo eius man-
 data transgrediatur, perueniet ad maximam exaltationem, & fœlicissimus ac for-
 tunatissimus erit

Sol in diurna genitura in sua exaltatione, & Luna in nocturna in sua exalta-
 tione, in ascendente, uel Medio cœlo, si ascendens est signum regium, & dominus
 eius signi in ascendente, uel Medio cœlo, designat nato regnum, si est regij stem-
 matis, quòd si non est regij stemmatis, erit tamen similis regi, aut dux, & autor in
 consilijs regum.

Cum Sol in diurna genitura & Luna in nocturna reperiuntur, tantum in gra-
 dibus suarum exaltationum, significatur nato regnum, aut magna exaltatio.

Item cum alterum, uel utrumq; luminare in sua exaltatione applicat domino
 ascendenti, & dominus ascendenti est orientalis in angulo, significatur regnum,
 aut simile aliquid.

Item si dominus Medij cœli applicat coniunctione domino ascendenti, &
 ambo orientales sint in angulis, in suis exaltationibus, significatur regnum aut si-
 mile quid.

Si omnes planetæ applicant Ioui, & Iupiter est in Medio cœli orientalis, re-
 gnum significat. Similiter si omnes reliqui planetæ sunt in Medio cœli orientales,
 M 2 est signum

est signum regni, præcipue si maxima pars eorum in suis exaltationibus, aut alijs magnis dignitatibus sit.

Sol in Medio cœli receptus, & Luna in eius trino uel sextili, regnum significat.

Si fuerit signum Medi cœli Leo, Ariès, uel Sagittarius, & maxime Ariès, uel Leo, & Sol in eo, & pars regis in aspectu fortunarum, natus erit absq; dubio rex. Similiter quando pars fortunæ fortunata fuerit à radijs liberata.

A signo decimæ domus & domino eius, ac Sole in diurnis, accipitur significatio regia in nocturnis à Saturno.

Planetæ altiōres, dant regna & principatus. Inferiores autem officia, ut colligere redditus regum, & similia.

Quicumq; habuerit Solem, uel partem regis, uel partem fortunæ, aut dominū triplicitatis Solis in natiuitate diurna, uel Lunę in nocturna in Medio cœli, perueniet ad regnum, dominium, & altum gradum, & erit dominium illud secundum posse illius planetæ, & illius partis, & secundum fortunas & infortunas eorum, & secundum quod receperint dominum ascendentis, uel eum abhorruerint.

Gradus Medi cœli si fuerit Solis exaltatio, uel Iouis, nomen huius nati expandetur per uniuersum orbem.

Multum potens erit, in cuius natiuitate Sol fuerit in decima in signo igneo, & Luna in trino eius sinistro.

Si duo planetæ ascenderint ante Solem, aut in nocte occiderint post Lunam, aut post eam ascendant, sintq; fortunati, regnum aut dominium nato pollicentur.

In natali Regum, si in ascendente sit signum igneum, & in decima aereum, quicquid suscipient, summa celeritate perficient, & cito se uindicabunt.

Dominus ascendentis in bono loco, & in terminis fortunarum, si dominus eius termini illi iungatur aspectu aliquo, sitq; boni esse, dabit nato regnum & probitatem.

Si dominus ascendētis & Luna in angulo, & uterq; iunctus planetis angularibus, uel dominis angulorum fuerit, is qui tali nascetur stellarum positu, erit rex potens, uel illi similis.

Sol, Luna, & dominus ascendentis, & angulorum domini in angulis, si malis planetis iungantur, & cadentibus, & ipsi mali sint domini domorum cadentium, erunt quidem reges, uel his proximi, sed misere dominium perdent.

Sol cum Mercurio in ascendente, reges aut ualde potentes ostendit. Per noctem uero, patrem indicat fuisse degenerem.

Si Virgo fuerit ascendens, acquirat regnum ex sua industria, uel etiam magisterium sine magno labore. Si tunc Mercurius fuerit coniunctus parti fortunæ in ascendente, natus acquirat dignitates similes regno. Quod si Mercurius in decima cum parte regni, & alijs bene dispositus, fortunatus, atq; fortis fuerit, acquirat regnum absq; dubio, uel dignitatem magnam. Si sic pars fortunæ esset in decima cum Luna, fieret rex magnus infallibiliter.

Si Almuten ascendentis in ascendente fuerit, honorabitur in patria sua.

Si Pisces in ascendente fuerint, & Iupiter bene dispositus, natus erit causa sui regni, habebitq; bonum ex proprio magisterio.

Utrumq; luminare in sua exaltatione, in suo dominio liberū ab infortunis, erit natus totius mūdi rex, & semē eius hereditabit terrā, obtinebitq; multo tempore

Ascendens alicuius natiuitatis, si fuerit Medium cœli mundi, fueritq; signum mobile Ariès uel Cancer, & ille gradus, qui fuerit in linea Medi cœli fuerit idem gradus, in quo est exaltatio Solis uel Iouis, expandetur nomē eius p uniuersam terrā.

In cuiuscunq; natiuitate Iupiter receptor fortitudinum omnium planetarum fuerit

fuerit, & ipse commēdauerit eas & suam Saturno, fueritq̄ receptus ab eo, & uterq̄ orientalis & ascendens in angulo, erit natus magnus & potens in hoc seculo, & boni esse, & surget nomen eius in orbe.

Si pars regis siue regni in altera domorum Martis extiterit, in bono aspectu Martis, & ambo in fortibus locis, & altis in aspectu Solis, & pars fortunæ salua ac fortunata, natus erit dux exercituum, foelix in operibus suis, uirtute, & uictoria præstans. Et si prædicta fuerint contraria, erit miles gregarius.

Iupiter fortunatus, si in Medio cœli aspicit partem regis in bono loco existentem, & receptā à domino domus suæ, & pars fortunæ similiter in bono loco aspecta à domino domus suæ, & non desit aspectus Solis, natus erit iudex sapiens, adde uel prælatus magnus.

Iupiter in Medio cœli existens, si ibi habuerit aliquam dignitatem non aspiciente Sole, aut aspiciente ex quadrato uel opposito, natus seipsum faciet dominum, & imperabit genti, ex parte religionis.

Dominus ascendens si applicat planetæ existenti in exaltatione sua, natus adhærebit regibus. Si planetæ existenti in domo sua, erit laudatus & honoratus in sua domo, & terra. Idem iudicabis per applicationem Lunæ ad planetam existentē in exaltatione sua uel domo.

Luna separata à coniunctione alicuius planetæ, applicans planetæ existenti in exaltatione sua, uel in Medio cœli pollicetur dignitatem.

Orientalis à Sole mane apparentes, aut occidentales à Luna, regnum dant.

Iupiter & Venus in exaltationibus suis in decima domo, à parte fortunæ, aut ipsa pars in Medio cœli ab ascendente, & dominus partis Iupiter uel Venus, & ipsi si in aliqua dignitate sua in ascendente, promittunt regnum.

Quatuor fortunæ in angulis, regnum significant.

Sol in signo regali in Medio cœli receptus à Luna in triplicitate eius, regnum nato promittit.

Quando omnes planetæ applicant Ioui, & Iupiter per conuenientiam dederit unum suam Saturno orientali fortunato recepto, natus regnum magnum habebit.

Dodecatemorion unius luminaris, cadens in domum alterius, dat bonum statum & honores.

Dodecatemorion Saturni in domicilio Iouis, dat officium iudicis.

Dodecatemorion Solis uel Lunæ in decima domo, tantum operantur in cuiuscunq̄ natali, quantum si ipsa ibidem essent luminaria.

Dominus decimæ, si domino primæ applicuerit, natus erit homo, cuius rex indigebit, ac si sit inter eos receptio, erit procurator regis, & rerum eius.

Dominus primæ si applicuerit domino decimæ, natus ibi suo studio & labore ad seruitia regis.

Dominus Medij cœli si fuerit separatus à domino primæ, natus erit cum regibus infortunatus.

Dominus primæ si fuerit separatus à domino decimæ, natus adhærebit regibus, sed erit timidus, & propterea dimittet officium quod habuerit.

Dominus primæ in decima in aliqua suarum dignitatum, exaltatione, triplicitate, domo, uel termino, si Sol eum aspexerit ex bono & forti loco, & pars regni, & pars fortunæ ambæ fuerint in bonis locis, & fortibus, natus habebit dignitatem & dominium in terra sua, & si tale signum fuerit fixū, nec infortunantes aspexerint, obtinebit illud dominium toto tempore uitæ suæ.

Pars regni uel decimæ domus, uel unus eorum si fuerit in prima domo, natus dominabitur prouinciæ, in qua natus fuerit in iuuentute. Et si hoc fuerit in Medio cœli, erit in medio suæ ætatis. Si in septima uel quarta, in senectute.

Ambæ fortunæ fortes in bonis significatiōibus, & infortunæ nullius uirtutis, natus talis erit dum uixerit fortunatus.

Domini ascendenti à Sole receptus, uel à domino Medij cœli, significat natum laudari & honorari à Regibus, & ab eis obtinere dominium.

Generalis regula in adeptione domini, est ut aspicias ad signum domus decimæ, & ad eius dominum, & ad Solem in die, & in nocte ad Saturnum, & quis eorū sit potentior in figura, id est, qui fuerit dominator inter eos, Qui si fuerit in domo sua, & inter ipsum & ascendenti dominum aliqua fuerit applicatio, commixtio, & conuenientia, significat quod natus habebit bonum à Rege. Et si nulla commixtio fuerit inter eos, natus erit separatus à rege, nec lucrabitur regis numen aliquod.

Quando dominus primæ alicui applicat luminari, uel luminare ipsi, bonum à rege portendit, si fuerit receptio, Si non receptio fuerit, non multum ex rege lucrabitur.

Vide Planetam cui applicat dominus ascendenti, nam ab eo scies honorem & potentiam nati. Et similiter quis applicet illi. Vnde si fuerit applicatio eo existente in exaltatione sua, natus honorabitur & lucrabitur à regibus & nobilibus. Et si applicet planetæ existenti in domo sua, laudabitur ab hominibus suæ ciuitatis, & si militer de triplicitate & termino iudicando proportionaliter. Tamen si dominus huius domus fortis & fortunatus fuerit, in prima uel duodecima, dic natum honorari à Regibus, & inde bonum habiturum.

Saturnus in diurna genitura in Medio cœli potentior cæteris in figura, significat post tricesimum annum, natum illum à Regibus debere uenerari & honorari, & inde utilitatem assecuturum. In nocte uero contrarium operatur.

Mars in Medio cœli in natiuitate nocturna, significat natum à Regibus honorari. In die contrarium.

Mars dominus ascendenti in Medio cœli, præbet nato dignitatem atque potentiam, quibus cum aliorum iniuria & crudelitate utetur.

Luna cum Ioue ambo ad augem suam ascendentes, significant magnos & famosos.

Sol in Medio cœli cum Saturno in signo masculino orientalis, dat nato robur & posse magnum.

Luna in Tauro in Medio cœli uel in ascendente, & Sol in Leone in prima existeret, hos qui ita positos habuerit, ad magnam perueniet dignitatem.

Domini ascendenti, & Luna in ascendente, si ambo sese fortunantes stellas aspexerint, erit natus ille in potentia, ita quod nullus poterit sua mandata præterire.

Cum domini triplicitatis luminaris nocturni fuerint ab eo occidentales, & lumine aucti, erit nato magnæ foelicitatis inditium.

Cuicumque fuerit dominus ascendenti in dextro Solis, & supra ipsum eleuatus, id est, ductoriam habuerit, & iam perficiat suam orientalitatem, talis natus habebit Regum amicitias.

Sol Ioui coniunctus, uel in eius bono aspectu, gloriam, laudem, & potentissimæ dignitatis insignia largitur.

Iupiter & Mercurius in ascendente, claros & magni nominis uiros, & præfectos ciuitatibus demonstrant, natiuitate diurna existente. Si nocturna, facit procuratores, causas in foro agentes, aut aduocatos.

Si Venus in ascendente in sua dignitate fuerit, natus habebit dominium, & induet bonos pannos & nobiles, erit thesaurarius regum, sapiens & intelligens. Si Venus non fuerit in dignitate sua, sed in signo terreo uel aqueo, natus erit tinctor pannorum, uel pictor. Si fuerit in quadrupede, erit bestiarum custos uel ductor. Et si in signo duorum corporum, erit cocus, uel tabernarius.

Malus planeta in nona impeditus, ibidem carens dignitate, significat quod accusabitur & culpabitur cum & sine causa. Si uero fuerit fortuna ibidem impedita, & eo fortius si ibidem habuerit dignitatem, significat quod honorabitur & laudabitur cum, & sine causa.

Dominus Mediꝝ cœli si retrogradabitur ab Ictifal domini ascendenti, non recipietur natus à domino suo.

Cum dominus ascendenti & Luna fuerint in ascendente, & duæ fortunæ similiter aspexerint sese adinuicem, erit natus multum fortis & potens, nullusq; præteribit eius mandatum.

Dominus domus Solis, dominus domus Lunæ, dominus ascendenti orientales, in angulis aspicientes sese ex bonis locis trino uel sextili, significant fortunam & prosperitatem.

Sol in Medio cœli in signo igneo, & Luna in Tauro, cuius aspectus erit sinister, erit multum potens.

Sol in ascendente, & Luna in quarta, significat dominium.

Sol in ascendente, Medio cœli, uel nona domo bene dispositus, gloriam & excellentiam significat.

Tres planetæ fortes in triplicitate ignea, maxime Sol & duo superiores, faciunt natum gloriosum & excelsum.

Iupiter mittens Antiscium ad Medium cœli, significat magistratum, si foelix & saluus fuerit. Si autē Saturnus uel Mars id hostiliter aspiceret, inturbaret præsidium Iouis, & magistratus administrationem.

Si dominus quartæ domus in quarta fuerit, natus erit magnæ autoritatis, & boni nominis.

Si Saturnus in quarta solus fuerit in die, habebit potentiã à Rege, erit custos thesaurorum, homines cõfident in eo, deponendo apud eũ res suas. Si in nocte substantia patrum perdetur, fiet paralyticus. Et si in eius quadrato uel opposito fuerit Luna, habebit infirmitates in membris spiritualibus, & stomacho, & copulabitur feruæ.

Adunatio planetarum in quarta, significat famam perpetuam post mortem permanere in corrupto corpore.

CAPVT VNDECIMVM.

¶ De magisterio nati, & eius opere.



CONSIDERA primo quæ stella de sub radijs Solis egressa mane ante ortum Solis apparuerit, uel si quæ Medium cœli tenuerit, Ictifal cum Luna obtinens per aspectum. Quod si hæc duo, quæ prædicta sunt uni planetæ conueniant, eum solum obserua in magisterio nati. Quod si unum ex prædictis eueniat, sic quod nullus planetarum appareat mane ante orbem, id est, ortum Solis. Sed loco istius aliquis resideat in Medio cœli, aspectũ cū Luna habēs illum gubernatorem officij elige. Si autem unus mane apparuerit, & alter in Medio cœli locatus fuerit, Lunam aspiciens, uterq; eligendus est. Illum autem qui alterum uincit secundum multitudinem testimoniorum in loco Solis. Medio cœli, uel ascendenti præpone, & per utrosq; nati officium determinabis. Quod si mane ante ortum Solis planetam apparentem non inuenies, nec in Medio cœli gubernatorem, Mediꝝ cœli accipe. Is tamen natus in suis operibus, tardus efficietur, nec non in suis operationibus maiori in parte ociosus permanebit.

Secundo, cum inueneris officij gubernatorem, uoluerisq; certo scire, quale erit officium nati, attende planetam officiorũ, scilicet Martem, Venerem & Mercurium, nec non signa quæ occupant. Sed si planeta officij aliquam connexionem habuerit cum prædictis tribus, aut cum eorum aliquo, nati officium amplius certificabitur.

Tertio

DE MAGISTERIO NATI

Tertio uide quam uim quilibet trium planetarum scilicet Mars, Venus, Mercurius, in officio & magisterio obtinuerit, à Mercurio inchoando. Nam cum Mercurius auctor operis, & magisterij fuerit, natus erit doctor, computator, mercator, nummulator, rerum cognitor & inuētor, stellarumque uires iudicabit, & generaliter in librorum lectionibus, ac eorum expositionibus uersabitur. Si in dignitatibus suis, erit mercator dandi, & accipiendi, In dignitatibus Veneris, erit astrologus, sapiens in iudicijs astrologiæ. Quòd si Saturnus Mercurio testificetur, sic ut uel Saturnus sit dominus magisterij, & habeat conuenientiam cum Mercurio, uel econtra, erit natus alienarum rerum dispositor, & somniorum interpres, uel in domibus dei occasione alicuius notitiæ, seu de diuinatione quæ in eo erit, commorabitur. Quòd si Iupiter ei testificetur, erit natus auctor legis, sapiens, cum probis etiam hominibus conuersabitur.

Quarto, cum Venus auctoritatem habuerit in opere ac magisterio nati, natus adiungit se ad opera specierum, rerumque aromaticarum, & odoriferarum, seu ad picturas, ad pannorum tincturas uel texturas, uel ad mercaturam, rerum etiam odoriferarum, uti uim florum &c. Quòd si Venus testificetur Saturno, & fuerit in sua dignitate, erit eius mercatio in superfluitatibus, & mollitie, eritque deceptor & necromanticus. Quòd si ei testificetur Iupiter, natus erit aptus ad magnos honores, eritque magnus iudex, diuitiarumque affluent ex hereditate mulieris.

Quinto, cum Mars fuerit dominus officij, & habuerit aspectum cum Sole, natus erit incēsor ignis, & si Mars fuerit in bono statu, ut in bona domo erit fossor auri, uel aurifex. Et si in malo statu fuerit, erit incēsor furni, coquus uel balneator, & si non habuerit aspectum cum Sole, nati magisterium ferro tractabitur, ut naues componere, arare, arbores findere, &c. Et si fuerit Mars in dignitatibus Saturni, erit scutellator, uel coquus. In dignitatibus Mercurij uel Lunæ, erit incisor lapidum & architectus. Quòd si Mars testificetur Saturno, natus erit nauigator, natator, & in balneis aquam subministrabit hominibus, aut erit coquus uel pictor. At si Iupiter Marti testificetur, erit miles, ac pœnarum minister, decimator, uel hospes.

Sexto quæ magisteria & officia prædicta tres planetae discernent, dum mixtas sortiuntur naturas. Cum Venus fuerit cum Mercurio, & in officio magisterijque nati dominium obtinuerit, natus exercebit se in musica, & ludis, & cantilenarum inuentionibus, fiet compositor instrumentorum musicalium, maxime cum reperti fuerint Venus & Mercurius in conuenientibus locis, ut Venus in dignitatibus Mercurij, & Mercurius in dignitatibus Veneris, tunc enim natus erit uersificator, ioculator, iocosorum instrumentorum magister, & factor fidium, & pictor, desrisor, & incantationum inuentor. Quòd si eis scilicet Veneri & Mercurio testificetur Saturnus, natus mercabitur res quibus mulieres adornantur. Si Iupiter, natus erit computator, & semper in locis congregationum hominum, & circa portas regias commorabitur, docebitque pueros, & in rebus uulgi sollicitabitur.

Septimo, si Mars & Mercurius gubernatores fuerint, natus erit doctus in compositione imaginum, & armorum, eritque structor in rebus, quibus diuinæ domus utitur, & animalium imagines faciet, eritque luctator, medicus, chirurgus, maleficus, fornicator, & chartarum falsificator. Si Saturnus eis testificetur, erit natus interfector, & aliena uestimenta diripiet, eritque uiarum infestator, & in cauernis morabitur. At si Iupiter eis testificetur, bella diliget, armorum rector erit & procurator, & uersipellis, circa extranea sollicitus, lucra ex eis conquirens.

Octauo, Venus & Mars domini, natus erit tinctor, & specierum uenditor, auri argenti, ac plumbi magister erit, ac cum armis iocabitur, ac medica mina conficiet, & erit medicus, & agricola. Si Saturnus eis testificetur, ad immolandum animalia sollicitabitur, mortuos induet, & deflebit funera, & ad sepulchra cantabit. At si Iupiter eis testificetur, in domibus orationum semper demorabitur, & augur
exister

existet, & in foemellis maritandis sollicitabitur, eritq; delitiosus, & dissolutæ cogitationis.

Nono, considera quam proprietatem adferant signa gubernatoribus offitiorum, cum ea occupauerint. Cum enim gubernatores offitiorum fuerint in signis humanis, adiuuant hominem pro sapientia, & præfectione magisterij. In signis quadrupedibus, adiuuant in magisterio metallorum, ædificationum, atq; dolandi. In signis solstitialibus aut æquinoctialibus, adiuuant ad discendas uarias linguas, ac facere uarias translationes. Quare qui hos significatores magisterij habuerit, erit doctus in Geometria, & ductus aquarum de uno loco in alium traducet. In signis quarum figuræ feris assimulantur, adiuuant in magisterio quod in humiditate contingit, ut parare naues & uasa, in quibus humectantia ponuntur, omnibusq; rebus, quibus cibaria conduntur.

Decimo, cum Luna in magisterij offitio domina extiterit, & post coniunctionem ad Mercurium iuerit, in Tauro, Cancro, uel Capricorno, erit natus sapiens, & immolator, & obseruabit uasa aquarum. Si autem Luna fuerit in Sagittario, uel Piscibus, per mortuos diuinabit, & malignos etiam spiritus de loco ad locum moueri coget. Et si Luna fuerit in Scorpione, uel Virgine, erit Necromanticus, Astrologus, iudicabit occulta, & prædicet futura. Si Luna sic fuerit in Ariete, Leone, uel Libra erit propheta sapiens, & somniorum interpret.

Vndecimo, quam utilitatem natus adepturus sit in offitio suo, & an in eo permansurus sit uel non, pro his considera gubernatores offitiorum, qui si fuerint in dignitatibus suis fortes, & in angulis non impediti, & si fortunæ fuerint uel in dignitatibus fortunarum, erit offitium nati fixum, commendabile, cum magno profectu, & augmentatione famæ. Sed si infortunæ dominium obtinuerint, erunt nati offitia diuersa, despecta, & damnosa, in quibus sepe numero decipietur. Quod si Saturnus impeditor fuerit, accidēt prædicta impedimēta ex pigritia nati. Si Mars impeditor fuerit, accidēt impedimētum in timore, & fama mala. Si ambo Saturnus & Mars fuerint impeditores, euenient mala in uita sua, generaliter autem prædictorum incrementa & detrimenta dinoscuntur ex commixtione stellarum adinuicem, secundum situm, fortitudinemq; earum, in figura cœli, necnon habitudine, si matutinales, uel uespertinales extiterint. Hæc Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Pro magisterio & opere nati considera	}	Decimam domum.
		Dominum eius.
		Dominum magisterij.
		Venerem.
		Mercurium.
		Martem.
		Almuten significatorum operis & magisterij.
Partem operis & magisterij.		
Primum dominum triplicitatis decimæ domus.		



SIGNIFICATOR magisterij is est, qui in ascendente, uel Medio cœli orientalis à Sole inuentus fuerit, & occidentalis à Luna. Item is cui Luna applicat post conuersionem, uel oppositionem præcedentem natiuitatem, de die, & in nocturna genitura dominus partis fortunæ. Item is planeta cui Luna applicat in natiuitate. Planetæ uero qui pro sua natura significant magisterium, sunt Mars, Venus, Mercurius, si horum trium unum inueneris in ascendente, uel Medio cœli, orientalem & habentem præcipuas

DE MAGISTERIO

cipuas dignitates, & applicantem bono aspectui Solis uel Lunæ, uel ipsos ei applicantes, significatur ingens & maximum magisterium, & quod in operibus suis primus & præcipuus omnium erit secundum naturam planetæ significatoris operum. Si uero nullus horum trium in ascendente, aut Medio cœli est. Sed in quarta uel septima domo, non erit tam excellens & eximius in magisterijs. Si uero nullam horum in aliquo angulo inueneris, inspicere significatorem operum nati, hoc est dominum Medi cœli de die, de nocte autem planetam cui Luna applicat, præcipue si is planeta dominium habet, & fortitudinem in loco partis fortunæ. Si uero Luna est uacua cursu, & nulli planetæ applicat, tunc eum planetam sume pro significatore operum, à quo Luna defluxit, & dominum eius domus, uel dominum partis fortunæ, uel dominum domus, aut termini illius in quo is planeta est, & quem ex his in optimo loco, & plurimis testimonijs inueneris, is est significator operum. Et si is planeta est in bono loco, & Mercurius eum beneuole aspicit, significat bonum statum & incrementum magisterij. Si uero hunc significatorem aspicit Saturnus amice, significat uitam eius & magisterium fore in aratione & agricultura. Si eum aspicit Iupiter, futurus est scriba & peritus legum, & reges & diuites ei fauebunt. Si Mars eum beneuole aspicit, erit medicus uel uates, uel necromanticus, astutus, & promptus in suis operibus. Si Sole eum aspicit, aut ei applicat in eodem signo sine combustione tamen, significat gloriosum & excellens magisterium, & magnam subtilitatem, & erit scriba Regis. Si Venus eum aspicit, natus se adiunget uxoribus regum & potentum, & ab eis diligetur, pecuniam ac honorem inde acquirere. Si Luna aspicit significatorem magisterij, significat nato tales artes, è quibus pecuniam & emolumentum consequetur. Si uero infortuna aliqua significatorem magisterij ex qua drato uel opposito aspicit, uel corporaliter damnat, significatur difficultas, labor & damnum in magisterio.

Almuten significatorum operis & magisterij sumitur a	}	Cuspide decimæ domus	}	Almuten illorum locorum est significator magisterij.
		Domino eius		
		Sole		
		Parte operis		
		Domino eius		
		Primo domino triplicitatis decimæ domus		

Si fuerit Iupiter in quarta in suo Hayz, natus erit nobilis, aut mercator animalium, aut pastor bestiarum nobilium hominum, homo iustus, finis uitæ suæ melior principio.

Mercurius dominus Medi cœli existens ibidem occidentalis, egressos radios in aspectu Iouis bono, facit natum cancellarium Regis.

Luna cursu uacua, significat quod natus erit ociosus, & diligit ire per montes & deserta.

Aspice Almuten conjunctionis uel oppositionis præcedentis natiuitatem, nam in magisterio significato per ipsum, natus erit agilior. Et si ille fuerit fortunatus in natiuitate, habebit commodum ex magisterio illo; si non, non habebit.

Mars occidentalis in Cancro, non aspiciens Saturnum, nec Iouem, nec Venere, neq; Solem, erit flebotomator. Eodem modo Marte existente in Capricorno, erit corruptor hominum, & effusionis sanguinis amator.

Mercurius recipit naturam Martis in domibus illius existens. Et si fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo, erit natus amator uenationis, diligit ludere taxillis. Si uero cadens non fuerit, erit bellicosus & miles.

Saturnus

Saturnus, uel Mars dominus duodecimæ in ascendente inclinant natum ad uenationem, & forte interficietur à lupo, uel cane.
 Si Mercurius fuerit in ascendente, natus erit Astrologus, & si eum aspiciat Iupiter, erit thesaurarius regis. Idem si Sol aspexerit eum.

¶ De audacia & metu.



Si pars fortunæ cum Marte fuerit, natus erit miles, uel capitaneus, uel eques, armiger, uel uenator, maxime si Luna cum eo fuerit.

Pars audaciæ, in angulo fortunata facit capitaneum exercitus. Similiter quando aliquod luminarium fuerit in domo Martis, aspiciendo partem prædictam, & eius dominum.

Si fuerit Sol in ascendente, & Luna in medio cœli, natus erit audax & effusus sanguinis. Similiter quando ascendens fuerit masculinum, & ambo luminaria in signis masculinis, & dominus ascendens in masculino, & Mars in angulo.

Optimum est in militia ut Iupiter recipiat Martem per bonum aspectum.

Saturnus coniunctus per corpus, aut quadrato, aut opposito, cum parte audaciæ, non admittit præfecturam militum.

Mars in signis aqueis, facit natum timidum.

Mars in domo Lunæ, facit natum crudelem.


Mars cum Mercurio in Medio cœli facit prædonem famosum.

Mars cum Mercurio sub radijs in angulo, facit latronem notum & famosum.

Mars cum Luna in angulo sub radijs facit latronem solitarium, & secretum.

Dodecatemorion Martis si cum Mercurio fuerit, & unus eorum commixtus ascendenti, uel habens testimonium in ascendente, natus erit audax.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



DE MAGISTERIO . NATI .

Conclusio prima. Natum regem futurum magnæ potentia, clarique nominis, ratione multitudinis substantia uetustæ, & exercituum expeditionum, atque subditorum, significat luminare temporis in signo masculino, igneo, & in angulo, circumdatum radijs Saturni in angulo forti, & radijs Martis perfecte receptum in signo regali existentis, atque Mercurio domino Medij cœli & ascendentis. Huic rei testimonio est stirpis suæ origo.

Conclusio secunda. In pecuniæ uetustæ adeptione difficultatē sentiet, propterea quod Saturni ad Solem applicatio fit de quadrato.

Conclusio tertia. Gaudebit in mortuorum substantijs, & id quod consequetur, non ad seruandum reponet, uerum mox donationibus liberalibus atque magnificis consumet, trahitur hoc ex Saturno forti in domo sua, & angulo.

Conclusio quarta. Significatorem officij sui Mercurium accipio. Nam nullus exit de sub radijs matutinis, nec aliquis est in Medio cœli.

Conclusio quinta. Ergo officij sui erit ingenio, atque consilijs populos regere, exercitus ducere, malos punire, leges, iuraque statuere, & iustitiam administrare. Sumitur hoc ex domino officij, qui Soli in signo regali applicat, suam ipsi dignitatem tribuens, trino Marti permixtus. Etiam ex parte operis, & magisterij, in trino Solis & Martis, in signis regalibus. Denique Almuten est omnium significatorum regni, ipse Sol, Item stella fixa primæ magnitudinis Humer Orionis naturæ Martis & Mercurij, in cuspide Medij cœli.

Conclusio sexta. Per se erit occasio regni sui, & domini, coniectura est, quod idem est dominus ascendentis, & Medij cœli, Soli in applicatione sua applicans.

Conclusio septima. Dignitatem in altis dominijs & potentiam in populis, & quod maiorum suorum uestigijs inheret, ostendit Saturnus primus dominus triplicitatis huius domus, fortis & potens in domo propria.

Conclusio octaua. Regimen eius fiet cum audacia forti, sine timore. Nam Saturnus est in exaltatione Martis, præterea Luminaria in domibus Martis.

Conclusio nona. Prælia etiam acturum, in quibus hostes regni sui deuincet fortitudine, atque sagacitate, concluditur, quia pars regni in sexta Leonis coniuncta est Marti, & irradiata trino radio Solis domini sui.

Conclusio decima. In imperium etiam & regni sublimitatem uenturum, trahitur ex eo, quod natiuitas sua plurimum conuenit cum esse circuli, hora coronationis patris eius. Nam locus Solis in utroque idem est. Similiter loca Veneris & Mercurij. Denique ascendens huius nati cum ascendente natiuitatis matris eius concors est.

Conclusio undecima. Altitudinem etiam, & bonam famam nati, indicant Iupiter, & Luna sextiliter se aspicientes.

Conclusio duodecima. Raro stabit in otio, sed frequens erit in negotio. Nam Iupiter dominus partis operis est in ascendente.

Conclusio decima tertia. Bonum statum, ualeitudinem, & honorem, Dodecatemorion Solis in domo eiusdem & trino radio pollicetur.

Conclusio decima quarta. Quasdam tamen anxietates ei minatur Dodecatemorion Saturni in domo Martis.

CAPVT DUODECIMVM.

¶ De coniugijs.



IN matrimonio masculorum considera quam quartam Luna occupet. Si quartam orientalem occupauerit, natus in iuuentute matrimonium contrahet, uel post suorum annorum plenitudinem iuuentulam ducet in uxorem. Quartæ orientales sunt Duodecima, Undecima, Sexta, Decima.

Decima, Sexta, Quinta, Quarta domus figuræ cœlestis. Sed quartæ orientales secundū mundū snt à coniunctione Solis & Lunæ, usq; ad eius oppositionē. Si autē Luna quartam occidentalem possederit, tarde uxorabitur, uel copulabitur cum uetula in sua iuentute, aut eius coniugium prolongabitur, donec procedat in dies, & postea copulabitur cum quauis, uetula uel puella. Quartæ occidentales sunt nona, octaua, septima, tertia, secunda, prima, figuræ cœlestis. Sed quartæ occidentales secundum mundum sunt ab oppositione Solis & Lunæ usque ad eorum coniunctionem.

Luna si in unius figuræ signo fuerit, uel si ad unum solum planetam applicuerit, unī soli copulabitur. Si in signo duorum corporum uel multarum figurarum permanferit, uel pluribus planetis aspectu uel coniunctione applicuerit, pluribus copulabitur.

Cum Luna fuerit in signo conuenienti, uel in dignitatibus suis, habens conuenientiam cū fortunis ex quocunq; aspectu, eius sponsæ conuenientes erunt et aptę. Si autem infortunis applicuerit, erunt rebelles, & suos uiros odio habebunt. Nam si Luna ad Saturnum applicuerit, uel fuerit in dignitatibus eius, erit uxor eius laboriosa, & praua, mala, ipsiusq; qualitates erunt feroces & crudeles. Si Luna ad Iouem applicuerit, erit conueniens & idonea, ac doctę dispositionis. Si Luna Marti applicuerit, animosa erit, & indomita. Si Veneri, erit formosa ualdeq; iocosa. Si ad Mercurium, erit boni intellectus, uel si cum Saturno, Ioue, uel Mercurio Venus extiterit, cum his quæ ad uitam pertinent, erit satis utilis marito, & proderit ei. Sed si cum Marte fuerit, erit deuastatrix bonorum uiri, ac instabilis & non intelligens.

In matrimonio fœmellarum, considera Solem, qui si in quarta orientali reperi tus fuerit, in iuentute uiro desponsabitur, uel in senectute maritum iuuenem accipiet. Si autem in quartis occidentalibus Sol reperi tus fuerit, tarde marito coniugabitur, uel in iuentute senī desponsabitur.

Sol in signo unius figuræ inuentus, uel unī tantum planetæ matutinali associatus, unī tantum uiro sociabitur. Si in signo duorum corporum, uel plurium figurarum extiterit, aut in figura plusquam unī planetę matutinali associatus fuerit Sol, multos maritos habebit.

Si Sol Saturno ex figura associetur, uel sit in dignitatibus eius, erit uir ipsius probus, iustus & laboriosus. Si uero Sol cum Ioue societatem habuerit, humilis erit & magnanimus. Si cum Marte, erit crudelis, & nullius dilectionis, nec humiliabitur. Si cum Venere, erit probus & formosus. Si cum Mercurio, in rebus uitæ proficiet, & laboriosus erit. Si Venus cum Saturno fuerit, eius uir erit fessus, & ab actibus ueneris abstinēbit. Si cum Ioue fuerit, erit bonus & iustus, ac uerecundus. Si cum Marte fuerit Venus, erit acute complexionis, & circa Venereos actus plurimum sollicitabitur, & erit fornicator. Si cum mercurio commiscebitur Venus ipsa, circa proprios filios erit ualde pia.

Cum luminaria in utraq; natiuitate tam uiri quam mulieris adinuicem conuenient tam ex parte signorum quam ex parte ascendentium, aut ex trino uel sextili mutuo sibi associabuntur luminaria, maxime si in natiuitate uiri Luna conuenienter Soli in natiuitate mulieris coniungatur, aut si per coniunctionem locorum prædicto modo uel aspectu, erit perpetuus amor inter eos.

Si Sol & Luna in utriusq; natiuitate nō alligātur adinuicē, aut fuerint in signis oppositis, aut ex quadrato se aspexerint, cōiugiū illud quauis de causa facile dissoluetur maxime si ascēdēs uiri erit in opposito ascēdētis mulieris. Aut luminaria in ambobus genituris ex quadrato uel opposito se aspiciāt, erit ppetua inimicitia inter eos, et

alter coniugum alterum odio habebit. At si ad luminaria quæ sibi in idonea figura conueniunt, fortunæ radios perrexerint, erit coniugiū in amore, dilectione, & profectu, & si Soli tantum applicuerint, erit hoc tantum ex parte mulieris. Si autem infortunæ aspexerint Luminaria, perseverabunt quidē, sed in litigio, odio, & damno. Si uero fortunæ testificetur luminaribus non bene in figura sibi inuicē conuenientibus, coniugiū non omnino dissoluetur, sed post separationē reconciliabuntur, & cum dilectione inseparabiliter permanebunt. Si infortunæ eis testificentur, erit perpetua separatio, ualde litigiosa, & feritatis plena. Si solus Mercurius cum eis fuerit, manifeste separabuntur cum inculpationibus, & querimonijs. Si Venus cū eis fuerit, continget hoc propter adulterium, aut necromantiam.

Cum Saturnus, Mars, & Venus se cum luminaribus conueniēter habuerint, erit coniugiū legitimū & bonum, quia Veneris ad prædictos planetas quædam habitudo est conueniens, ad Martem quidem, quia utriusq; eorum tam Veneris q̄ Martis exaltatio est in triplicitate alterius. Ad Saturnum uero, quoniam utriusq; dominus est in signo triplicitatis alterius. Veneris igitur respectus aut habitudo ad Martem, uxorem iuuenulam fore demonstrabit; Veneris uero societas cum Saturno, uetulam uxorem fore significabit, Quare Venus cum Marte qualitatem amoris efficit absolute, Cum quibus Mercurius si fuerit, res manifesta erit & detecta. Quædo igitur participauerint Mars, & Venus, in signis in quibus ambo habuerint dignitatem, ut si sint in Capricorno, uel Piscibus, hoc est, ut Venus sit in exaltatione Martis, & Mars in exaltatione, uel alia dignitate Veneris, natus illegitime copulabitur sorori, uel consanguineæ. Quod si Luna etiam in natiuitate masculi fuerit in Capricorno uel piscibus, natus cum duabus fororibus, uel consanguineis actus Venereos habebit. Si autem in foemina natiuitate idem permanerit, eam duo consanguinei, uel duo fratres incoestabunt. At si Saturnus cum Venere fuerit, coniugiū erit idoneum, & longo tempore permanebit, Cum quibus si Mercurius manserit, erit eis utile. Si Mars cū eisdem etiā fuerit, firmū non erit sed eis nocebit.

Cum Venus fuerit in figuris sibi conuenientibus, & in potestate sua, decernit quod mulier copulabitur uiro æquali. Si autē alijs planetis ipsa magis fuerit orientalis, mulier uiro se iuniori desponsabit, & uir uxorem ducet se minorem. Si autem Venus magis occidentalis fuerit, mulier uiro seniori nubet. Vir autem uxorem sibi seniore desponsabit.

Cum Venus & Saturnus in signis sibi conuenientibus commorantur, ut in Libra, uel in Capricorno, hoc est ut uterq; sit in dignitatibus alterius, erit coniugiū inter consanguineos. Si autem huius prædictæ qualitatis Luna fuerit, hoc est si participetur cum Venere & Saturno sic constitutis, & in ascendēte cœliue medio qualitas ista permanerit, natus cum matre seu nouerca uel matertera coibit. Mulier uero cum prole propria, uel cum sororis filio, seu cum genero Venere committet. Quod si Sol participet Venere, & Saturno, sic constitutis ut supra Lunam, & Planetas occidentales fuerint, natus filia coniugis incestabit cubilia. Mulier cum patre, uel patre, seu matris uiro delinquet. At si hæc prædicta qualitas Veneris cum Saturno, aut Marte, non fuerit in signis unius generis, sed diuersarum naturarum, hoc est ut Venus sit in signo alterius naturæ quàm sint signa infortunarum, & econuerso, & in signis & locis foemininis fuerint, natus plus æquo Venere descantabit, omnibus etiam modis agere aut pati sibi nullatenus erit difficile.

Considerabis etiam stellas fixas, maxime autem principia Leonis, & Arietis, Aldeboran, Item & stellam quæ Cauda Leonis dicitur, faciem quoq; Capricorni. Si enim prædictæ stellæ, fuerint in ascendente, uel Medio cœli, cum significatoribus prædictis, Saturno, Marte, & Venere, erit natus in operationibus suis manifestus, & ea in locis in quibus homines conueniunt, reuelabit. Si autem in ultimis angulis fuerint, ut in occidente aut septentrione, erit Eunuchus, uel sterilis. Sed si in
his loci

his locis scilicet septima uel quarta cum stellis Martis fuerint, si masculus fuerit, eius uirga cum testiculis abscindetur. Si fuerit foemella, ualde profunda erunt ei muliebricia, sine culo, uel uulua, & desuper erit pellicula, quæ si scindetur rasorio, apparebit iterum anus, uel uulua.

Si Mars à Venere, uel Saturno separatus fuerit, eiq; Iupiter testificetur, natus erit in coitu mitis, & non inmundus, nec Veneri nisi coactus à natura incumbet. Si autem Mars cum solo Saturno fuerit, à Venere, prolongabitur, & in hoc erit piger, & frigidus. Qui si Veneri ac Ioui in figura associetur ex trino uel sextili, leuiter ad ista promouebitur, & maximam inde uoluptatem habebit, seipsum tamen deinde ad ista arguet, & coercebit, à turpibus etiam & inmundis sibi multū cauebit. Si Mars cum sola Venere fuerit, uel cum Ioue solo absq; aspectu Saturni, magnam stupri uoluptatem habere cupiet, & delicate uiuere. Sed si alter uespertinalis, alter uero matutinalis fuerit, natus cum uiris & mulieribus coire desiderabit, nec minus in uno quam in alio sollicitabitur. Et si utriq; fuerint uespertinales, in mulieribus tantum Venereos actus habebit. Quod si signa foeminina fuerint, ipse forsan ad turpes actus supponetur sine mulieribus. Et si uterq; Iupiter & Venus matutinales extiterint, cum masculis solummodo id perpetrabit. Et si signa fuerint masculina, omnibus modis cum masculis agere sollicitabitur. Quod si Venus magis occidentalis fuerit, cum uilibus mulieribus & ancillis Venereos actus exercebit, Si Mars magis occidentalis fuerit, nobiliores se cognoscet mulieres.

Venus si Ioui & Mercurio in figura associetur, natus erit in coeundo mitis, ac inmundus. Et si absq; Saturno fuerit Mercurio associata, magnam uoluptatem coeundi habebit, & id ualde facere desiderabit, sed tamen in maiori parte se refrenabit, & uerebitur, turpesq; actus Venereos postponet. Si cum Marte solo fuerit Venus, uel ei in figura associetur, Venereos actus multū exercebit, & inde uoluptatē habebit. Si cum eis Iupiter fuerit, & Mars sub radijs, rem cum seruis, uel extraneis sui generis habebit. Sed si Venus sub radijs extiterit, cum nobilibus uel dominis scortabitur, si autem hij planetæ scilicet Mars, & Venus, in locis, uel signis foemininis fuerint, proprie in hominum coitu sollicitabitur. At si in masculinis fuerint, in mulierum coitu ualde uersabitur. Quod si Saturnus his qualitatibus, seu statibus dictis associetur, & fuerit foemininus, similiter dabit communem in pollutione, uilitate, & luxuria. Quod si fuerit Saturnus masculinus, & orientalis, in solario stuprum affectabit, uel uiros quos in solario respexerit, desiderabit. Iupiter autem hæc impedimenta semper mitigabit, Mercurius iuuabit eorum detectiones, & facta turpia. Hæc Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

- Pro coniu-
gio uirorū
considera
- Septimam domum
 - Dominum eius.
 - Consignificatorem septimæ, qui semper est Luna.
 - Almuten significatoris coniugij.
 - Partem coniugij.
 - Dominum eius.
 - Venerem.
 - Tres dominos triplicitatis Veneris.
 - Duos primos dominos triplicitatis septimæ domus.
 - Tertium dominum triplicitatis quintæ domus.
 - Partem lasciuæ.

Almuten

Almuten
significato
rum septimæ
me & cōiu
gij accipi
tur à

Cuspide septi
mæ domus
Domino eius
Venere
Parte cōiugij
Domino eius
Primo dño tri
plicitatis
septimæ

Almuten horum si concordabit cum almuten ascen
dentis, ducet uxorem, si non nullam, ducet. Vel si om
nes isti significatores, uel eorum fortior fuerint angula
res, uel in succedentibus, liberi à malis, combustione,
retrogradatione & casu, & applicātes domino ascendē
tis, significant bonitatem & aptitudinem coniugij. &c



I G N V M septimæ domus si fuerit signum multorum filiorum, aut
commixtio significatoris, ex signis multorum filiorum, dic quod na
tus habebit plures coniuges.

Luna est significatrix uxorū, sed Venus consignificatrix, si alie
quis harum fuerit in duplici signo, denotabit duas uxores.

Luna applicans planetæ qui sit in communi signo significat duo coniugia.

Signum septimæ commune duo coniugia decernit.

Sol est significator coniugij in mulieris genitura, & Mars consignificator. Si
in natiuitate foemellæ aliquis eorum fuerit in duplici signo, duos maritos habebit.

Quot sunt planetæ inter Mediū cœli & Venerem, tot habebit uxores.

In bicorporeo, duo; In fixo unum; In mobili multa significantur coniugia.

Numerus uxorū potest decerni ab imagine signi in quo fuerit Luna, & à
numero stellarum fixarū, cum quibus coniungitur in illo signo, secundum longi
tudinem, & latitudinem.

Numerum uxorū scies à planetis dominum septimæ aspicientibus, Vene
re illos aspiciente, uel ipsis eam, & si aliquis ipsorū sit in communi signo, duas dic
habiturū. Si autē aliquis eorum fuerit retrogradus, uel combustus, non numeretur.

Generaliter, Venus in duplicibus, uel tropicis signis, & domini loci Veneris
similiter in duplicibus, plures uxores significant, uel etiam mulieribus plures ma
ritos. Quod si Venus in his non fuerit signis, & Lunam tantum aspiciat, unā
tantum dabit uxorem, uel unum uirum.

In omni natiuitate Saturnus Veneri iunctus in eodem signo, si Saturnus
habuerit plures partes, unam tantummodo decernit uxorem. Si autem Venus, plu
res partes possederit, plures habiturum dicito.

Quot planetis applicat Sol ante exitum signi in quo est in natiuitate mulieris,
tot maritos significat. Similiter dic de Luna in uirorum genituris.

Iupiter in septima, significat tres uxores, duas uirgines & unam uiduā, eruntq̄
illustres, habebitq̄ cum ipsis fortunam, & letitiam.

Vide tres dominos triplicitatis Veneris. Si omnes aut plures fuerint orien
tales, absq̄ impedimento extra radios, natus uxorem ducet in iuuentute, & erit
fortunatus in mulieribus. Si aliter fuerit, aliter pronunciabis, maxime si domini tri
plicitatis, non aspiciunt Venerem. Si uero fuerint occidentales, non contrahet ma
trimonium, nisi in magna ætate.

Saturnus si fuerit exaltatus super Venerem in decima, aut fuerit cum Venere
in quadrato, uel opposito, natus erit frigidus ad mulieres. Si autem Venus exalta
ta fuerit in decima super Saturnum, dabit coniugium in media ætate, scilicet con
uenienti.

Dominus septimæ si non aspexerit septimam, & dominus Lunæ Lunam, do
minus quoq̄ partis coniugij eandem partē, & dominus Veneris Venerem, natus
non gustabit mulierem.

Saturnus in Medio cœli aspiciens Venerem ex quadrato, uel opposito, ab
horrebit à coniugio.

Luna à Sole combusta, & Venus in Sexta aut duodecima, nunç ducet uxore.

Venus in decima in trino Lunæ, cum testimonio aliarum stellarum, unam tantummodo significat uxorem.

Venus uespertina in septima, & Saturnus in quarta, uiros ad actus Venereos languidos significat; Sed in foemine genitura, eam abhorreere actus Venereos.

Venus si fuerit ab ascendente cadēs, iuncta corporaliter Saturno, aut in quadrato uel opposito eius absq̄ aspectu Iouis, natus non appetet mulieres.

Timendæ sunt mulieres habentes in suis genituris planetas in locis masculinis.

Pars coniugij uiri in signis obedientibus, mulieris autem in imperantibus, mulier imperabit uiro, uir autem obediet mulieri, Si autem econuerso fuerit diffinitas econuerso.

Si Venus orientalis in dignitatibus suis extiterit, uel solum orientalis, uxor nati erit animosa, quæ etiam uiro suo imperabit.

Mulieres ex innata natura instabiles sunt, instabilissimæq̄ dum ascendencia earum bicorporea sunt, pessimæ quidem dum ascendencia, significatoresq̄ in bicorporeis existunt, non tamen fortuna libera, fiuntq̄ demones dum Venus, Mars & Mercurius in hac forma associantur.

Ambæ infortunæ in sexta cum Venere, uxores nati erunt meretrices.

Si Cancer uel Capricornus in quarta domo, & ibi Venus fuerit, natus copulabitur cum meretrice, & contrahet scelus, ac crimen, culpa ipsius.

Venus in ascendente coniuncta Saturno, aut publicas meretrices, aut proeclatatis decernit uxores.

Mars cum Luna in quarta domo in opposito Veneris & Mercurij, uiros nimio luxuriantes coitu significat, mulieres uero meretrices ostendit.

Cancer uel Capricornus in prima, Luna in duodecima, Iupiter cum Marte in quarta, & Mercurius cum Venere in decima, meretrices malas, sed uenustas & diuites nato significant, quæ affines suos ad libidinem prouocabunt, Sed qui sic natus fuerit, exulabit, aut seruiet in senectâ.

Venus & Mercurius iuncti cum Ioue, adulteram decernunt uxorem.

Mars cum Ioue in Medio cœli significat tali nato uxorem ab alio uolenter rapi. Quod si Venus accesserit, meretrix erit. Si uero Sol eos ex quadrato aspexerit, natus ille petet noueræ concubitus, aut patris concubinam ducet uxorem, sed postea mulieris fuga matrimonium dissoluetur.

Venus si cum Saturno participauerit, & Martem aspexerit, erit inter uirum & uxorem zelotypia. Et si unus sit in Capricorno aut Libra, sumet aliquam ex propinquis. Et si iste status fuerit cum Luna in prima uel decima, natus concumbet cum matre, uel matris sorore, uel nouerca. Si aut talis constellatio fuerit in natiuitate, mulieris incestum committet cum filio suæ sororis, uel propria prole seu mariti sui filio, quod tamen intellige si ex prima uel decima Luna participauerit cum Venere, & Marte, uel cum Venere & Saturno.

Martis trinus ad Venerem significat quod amabit desideria carnis, & si hæc participatio sit à Capricorno, uel Piscibus, significat natum luxuriari cum sororibus, aut propinquis. Si unus fuerit in uno horum signorum, & alter in altero, & si in Lunæ aspectu, commiscebitur talis cum duabus sororibus, uel propinquis. Idem in genitura mulieris poteris iudicare.

Si Saturnus supra Venerem per quadratum eleuatus fuerit, erit inpotens, & impudicus mulierum contrectator. Si econtra Venus eleuatur supra Saturnum, erit natus facilis, & pronus ad mulieres.

Luna à Sole combusta si cum Saturno participauerit in figura, uel si fuerit in Capricorno, Aquario, uel Libra, nunç copulabitur, idq̄ intellige de genitura mascululi.

Si fuerit Luna sub radijs habens participationem cum Saturno, nunquam copulabitur, & si Saturno applicuerit, copulabitur cum muliere laboriosa & prava.

Luminaria sese non aspexerint, nec eorum aliquod aspiciat ascendens, & si sit in angulo infortuna, nocens duobus luminaribus existentibus in signis masculinis, uir erit magnæ libidinis, sed foemella erit meretrix uel fricabit alias mulieres.

Pars coniugij damnata in tertia uel quinta domo, natus aget cum sororibus suis & filiabus.

Venus, Sol Pars coniugij, ac Planetæ significatores nati, dominus domus coniugij, in signis secundæ coniunctionis, ut Ariete, Leone, Libra, Capricorno, natus erit superfluus in coitu.

Venus coniuncta Marti, aut in eius quadrato uel opposito, si fuerit Mars in domo, uel exaltatione sua, natus erit turpis in coitu. Si fuerit in signo foeminino, & natus sit masculus, patietur à uiris. Si in signo masculino erit Sodomita. In natiuitatibus similiter mulierum, si fuerit in signis foemininis, erit meretrix, si masculinis utetur mulieribus.

Si Venus inuenta fuerit in domibus Saturni, & Saturnus eam aspicit, natus erit frigidus in coitu. Similiter si Saturnus fuerit Almuten super domum coniugij.

Almuten quinque locorum Hylegialium foemininus, aut plures foeminini, natus erit mollis, & effoeminatus. In natiuitate mulieris si fuerint masculini, erit mulier uirililis.

Significatores coniugij in signis mobilibus, non dant foelix coniugium, sed uarium & mutabile.

Si dominus ascendens fuerit in signo communi, similiter pars coniugij in communi, & Venus infortuna, natus non erit contentus in una.

Venus in signo mobili, significat instabilem cum mulieribus, & uix una contentus erit, & eo fortius in Cancro, uel Capricorno. In signo uero communi significat bonam desponsationem.

Si Ascendens fuerit domus Veneris, & Mars in domo Veneris, uel Ascendens domus Martis, & Venus in domo Martis, erit mulier impudica. Idem erit si Ascendens fuerit Capricornus.

Mercurius Almuten super Venerem, & Lunam, ac domum mulieris, & partem earundem, uel super plures eorum, erit uoluptas nati in pueris, & deludet eos.

Si Venus fuerit in domo Saturni, & Saturnus in domo Veneris, natus amabit masculos. Similiter erit si uice Saturni Mercurium acceperis. Venus in signo masculino idem facit. Venus, & Mercurius iuncti in domo Saturni idem faciunt.

Dominus septimæ si infortunatur in angulo, fiet Sodomita.

Leo, Ascendens, & Sol, & Venus in eo in natiuitate diurna, natus erit Sodomita.

Saturnus, Iupiter, & Venus, in decima, & Mars in quarta, faciunt amatores puerorum.

Si extiterit Venus in septima, in Cancro, uel Capricorno, aspecta à quadrato, uel opposito, uel coniunctione Martis, natus erit scortator, quibus si Saturnus coniungitur, uel eos aspexerit, fueritque genitura mulieris, ipsa alias mulieres uel puellas supponet.

Venus in duodecima, mala notat coniugia, & si cum ea Iupiter fuerit, significat substantiæ paucitatem, sed à seruis exaltari. Si Saturnus, Mars, aut Mercurius, eam aspexerint, uel illi sint coniuncti, significant damnum in mulieribus, & filijs, & corporis maculam aliquam, aut occidi mulieris causa, uel foeminarum.

Sol in duodecima positus, à mulieribus detrimenta minatur. Et si fortunæ testificentur, forte fustigabitur mulieris causa.

Venus domina nonæ, in ascendente uel decima, dat nato uxorem in terra aliena.

Pars fortunæ in tertiâ, decernit uxores extraneas. In natiuitate mulieris, maritum alienigenum.

Mercurius in quarta domo, cum Saturno, & Ioue, peregrinas decernit uxores, sed diuites.

Sol, & Venus in septima, uel si aspexerint ipsam domum, & signum septimæ fuerit domus alterius eorum, natus ducet uxorem extraneam, & raucam.

Omnes nati effœminati, aut natæ uiriles, non diu uiuent, Idç expertum est.

Si Luna & Venus extiterint in aliquo angulorum, in aspectu benigno Iouis, natus copulabitur cum consanguinea sua, Sed in hoc prius sunt uidenda generalia, scilicet lex nati, & alia huiusmodi.

Venus in domo, uel exaltatione Lunæ, aut e contra, natus copulabitur cum consanguinea sua.

Venus in domo uel exaltatione sua, aut in Cancro, significat desponsationem nati mulierum affinium, uel propinquarum.

Mercurius in quinta domo, cum Marte, significat quod cum affinibus copulabitur.

Ex statu Veneris iudica de coniugio.

Venus si fuerit cum Saturno in ascendente in domo sua, matrimonium contrahet cum uilibus mulieribus, & seruabus. Vel quando pars coniugij ceciderit in domum seruorum, uel pars seruorum in domum coniugij.

Fœlix aspectus Iouis ad Venerem cum receptione, dat magnam prosperitatem ex coniugio.

Si sit Venus in quadrato, uel opposito Lunæ, natus habebit damnum ratione coniugij, uel impedimenta.

Si Mars fuerit in domo Veneris, & Venus in domo Martis, erit fornicator manifestus, significatq; matrimonij destructionem,

Venus in domo Iouis dat coniugium cum nobili, uel Venus Ioui iuncta, uel etiam in bono aspectu, bonum coniugium significat.

Caput draconis Lunæ in septima cum Saturno, Venere, & Mercurio, nato decernit uxorem, quæ habuit duos uiros.

Si pars coniugij ceciderit in domum coniugij, natus nuptias secreto habebit.

Dominus ascendentis si applicuerit domino septimæ, natus cupiet coniugium. Sed si dominus septimæ applicuerit domino ascendentis, natus ad coniugium à mulieribus appetetur.

Venus in angulo, uel succedenti, directa, fortunata, non impedita, & domini triplicitatis eius orientales in bonis locis non impediti, significant coniugium in adolescentia, eritq; fortunatus cum suis uxoribus. Si uero fuerit cadens & combusta, & domini triplicitatis eius in malis locis, & in malorum aspectu, tarde copulabitur, & habebit detrimenta per mulieres.

Venus, angularis uel in succedenti à malis, & impedimentis libera, & domini triplicitatis eius in malis locis, Venus quidem bonitatē desponsationis, & conuenientiam significat. Sed domini triplicitatis laborem in desponsatione mulieris. Et si e contra fuerit, contrarium dic.

Dominus partis fortunæ directus in angulo uel succedente, liber à malis significat pulchras & honestas uxores. Si e contra cadens uel combustus, & à malis aspectus, contrarium dicito.

Venus in domo Martis, uel eius aspectu significat malignitatem coniugij.

Saturnus si ex septima supra Venerē eleuatur, natus non diliget uxorē suā.

Venus retrograda, tarditatem desponsationis significat.

Venus cum Mercurio, Saturno, aut Ioue, dat mulierem amantissimam uiri sui, & filiorum. Si uero cum Marte fuerit, dic contrarium.

Sol in bono statu, in natiuitate foemellæ significat eidem foemellæ bonum coniugium, in malo malum.

Luna si Solem bene aspexerit, fueritq; in signis conuenientibus, & fortunæ etiam aspexerint, erit amicitia inter uirum, & uxorem eius. Si autem discorda uerint, uel infortunæ aspexerint, erunt in odio.

Venus si cum infortunis, & luminaribus participauerit, erit dissidium uiri, & mulieris, propter fornicationem, uel fascinationem aliquam.

Stellæ fixæ in septima, post adolescentiæ annos, prosperant in coniugio, & addunt uxoris pulchritudinem.

Dominus octauæ impeditus, uel si in octaua fuerit infortuna, uel radij eius, significant dotis angustias, uel eius impedimentum, aut uxoris paupertatem.

Saturnus, Iupiter, Venus, & Mercurius, in duodecima, significant uxores nati ignobiles, uel ancillas esse.

Mars cum Luna in decima, Iupiter in prima, & Sol in septima, significant nuptias litigio, & certamine exitiali futuras.

Iupiter in Medio cœli constitutus, indicat natum nimix amoris libidini deditum, & ad sordidarum mulierum concubitus procliuem.

Si Venus in quarta in Scorpione sola fuerit, male copulabitur natus, & uerus finem habebit quietem fortunam, societatem nobilium, & multas diuitias. Et si fuerit in signis sterilibus, & Luna in eius opposito, natus erit sterilis, & aget cū masculis. Si Mars fuerit ibi, de die, dabit azemenā, & apostemata, quæ dicuntur porcelli, pro beneficijs suis non habebit gratias, in nocte uero erit heremita, aut gladiator.

Saturnus & Venus in finibus Veneris, uel in eius domicilio constituti in decima domo, si Mars ab hijs fuerit alienus, aut pauperem, aut prouectæ ætatis uxorem, decernit. Si autem cum hijs Iupiter sit, uel eos aspexerit, uiduam, sed diuitem dabit.

Venus in finibus Iouis constituta, uxorem, & filios decernit.

Mercurius cum Venere in quarta, & Saturnus in decima, uxorem uetulam dabit, & uir cum sordida concumbet.

Venus in decima cum Saturno, & Luna in quarta, aut steriles, aut prouectæ ætatis mulieres dat.

Saturnus cum Ioue in decima, & cum Marte, significat omne genus tristitiæ ab uxoribus.

Si Saturnus, Iupiter, & Venus, in Septima fuerint, hæreditas uxoris nato conferetur. Sed ipse graui quassabitur uitio ualitudinis, & forte sterilis erit.

Oppositio Saturni & Veneris, natum ex libidinibus malis reddit infamem. Venus cum Ioue in quinta, uel undecima, à nullis aspecti, difficiles nuptias, aut propter eas graues discordias decernit.

Si Saturnus & Venus, uel si Saturnus eam aspexerit in domo decima, foemina uiris impotentius copulabitur.

Venus cū Mercurio in duodecima cū Ioue, & Saturno uxores dabit ancillas. Saturnus in sexta & Venus, ac Mercurius in duodecima, patres cum filijs inuquinabuntur. Idē erit si Venus, Iupiter, & Mercurius sua domicilia commutauerint.

Mars & Venus in quinta, & Luna in prima, claros facit & nobiles, regibus fidos, sed adulterio coniunctas fortiuntur uxores, corporis quoq; cultum, & ornamenta largitur.

Luna in labijs Arietis, Capricorni, uel Tauri, mulieres ostendit uiragines. Viros autem ad omnia uitia libidinis impellit, nisi Iouis prospera radiatione protegantur.

Luna lumine diminuta, coniuncta Marti in signo mobili, uxor nati nunquam diligit eum uero amore, sed semper alium.

Luna domina septimæ domus, in octaua diminuta lumine, nullam penitus dabit felicitatem in matrimonio.

Si malus infortunatus in septima fuerit, nō gaudebit cum uxoribus, nec cum amarijs, neq; cum socijs, sed semper rixas cum eis habebit.

Si fortuna fortunata non impedita in septima extiterit, natus erit fortunatus ad bonas uxores & socios, attamen habebit multos æmulos, & infensos sibi cum & sine causa, potius inuidia quàm ipsius culpa.

Si Sol & Luna ambo inueniatur in signis masculinis, uel ambo in una quarta masculina, uel in uno signo masculino, erūt actus nati uiriles. Si natiuitas fuerit mulieris, erit uirago, & spernit uiros, si nupserit, nō uult reuereri uirū, nec illi subiacere.

Si Venus & Mars in signis masculinis in natiuitate uiri fuerit, natus erit ordinati coitus secundum naturam & legem. Si fuerint orientales, abundabit in coitu & excedet modum in eo, non erit contentus in naturali coitu, sed affectabit incœstum, ita quòd spernet mulieres, & abutetur uiris. Si occidentales & in signis foeminis, erit coitus innaturalis, & immundus, & eo fortius, si eos Saturnus aspexerit. Si fuerit mulier, & fuerit Venus & Mars in signis masculinis, & fuerint orientales abhorrebit à coitu uirorum, nec delectabitur in eo, sed potius delectabitur in fricatione mulierum, & maxime puellarum, eritq; uirilis audaciæ. Si fuerint in signis foeminis, & occidentales, diligit coitum uirorum, & utetur eo secundū naturam. Et si fuerit Iupiter in signo foeminino & occidentalis in natiuitate uiri uel mulieris, nec fuerit de Marte quod dictū est, erit coitus naturalis secundum legem. Si uerum fuerit Mars significator solus, nec aspexerit eum Iupiter, erunt eorum coitus plerumq; contra leges.

Venus coniuncta Saturno, si idem in septima habuerit dignitatē, natus erit immundi coitus.

Dodecatemorion Iouis in domicilio Veneris, significat coitum cum mulieribus per coniugium secundum legem.

Dodecatemorion Veneris in domo Iouis, significat læticiam & castitatem.

Dodecatemorion Veneris in domo Martis, significat fornicationem, maxime si fuerit in angulo.

Septima domus mulieris, si est ascendens uiri, significat tranquillam coniunctionem uiri & mulieris.

Saturnus si Veneri miscetur, uel in finibus Veneris fuerit, significat turpem libidinem, & quòd erit foedissimi coitus, & eò magis quando dominus signi aut finium in quibus Venus est, aut planeta, qui plures in eius loco dignitates habet, in septima sit, & si hæc omnia simul conuenerint, talis homo fiet sordidę libidinis.

Si fuerit dominus nonæ uel septimæ, in sexta, natus ducet seruam. Similiter quando ibi fuerit pars coniugij, aut eius dominus.

Pars coniugij in domo uel exaltatione Mercurij, uxor nati erit cognitrix scripturæ & futurorum.

Venus in sexta, uxorem nato serius decernit, aut uiduam, aut ualeudinariā, aut male institutam, aut uiro ipsi non obedientem.

Venus in sexta in mulieris genitura, significat magnas difficultates, & in partu pericula, uel abortus, si nō à Medio coeli aliquis benignus aspectus affulserit.

Si fuerit Venus in septima, ducet uxorem postquam canus effectus fuerit, erit tamen potens in coitu.

Species uxoris habetur ex septima, & locis aliorum significatorum coniugij. Nam si isti uel potior pars eorum fuerint in signis formositatis, pulchram decernūt coniugem, aut econtra.

Mulieris qualitas scitur à planetis, quibus Luna applicat per coniunctionem uel aspectum. Nam cum fortunis, bonam & morigeratam significat. Cum infortunis contrarium, nam prauam laboriosamq; significat. Quòd si Saturnus tunc fuerit in malo statu, erit turpis & male uoluntatis, Mars superbam ostendit, qui si fuerit in malo statu, erit meretrix, uel aliàs inhonesta. Lunæ applicatio cum Venere, pulchram, hilarem, bonæq; apparentiæ. Si tunc Venus fuerit in malo statu, minue aliquid ex prædictis. Luna applicans Mercurio, erit eloquens, boniq; intellectus. Quòd si Mercurius fuerit tunc in malo statu, erit mendax, & fraudulenta.

Venus occidentalis, peregrina cõiuncta malis, uel eorum malo aspectui, significat celeritatem mortis uxoris.


Infortuna in quarta uel septima, significat uxorem nati præmori. In natali uero foemellæ, significat uirum præmorum.

Pars coniugij si Marti in eodem gradu coniungitur, & Mercurium aspexerit, maritus suam occidet uxorem.

Mars in prima in signo aqueo, & Venus in septima cū Mercurio, uel si Mars cum his fuerit, natus interficiet uxorem.

Si Mars fuerit in quarta & Saturnus in septima, & Luna in prima, nati uxores cito morientur.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Coniugium futurum significat Almuten generalis signficatorum coniugij Mars fortis commixtus radijs trinis domini ascendentis.

Conclusio secunda. In ætate tenera, indicatur coniugium primum, uel postquam adoleuerit cum puella paruæ ætatis, Arguit Luna applicans Ioui domino septimæ, ex sextili in quarta orientali.

Conclusio tertia. Vxores eius religiosæ ac piæ erga uirum, sinceræ atq; probe, eo quòd applicatio fiat Ioui.

Conclusio quarta. Habebit lucrū & prosperitatem ex causa coniugij, quia Almuten Mars saluus est.

Conclusio quinta. Duas uxores legitimas habiturnm censeo, quòd Luna Ioui domino septimæ in communi signo existenti applicet, & quòd signum septimæ domus sit signum commune, & plurimorum filiorum.

Conclusio sexta. Mulieribus tamen debilitatem aliquam & infortuniū præfagit pars coniugij radijs oppositis Solis & Mercurij damnata, & quadrato Saturni, & domina partis retrograda in malo loco.

Conclusio septima. Tristitiam & impedimentum, molestias ac turbationes feret causa uxorum & inimicorum æversus finē uitæ, id demonstratur, quia Venus prima domina triplicitatis septimæ est in cuspide octauæ debilis, quod etiam dominus ascendentis, & duodecimæ domus in hac septima domo confirmat.

Conclusio octaua. Vxores eius præmorientur ipsi, id denotat Saturnus in quarta domo.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De liberis eorumq; habitudine ad parentes.



STATVS filiorum ex duobus locis scilicet decima & undecima, & locis cum his participantibus, hoc est (ut inquit Hali) ex septima & ascendente consideratur, & si in ijs non inueneris planetas ex quarta & quinta. Si enim in prædictis locis fuerint planetæ convenientis naturæ, reddent statum filiorum convenientem. Si disconuenientis, contrarium decernunt statum filiorum & indecentem.

Amplius Lunam, Iouem, & Venerem in dandis filijs considera. Sol, Saturnus, ac Mars denegant filios, uel paucitatem eorum ostendunt. Mercurius habet participationem cum eo, cui commiscetur, qui cum fuerit orientalis in locis filiorū, & habuerit convenientiam cum fortunis, dabit filios. Si autem fuerit occidentalis in prædictis locis ab infortunis aspectus, denegabit filios. Similiter cum planetæ dantes filiorum fuerint soli, hoc est, cū largitores filiorum, id est Luna, Iupiter & Venus particulariter fuerint in figura cœli, & non in locis filiorum, decima, undecima, ascendente, septima, quarta, quinta, erit uiuens solus sine filijs. Si autem unus eorum est in locis prædictis, dabit filium. Qui si in signis duorum corporum, & in fœminino signo, erunt duæ filia.

Cum planetæ dantes filios, fuerint in signo unius formæ in locis prædictis, quilibet dat unum filium. Et si in signo bicorporeo, duos decernit filios. Si autē planeta dans filios repertus fuerit in signo, & figura quam habet respectu Solis, fœminina, filiam unicam dabit. In signo & figura quam habet ad Solem masculino, masculum. At si plures fuerint in signis, multorū filiorum, sicut in Scorpione, Cancro, & Piscibus, erunt duo uel plures secundum exigentiam planetarum filios largientium. At si super largitores infortunæ eleuata fuerint, aut eos uicerint, ipsis existentibus in signis sterilibus, ut Leone & Virgine, filius quidem erit, sed non fortunabitur neq; uiuet.

Sol & infortunæ, si prædictis locis dominati fuerint sine respectu fortunarū, uel cum loca filiorum occupauerint, nulla fortunarū ibidem existente, simpliciter denegant filios si sint in signis masculinis uel sterilibus. Si uero fuerint in signis fœmininis, uel multorum filiorū, aut fortunæ eis testificata fuerint, dabunt filiū qui aut mendā aliquā paciatur, aut breui tempore uiuet. Quod si fuerint duæ cōstellationes fortes, una pro dandis, alia pro auferendis, debemus considerare, quæ ex illis cōstellatiōibus sit efficacior. Si enim infortunæ uictores extiterint in signis dantibus filios, nascetur natus, sed breuis uitæ. Si uiuet erit deiectus. & spretus ab omnibus hominibus.

Pro

Pro ualitudine filij respectu aliorum & parentum considerabimus planetas occupantes loca filiorum, maxime planetam uincens in per testimonia essentialia, qui cum fuerit orientalis, similiter in suis dignitatibus collocatus, natus erit magni nominis, & potens. Si autem fuerit occidentalis, aut in locis contrarijs Hayz sui id est, suae potentiae, natus erit miser & ignotus. At si gubernator filij conuenientiam habuerit cum ascendente, & parte fortunae, usque dum ducet uxorem, natus remanebit in dilectione parentum, eorumque haeres efficietur. Si autem non habuerint mutuam conuenientiam praedicta, litigabit filius cum parentibus, & eorum odium incurret, & eos male tractabit, nec in haereditate succedet.

Si datores filiorum in figura conuenientes associabuntur adinuicem, fratres se mutuo diligunt & honorabunt. Sed si opposito uel quadrato radio datores filiorum se mutuo aspexerint, natus fratrum aduersitatis illator est & autor.

Qui uero curiosior & certior in talibus fieri uelit, inueniat gubernatorem filiorum, & ad instar eius duodecim domicilia constituat, extrahendo Hylech, Almuten tenet, sic enim in esse filiorum cuncta particularia, quae per natiuitatem sciri possunt generaliter poterit iudicare. Haec Ptolemaeus.

¶ Aliorum sententiae & aphorismi.

Pro liberis considera	}	Quintam domum.
		Dominum eius.
		Decimam domum.
		Vndecimam.
		Venerem consignificatricem quintae.
		Almuten significatorum filiorum.
		Partem filiorum.
		Dominum eius.
		Partem futurorum.
		Partem stabilitatis.
		Primum dominum triplicitatis quintae domus.
		Tertium dominum triplicitatis undecimae domus.
Tertium dominum triplicitatis septimae domus.		

Almuten significato- rum filiorum su- mitur a	}	Cuspide quintae domus	} Almuten super haec, Si concordat cum domino ascendens, bonum est, & dat suum significatum nato, etiam si fuerit dominus infortunatus. Qui si fuerit in signo multorum filiorum, natus habebit multos &c.
		Domino eius	
		Consignificatrice Venere	
		Domino eius	
		Parte filiorum	
}	Domino eius	}	
	Primo domino triplicitatis quintae		

Vel qui fuerit ex his dignior, Si fuerit in signo multorum filiorum, liber a malis, & erit ascendens ex angulis, uel ex succedentibus, significat multitudinem filiorum. At si fuerit in signis paucos filios significantibus impeditus a malis, & Iupiter fuerit combustus, & Venus impedita, sterilitatem significat.

Si signum filiorum, signum ipsius Almuten, signum ascendens, fuerint multorum filiorum, natus habebit multos filios.

Sol aspiciens partem fortunae, multos pollicetur filios.

Domini triplicitatis signi Iouis, in aptis locis, significant multitudinem filiorum, & ex his gaudium.

Si boni

Si boni Planetæ fuerint in quinta, aspicientes Medium Cœli, liberi ab impedimentis, significant multitudinem filiorum. Et si ibi fuerint mali, & dominus quinta cadens ab angulis, dic paucitatem, uel eorum celerem mortem, maxime si ceciderint ab angulo terræ uel septimæ,

Planetæ dantes filios si fuerint in Virgine, uel Leone, cum infortunantibus, filium quidem natus habebit, sed mox morietur, intellige si infortunæ fuerint eleuata super planetas dantes filios.

Iupiter dat filios, sed retrogradus, uel peregrinus non pie, nec humaniter tractat.

Non dubitabis de filiis, si in quinta fuerit fortuna.

Maius impedimentum quod possit esse in dandis filiis est, cum significator quinta fuerit retrogradus, uel combustus, quod peius est, pessimum quidem, si est infortuna.

Planetæ significatores in signis sterilibus, Leone, Tauro, Capricorno, Libra, uel Aquario, non dant filios.

Item de multitudine filiorum ex Ioue, & Venere, si Iupiter, uel Mars fuerit Almus, & aspexerit Venerem: Sed in paucitate, ex Saturno, & Marte; De mediocritate, ex Sole, & Luna iudicabis.

Saturnus cum parte filiorum in uno signo, negat filios.

Pars filiorum, & Iupiter, in signis sterilibus, negant filios.

Sol in domo filiorum, negat filios.

Sol aspiciens partem legis, negat filios, aut si habebit filios, morientur. (būt.

Pars filiorum in octaua, negat filios, si Mars & Mercurius iuncti fuerint in prima filios denegant.

Iupiter in septima, si Mars & Mercurius iuncti fuerint in prima filios denegant.

Mercurius si in aliquo cardine Saturni ex diametro uiderit, filios denegabit.

Venere a Saturno damnata, aspice partem filiorum, quæ si non sit angularis, qui Iouem uel Venerem aspexerit, significat paucitatem filiorum, & forte sterilitatem, maxime si Luna fuerit impedita.

Si Iupiter Venus, & Mercurius, impediti fuerint a malis, uel in detrimentis suis, aut descensionibus, uel sub radijs, natus non habebit filios, & si casu aliquem habuerit, morietur cito.

Luminaria impedita a malis, tam substantiæ, quæ filiorum paucitatem indicant.

Venus in prima, aut septima Saturno coniuncta, uel illi opposita, uel si Saturnus fuerit cum Venere in altero duorum locorum, uel ipsum aspexerit, ut si Mars Venerem aspexerit, uel illi oppositus sit, indicat filios non habiturum. Et in natali foeminae indicat abortus, aut quod is qui natus fuerit ilico morietur.

Sol, & infortuna, in masculinis, & in locis filiorum, omnino sterilitatem decernunt, quanquam fortuna super eos eleuentur, nisi cum Sol fuerit cum aliqua fortuna. Signa masculina significant nato paucos filios, foemina uero plures, & ideo oportet planetas abnegantes filios esse in signis masculinis.

Si Luna, uel Sol, in Scorpione, in quarta, & Saturnus fuerit cum aliquo eorum, natus nunquam habebit filios.

Luna in oriente, uel Libra, si in ascendente fuerit, & Iupiter, & Mars, in septima coniuncti, uel in Medio cœli, Venus uero in domo Saturni, eundem partium numerum possidens, & Mars, & Venus, Iouem aspiciat, steriles, uel religioni deditos ostendunt.

Duodecimæ locus ædituræ sobolem a prudentibus constituitur. Nam si ipse, & eius dominus bene dispositi fuerint, mater nati agilitatem partus inueniet. Sin male, mater talis nati in ipso partu periclitabitur.

Luna in finibus Mercurij, in signo masculino, præsertim in Aquario, nisi Veneri, aut Ioui iungatur ex trino, filios abnegat, aliter uero econtra.

Mars in diurna natiuitate in Medio cœli, indicat paucitatem filiorum, & patrimonium consumi ostendit. In natali aut nocturno, hæc minora præstabit.

Almuten, aut Iupiter, aut dominus domus almuten orientalis, dabit filios in iuuentute, occidentalis in senectute. Similiter dic de domino triplicitatis, primo, secundo, tertio.

Significator filiorum in parte orientali, significat filios in adolescentia. Si in Medio cœli, habebit in iuuentute.

Pars filiorum in una quarta, & dominus eius in alia, filij dispergentur.

Almuten filiorum in signis paucorū à malis impeditus, & Iupiter cōbustus, & Venus impedita, significant sterilitatem.

Venus una ex dominis triplicitatis Iouis in apto loco, & alij in locis malis significat quòd habebit filium qui postea ex filijs suis tristabitur.

Dispositores locorum planetarum qui dant filios, si fortes fuerint, & orientales, filij erunt nobiles, magnæq; estimationis. Si autem in his contraria fuerint, contrarium dicito.

Pars fortunæ conueniens cum ascendente, filius erit à patre dilectus, hæreditabitq; paternam substantiam. At si discordauerint, filius cū parēte discordabit, & litigabit, nec hæreditabit eius bona.

Sol in finibus infortunantium, uel eorum domicilijs in sexta uel duodecima, si fuerit à maleuolis male aspectus, indicat filios à parentibus exhæreditari.

Eleuatio domini quintæ supra dominum ascendentis, ostendit filios futuros maioris prærogatiuæ, ac uirtutis, quàm ipsorum parentes fuerint.

Saturnus cum Ioue in quarta, uel septima, mœrorem ex filiorum infortunio, adducit, si non his sic existentibus, Mercurius forti Veneri iungatur, mulieres quidem steriles erunt, & Mars indicat Venerem abortiri.

Quinta domus nati si est ascendens patris, erit inter patrem & filium sincerus, & constans amor.

Dominus ascendentis si applicat domino septimæ, natus habebit multos filios legitimos. Si applicat domino sextæ, habebit ex concubinis.

Pars filiorū remota ab aspectu fortunarū in quadrato Saturni, aut in secunda domo ab ascendēte, aut fuerint Iupiter, Venus, & Mercurius in opposito suarū domorū, aut Sol, uel Saturnus in opposito ascendētis, dant nato molestiā ratione filiorū.

Filiorum numerum sic scies. Vide fortiolem ex duobus dominis triplicitatis Iouis, primum scilicet & secundum, & quot sunt signa inter eum & ascendens, tot dices filios, pro signo tamen communi duos accipies.

Vel quot signa sint inter partem filiorum, & dominum eius, tot filios habebit ut commune signum duos det.

Domnus quintæ si separatur à domino ascendentis, morientur filij aut nascentur mortui.

Pars filiorum in domo Saturni in aspectu infortunæ, morientur filij eius maiores. Si in domo Martis, morientur minores.

Mercurius in cardine oppositus Ioui, & alter eorum in prima, uel in septima, uel unus in Medio cœli, & alter in quarta, natos misera morte prosternit.

Iupiter in sexta domo si fuerit dominus ascendentis, uel Medij cœli in nocturna genitura, uix fiet quin is exponetur qui tunc in lucem uenerit, quod periculum eo inuincibilis eueniet, si aut Saturnus, aut Sol, aut Mars, Ioui ex opposito aduersabitur, aut deficiens ei Luna quadrato aspectu applicuerit.

Luna in signis contortis, aut ferinis, Cancro, Piscibus, Tauro, Capricorno, uel Scorpione, si non sit cum ea signi dominus, in quo ipsa est, ac male fuerit ab infortunantibus aspecta, uel si altera infortunantium cum Luna, altera in secunda fuerit, & dominus partis fortunæ aspiciat quadrupedes, de quadrupede nascetur, maxime si dominus partis fortunæ, & ascendentis in hijs fuerint signis. Si autem dominus partis fortunæ, aut ascendētis fuerit in sextain, signo humanocateris ut dictū est sic cōstitutis, ex parētibus nascetur.

Sol in

Sol in Medio cœli in foeminino signo, & Luna Marti coniuncta in foeminino signo, hermaphroditum significat, aut testium abscisionem futuram.

Si dominus quintæ in septima impeditus fuerit, natus non erit fortunatus in conuiujs, neq; in indumentis corporis.

¶ An natus sit filius illius patris, uel non.




VANDO dominus ascendentis uel Almuten eius fuerit in ascendente, receptus à domino quartæ, Vel quando Sol receperit Lunam, uel si Sol fuerit in tertia, uel dominus ascendentis in trino Solis, aut fuerit translatio luminis, aut collectio inter eos, significant quòd filius est legitimus, ac eius parentis genuinus. Si huius contrarium fuerit, non est filius eius.

Si pars patris aspexerit partem filiorum natiuitatis, de quouis aspectu, aut receperit eam de termino, aut triplicitate, uel exaltatione, natus erit filius dicti patris. Si contrarium, non est filius eius.

Si natiuitas nocturna fuerit, & dominus ascendentis & Luna non aspexerint Saturnum, nec pars patris aliquo aspectu, significat quòd pater deceptus est de illo nato, nam non est filius eius.

In quacunq; natiuitate diurna inueneris Capricornum ascendentem & Solē in occasu suo de domo uel exaltatione. Aut Lunam de nocte in suo casu, & Saturnum in domo Martis, significat quòd natus ille non erit filius illius patris, & erit malus homo, & pater eius fuit seruus uel captiuus.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Paucos filios habiturum, arguunt cuspis quintæ domus, dominus eius, pars filiorum, dominus eius, & Venus, omnia in signis paucorum filiorum, deniq; Iupiter in sterili, Almuten deniq; super hæc loca, Saturnus & Mars, Saturnus in signo paucorum, Mars uero in sterili, Item Luna aspiciens partem cælati ex quadrato.

Conclusio secunda. Veruntamen filios habiturum, trahitur ex eo quod Almuten filiorum cū domino ascendentis habet Ictisal, deniq; Iupiter in ascendente.

Conclusio tertia. Vnum filium & tres filias sibi futuras, portendunt Iupiter masculinus, Luna foemina in signo foeminino, Venus foemina occidentalis à Sole. Luna uero duplicat propter Scorpionem. Idem arguitur quod inter Lunam secundam dominam triplicitatis loci Iouis fortiorem inter duos primos, & ascendens sint duo signa, quorum unum est multorum filiorum.

Conclusio quarta. Filium tamen breui uicturum, aut debilem eius uitam, indicat Iouis retrogradatio & debilitas.

Conclusio quinta. In reliquis etiã impedimentũ & debilitatis aliquid ostenditur, q̄ Saturnus præfens sit parti filiorum, & Sol ex quadrato eandem damnat.

Conclusio sexta. Natũ hunc filiũ esse patris, cuius existimatur, & in cõmõdum ac utilitatẽ patris natũ, arguũt receptio domini ascendẽtis & Solis. Itẽ sextilis inter partem patris & partem matris, & trinus inter dominos partium.

CAPVT DECIMUMQUARTVM.

De amicitijs & inimicitijs nati.



DUPLEX est amor. Quidã enim est amor durans longo tempore ad finẽ usq; qui amicitia appellatur. Alius uero amor ad breue tempus durans, qui societas dicitur. Similiter odium est duplex, quoddam durans, inimicitia uocatur. Et quoddam odium ad breue tempus durans, discordia uocatur. In harum determinatione quatuor loca principaliter considera, locum Solis, Lunæ, Ascendẽs & partẽ fortunæ. Si enim prædicta quatuor in duob; natorum genituris in eisdẽ signis permanserint, uel in parte, uel in toto loca cõmutauerint, maxime si inter utraq; ascendẽtia fuerit ferẽ distantia 17 graduũ, amorẽ fixum, qui nec separabitur, nec turbabitur, fore dicemus. Si autem prædicta loca in nullo adinuicẽ concordauerint, uel sese ex opposito respexerint, erit inter eos naturalis inimicitia, nec proles cum prole cõcordabit, sed sibi inuicem longo tempore aduersabuntur.

Si hæc quatuor loca in duabus genituris, nec ex parte signorum, nec ex cõmutatione locorũ adinuicem cõcordauerint, sed ex trino, uel sextili radio se mutuo aspexerint, mediocris inter eos erit dilectio. Sed si ex quadrato se aspexerint, minores discordias inter eos fore non dubitamus. Verum tales inter colloquendum component lites, ac se mutuo parui pendunt, hoc enim accidit, quãdo infortunæ per loca aspectuum transuerint. Similiter in prædicta discordia inter eos pax & concordia reperitur, quando fortunæ aspectuum loca transuerint, & radios benignos aut semetipsos interposuerint.

Propter tres causas homines ita discordes sunt. Prima, propter uoluntatem discordantium & concordantium. Secunda, propter cõmodum & damnũ. Tertia, propter delectationẽ quam alius habet de alio. Si enim prædicta quatuor loca, uel eorũ plurima inuicẽ assemblabuntur, amicitia ex his omnibus speciebus congregabuntur. Si autẽ adinuicem nõ concordauerint, inimicitia ex his colligentur. Si autem luminaria adinuicem concordabunt, necessario adinuicẽ procreabitur dilectio, quæ uera & summa amicitia dicitur, in qua maxime confidendũ est. Si autẽ discordauerint luminaria, mutua inimicitia nunquam cessabit inter eos. At si locus partis fortunæ

fortunæ concordauerit, amicitia erit inter eos causa lucri. Inimicitia autē causa damni. Si autē ascendētia concordabunt, amicitia quidē ratione gaudiū, ac delectationis euenire decernitur. Inimicitia uero quia respectu iræ aduersabuntur sibi mutuo.

Si supradicta quatuor loca utriusq; natiuitatis planetæ eleuati fuerint in uno signo tempore natiuitatis amborum, uel quod illi, qui sunt eleuati super ea, in natiuitate unius, sint in signo quod eleuatur ad signum in quo stant planetæ in natiuitate alterius. Et si fuerint fortes in bono statu aspicientes se, amicitia erit firma. Et si debiles fuerint planetæ illi exaltati, erit debilis amicitia. Similiter comparabis planetas unius natiuitatis ad planetas alterius natiuitatis, & si aspectus est bonus, erit bona amicitia. Si malus, inimicitia.

¶ Quo tempore concordabunt uel discordabunt adinuicem.



In hac re uidenda sunt loca Hylech utriusq;, necnō principalia in utro rumq; natiuitatibus loca. Cū enim prædicta applicuerint adinuicē in locis, seu aspectibus cōcordatibus, amicitia uenturā decernūt. Quādo autem in locis discordantibus fuerint, inimicitia euenire significabunt.

Durat autem amicitia in tātum tempus, quamdiu prædicti se inuicem aspexerint, aut eis coniungantur. Dum autem separantur in locis contrarijs, significationes conuertuntur, & illico iurgia & discordiæ incidunt.

Cum Saturnus in alicuius natiuitate fuerit Hylech, & in aliqua natiuitate fuerit Iupiter, et motu directorio uel proprio Saturnus in aliquo anno ueniret ad locū Iouis, aut Iupiter ad locum Saturni, amicitia inter eos ex agriculturis & hereditatibus provenire denunciabūt. Saturnus autē cum per locū Martis peragrauerit, aut Mars per locū Saturni, spontaneas rixas, ac discordias inter eos generabūt. Ex Saturno & Venere, accidet societas causa cōsanguineorū, citissime tamē terminabitur.

Saturnus autē cum Mercurio, societate & cōmixtionē in rebus uitæ ac mercimonijs, ac donationibus, & horum similibus decernit. Per Iouem quoq; & Martem, diuitiarū occasione, uel dominij, societas aut amor inter eos procreabitur. Per Iouē autē & Venere, amicitia provenit causa mulieris, uel diuini seruitij, aut per domos orationum, uel ex prophetijs, uel ex his similibus se adiuuabunt. Iupiter etiam & Mercurius occasione dialecticę scientiæ, & prophetiæ spontaneam societatem indicabunt. Mars autē & Venus ex adulterio & fornicatione, & Sodomitico scelere pariter associabuntur, præter id quod inter se durabilitatem breuem habebunt. Mars quidē & Mercurius, inimicitias & deceptiones, ac rixas inter eos occasione incantationū & necromantiæ significabūt. Venus autē & Mercurius in rebus magisterij, uel Musicæ, aut librorum, seu mulierum causa, societate inter ipsos inducent.

Cum significatores aliquorum concordēs sint, & loca principalia alterius figuræ per Athazir aut Alinthiam peragrauerint, & applicuerint luminaribus, aut parti fortunæ, aut angulis alterius, decernunt nobile augmentum amicitia. Sed si in utro usq; genituris, discordes extiterint, & per ascendens, aut Medium cœli perambalarint, adhuc plus exaugebuntur inimicitia.

Status seruorū, & eorū erga dominos amor & cōcordia, ex signo duodecimæ domus, & planetis, qui cū eo cōmiscuntur, cognosci potest. Cū enim planetæ fortunati aspexerint duodecimā, uel in eo fuerint, decernunt seruos fideles. At si infortunati aspexerint, aut sua presentia dictā domū occupauerint, seruos infideles significabūt, maxime gubernatores, qui huic signo dominantur, sunt similiter inspiciēdi. Qui si cōcordauerint cū locis principalibus figuræ, hoc est, in angulis & locis luminariū, aut cū eis aspectum cōuenientē habuerint hora natiuitatis, uel tunc cum Athazir uel Alinthia applicat ad ea loca, dilectionem seruorū significabunt. Si autē discordes extiterint, odia, inimicitias, susurrations procreabunt. Hæc Ptolemaus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi,

Pro amicis bonis consideranda

- Domum undecimam.
- Dominum eius
- Partem amicorum
- Dominum eius
- Almuten significatoris amicorum
- Primum dominum triplicitatis undecimæ domus
- Tertium dominum triplicitatis septimæ.

Almuten significatoris amicorum excipitur à

- Cuspide domus undecimæ
- Domino eius
- Venere
- Planetis in undecima
- Parte amicorum
- Domino eius
- Secundo domino triplicitatis undecimæ

Si commixtionē habet cum domino ascendente, habebit plures amicos. Si sunt in fixis, erūt fixi &c. Vel si plures ex his fuerint fortunati, significant multos amicos, & econtra,



IDE undecimam domum, si in ea fortunam aliquam, Iouem, uel Venere, aut etiam quadratum, uel oppositum eorum inueneris, significatur multitudo amicorum, & ex eis fortuna. Si uero in ea inueneris infortunam, Saturnum, aut Martem, uel quadratum, uel oppositum eorum, pauci amici &c.

Melior foelicitas in causa amicorum est, ut sit dominus ascendente receptus à domino undecimæ, existente fortuna & in bono loco ab ascendente, & in bono statu, secundum applicationem domini undecimæ ad dominum ascendente, significat sua sponte amicos ascendente domino famulari, si econuerso, dic econuerso ascendente dominum amicorum quærere amicitiam.

Separatio domini undecimæ à dño ascendente, amicorum significat paucitatem.

Domini ascendente separatio, à domino undecimæ significat natum fugere amicitias.

Qualitas amicorum erit secundum proprietatem planetæ, qui undecimæ domui dominabitur. Verbi gratia: Saturnus si talis fuerit, indicat homines senes inuidios atq; auaros. Iupiter, nobiles diuites, bonos atq; potentes. Mars, perfidos, atq; feroces, & milicie deditos. Sol, reges, principes, & magnæ auctoritatis uiros. Venus, mulieres formosas, hilares atq; lätas. Mercurius, scribas, litteratos, negociatores, discipularumq; magistros. Luna, splendidos, elegantes, & popularis gratiæ splendore fulgētes. Quæ omnia iudicabis secundum cuiusq; aspectus, fortitudinē, & debilitatē.

Si signum fuerit fixum in undecima, nati amicitias firmas esse declarat. Si commune, mediocriter durare. Si mobile, crebro mutari.

Considera etiam existentiam significatorum amicorum in signo mobili, communi, uel fixo, ut supra.

Si dominus undecimæ non aspiciat undecimam, nec Venus dominum domus suæ, nec dominus partis amicorum, ipsam partem, natus non habebit læticiam cum amicis, nec ipsi cum eo, sed cupiet esse solus.

Ascendens unius si fuerit undecima, uel quinta alterius, illi erunt conuenientes in amicitia.

Pars amicorum in bono statu, & fortunata, & dominus eius, similiter & dominus ascendente, significant natum in amicis foelicitatē habiturum, maxime si angulatus fuerint, & in signis fixis. Qui si in cadentibus fuerint, & in signo mobili, infidelitatem nati erga amicos significant, aut uiliam personarum diliget amicitiam.

Dominus undecimæ in malo fortunantiū aspectu, lucra denegat amicorum.

Fortuna

Fortunæ in undecima, bonas indicant amicitias, & tanto maiores, quâto magis fortunæ atq; receptæ fuerint, dabūtq; & spei & fiduciæ cōplementū. Infortunantes in undecima, aut retrogradi, infelicitatē indicāt amicorū & fiducię frustrationē.

Dominus undecimæ si fuerit male aspectus à domino ascendentis, natum de notat ab amicis offendi. Si autem bene, contrarium dicito.


Caput draconis, Venus & Mercurius in undecima, amicorum copiā, & speratas fortunari mulierum causa significat. Et si cum his Iupiter fuerit, uel eos bene aspexerit, filios pollicetur, & ab amicis fortunæ prosperitatem.

Saturnus cum Mercurio in undecima, nati spes irritas facit, si eos tamen fortunæ non uiderint, ostenduntq; nati uitam ex aduocatione pendere.

Luna non existente Hyleg, erit gradus eius oppositus, qui amicos significabit, qui ex corde natum diligunt.

Amici ex natiuitate sunt, dominus primæ, dominus undecimæ, etiam planetę in illis domibus. Cum illis age res tuas, si sunt fortunę & bene collocati in figura, & hoc si bona in radice promiserint. Si infortunæ fuerint, uel in malis locis figuræ, & hoc si bona in radice promiserint. Sed ex illis damna accipies.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Multos natus habebit amicos & bonos fautores, à quibus utilitatem & commodū sentiet, arguit primus dominus triplicitatis undecimæ domus, fortis in septima in sua exaltatione.

Cōclusio secūda. Maior pars suorū amicorū, reges, principes, & magnæ auctoritatis uiri erūt, quoniā dominus undecimæ aspicit cuspidē undecimę medietate sui orbis ex trigono. Itē Saturnus dñs partis amicorū in domo sua in angulo fortis.

Conclusio tertiã. Ex armigeris, nobiles atq; deditis militiæ amicos quoq; habebit, trahitur ex Marte in undecima, qui à domino undecimæ ex trino in perfecta receptione aspicitur, quia & ipsi sunt Almuten significatorum amicorum.

Conclusio quarta. Amici sua sponte illi famulabuntur, nam dominus ascendentis, recipitur à domino undecimæ ex coniunctione.

Conclusio quinta. Amicitia erit durabilis, id significat cuspidis undecimæ signum fixū, illuminatū per trigonum domini sui.

Cons

Conclusio sexta. Utile etiam sibi ex regno, matre, & seruatoribus protenturum, protendit pars regni, & dominus partium matris & seruatorum, qui est Mars in undecima domo.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi de inimicis.

Almuten significatorum inimicorum sumitur à	}	Cuspide duodecimæ domus	}	Almuten super hæc loca.
		Domino eius		Si commixtionē habet cū
		Parte inimicorum		domino siue Almuten ascē
		Domino eius		dentis, habebit plures ini-
		Saturno		micos.
		Primo domino triplicitatis duodecimæ		



SPICE duodecimam, & esse Almuten duodecimæ cum Almuten ascendens. Vide etiam Saturnum & partem inimicorum, & eius dominum, qualiter sint dispositi, Si fuerit male dispositi, & mali esse, uel si impediatur aliquis eorum ab aliqua infortuna, & eo fortius si impedierit dominum ascendens, uel eius Almuten, uel Lunam, & iterum fortius, si fuerit impedimentum ex quadrato uel oppositione, & fuerit Almuten duodecimæ in ascendente, uel in opposito alicuius luminaris, significat natum multos inimicos occultos & inuidentes habiturum, & quod multum poterunt ei occulte nocere, & nitentur nocere, & nocebunt, & eo fortius si habuerit illa infortuna dignitatem in duodecima, & iterum magis si fuerit ille impediens Almuten super ascendens dominus duodecimæ. Si autem Almuten super duodecimam non aspexerit Almuten super ascendens, neq; Lunam, uel aspexerit eos aliqua ex fortunis, uel fuerit aliqua ex eis Almuten super duodecimam, nec fuerit impedita, significat natum paucos inimicos occultos & inuidentes habiturum.

Si Saturnus Almuten duodecimæ fuerit, erunt inimici nati senes, inuidi, uiles de turba, religiosi, nigri. Iupiter, sapientes, Iuriste, clerici seculares & nobiles. Mars, armigeri, malefactores, fuffrones. Sol, magnates, nobiles. Venus, mulieres, bibuli, lufiores, effœminati. Mercurius, literati, scriptores. Luna, homines uulgares instabiles, atq; uiles.

Almuten duodecimæ retrogradus, uel combustus, uel ab infortunis obsessus, uel peregrinus, uel in cadente ab angulo, uel in casu suo, uel in descensione sua, uel fuerit in cadente ab ascendente, uel in secunda, uel in sexta, uel in octaua, uel si impedierit eum Almuten ascendens, uel fuerit aliquis malorum in duodecima, qui fuerit impeditus ab infortunis, significat quod natus omnibus inimicis suis occultis atq; inuidentibus præualebit & eos conculcabit, & quod parum uel nihil ei poterunt nocere, sed ipse eos impedit. Et si dominus ascendens fuerit infortuna, & impedierit dominum duodecimæ, uel eius Almuten, patientur ab eo damnum, impedimentum, ac detrimentum. Si fuerit Saturnus aut Mars in duodecima, & alter eorum fuerit mali esse, & male dispositus, uel impedierit dominum duodecimæ, uel eius Almuten, significat quod uidebit natus de suis inimicis occultis, & inuidentibus quod ipsi affectabant uidere de ipso.

Dominus duodecimæ si non aspexerit dominum ascendens, paucitatem significat inimicorum.

Fortunæ in duodecima, significant salutem ab inimicis, Infortunæ plurimum obsunt.

Dominus duodecimæ in angulo habens ibidem aliquam dignitatem, significat inimicorum nobilitatem, & eorum potētiam. Si uero fuerit in cadente, uel peregrinus, uel sub radijs, uel in suo casu, erunt debiles, & in malo statu,

Dominus duodecimæ infortunatus ex malis locis ab aliquo malorum, significat natum superaturum suos inimicos. Si autem fortunatus sic fuerit, contrarium significat, & quod inimici consequuntur uictoriam contra eum.

Si dominus duodecimæ in opposito Solis uel Lunæ, aut in prima fuerit, significat multitudinem inimicorum. Et si sit malus erunt inimici ex uilibus rebus. Si fortuna ex nobilibus rebus atq; magnis.

Dominus ascendentis fortis significat de inimicis uictoriam

Dominus duodecimæ fortis significat natum ab aduersarijs superari.

Pars inimicorum in angulis, grauiâ uirorum potentum affert incommoda, In cadentibus uero paucitatem inimicorum.

Si Saturnus aut Mars in duodecima fuerit, natus uidebit quæ concupiuerit de inimicis. Quod si aliqua infortuna eis applicet, uel duodecimæ dominus, contrarium, ac membrorum debilitatem significat.

Si altera infortunarum in duodecima, & altera in sexta fuerit, natus interficietur ab inimicis, & erit aduersa ualitudine inseparabili impeditus.

Omnis planeta qui fuerit aut ascendenti, aut luminaribus oppositus, indicat quales futuri sint hij qui nato aduersabuntur. Nam si sint infortunantes stellæ, erunt uiles: Si fortunantes, nobiles & potentes.

Pars inimicorum combusta, uel eius dominus, multa ab inimicis occulta detrimenta percipiet, aut toxico uel fascinatione, uel accusationibus, Si autem sit in duodecima, miseriam nati prodit. Et si ab infœlicibus stellis aspiciatur, erit prima ætate ualudinarius, idq; maxime in infantia.

Si gemini ascendens occupauerint, natus erit causa suæ captiuitatis. Quod si tunc Mercurius fuerit bene dispositus, & fuerit pars fortunæ in quarta, significat quod erit fortunatus in his quæ significantur per quartam domum.

Sagittario ascendente, natus erit etiam causa suæ captiuitatis. Verum si tunc Iupiter fuerit bene dispositus, uel fuerit pars fortunæ in quarta, erit fortunatus in his quæ per quartam domum significantur.

Aquarius ascendens significat quod talis natus acquirat multos inimicos occultos, & ipse sibi erit causa prouocandarum inimicitiarum, solitudinis, & mœrorum. Si fuerit tunc Saturnus bene dispositus, uel fuerit pars fortunæ in duodecima, erit fortunatus in his quæ per duodecimam domum significantur.

Capricornus in duodecima, & Aquarius in ascendente, significant quod aliqui hostes ultro amicitiam nati expostulabunt.

Pars inimicorum in duodecima, est malum inimicis, bonum uero nato.

Si duodecimæ domus initium quintus gradus Scorpionis possederit, talis à propria familia tradetur.

Si Iupiter uel Venus dominus duodecimæ fuerit, inimicitie nato nō nocebūt, sed euadet fœliciter, & eius inimici prosperabuntur. Si autem infortunæ hanc domum aspicerent, natus prosperabitur de inimicis suis.

Dominus partis inimicorum in ascendente, significat quod multi inimicorum occultorum reconciliabuntur ei ultro sua sponte, ex se moti ad hoc.

Dominus ascendentis si applicat planetæ existenti in duodecima, significat quod natus primo se applicabit ad concordiam cum suis inimicis occultis.

Luna cum Marte in tertia domo, significat natum lucrî cupidum, alieni auidum, malumq; & illatorem iniuriarum.

Dodecatemorion Saturni in domo Martis, significat anxietates, indigentias, & tristitias.

Si Mercurius sub radis in angulo in aspectu infortunarum fuerit, natus spoliabitur, aut incarcerabitur.

Saturnus in cancro, significat quod natus erit contrarius alijs hominibus in omnibus eorū factis.

Dominus ascendens in duodecima in humano signo, si fortuna eum non aspexerit, natus capiatur in uis, aut bellis. Quod si dominus octauæ eum aspexerit, siue sit planeta fortuna uel infortuna, à captiuitate liberabitur. Si uero dominus orientis in hac combustus fuerit, in captiuitate morietur.

Si Mars Almuten natiuitatis non fuerit iunctus beneuolis, natus incendium patietur.

Pyratæ erunt, in quorum genituris Luna diurno tempore in gradu ascendens constituta, Martem, ac Saturnum uiderit alium genituræ cardinem occupantes, aut secum ascendentes habuerit.

Luna in septima diurna existente natiuitate, natus incommoda habebit in locis humidis, ut sunt lacus & flumina. Item à latronibus, & prædonibus, ac incurfus in locis externis. Et si cum hoc fuerit in aspectu infortunarum forte interficietur.

Mars in Medio cœli in signo humano, facit homicidam, & deceptorem, maxime si Luna fuerit cum eo in die. Sed in ascendente si fuerit in nocte, natus abhorrebit homines, & ipsi eum uicissim.

Beneficæ in octaua dominantes, damnum à uiris bonis afferunt, quæ si bene affectæ fuerint, illud dimouebunt. Si bono loco malefica stella dominetur, eueniet nato bonum improbi uiri opera, & beneficio.

Quando malefica in locum beneficæ alterius genituræ inciderit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam detrimento afficietur. Ut A habet Iouem in piscibus in secunda domo, B habet Saturnum in secunda domo, hæc stellæ sibi inuicem aduersantur B ipsi A nocuentum inferet. Genus autem inferendi damni à proprietate loci iudicandum est, quare damnum id in pecunia erit, & quidem per dolos, calumnias, fraudes, accusationes, & occulta simulataq; consilia, quorum Saturnus est significator. Quod si Mars ibi fuerit inuentus, erunt damna per uim, iram, direptiones, latrocinia, gladium, incendia, & alia mala, quæ à Marte significantur. Idem dices & in cæteris domibus, pro cuiusq; proprietate. Rursus si A & B uterq; Iouem in secunda domo habuerint, aut alter Iouem, alter Venerem, ipsi sibi magno inuicem usui futuri sunt. Contra si alter Saturnum, alter Martem habuerit, aut eundem ipsum maleficum, siue Martem, siue Saturnum, inuicem alter alterius pecuniæ insidiabitur.

Dominus	}	Tertiæ	Si aliquis eorum in septima domo fuerit, significat quod quicumq; ex ipsis fuerit in ea, erunt inimici talis nati ex natura illius planetæ qui erit infensus nato, nisi receptio perfecta interueniat ex trino, uel sextili. Ut si dominus tertiæ in septima fuerit, aduersabuntur ei fratres. Si nonæ dominus, religiosi. Si decimæ sui domini, & forte à tali domino pulsus, aut in exilium missus fuerit, uel captiabitur.
		Quartæ	
		Quintæ	
		Sextæ	
		Nonæ	
		Decimæ	
Vndecimæ			
Duodecimæ			

Saturnus & Mars in undecima, faciunt natum effusorem sanguinis, & forsitan alicuius amici.

Inimici ex natiuitate sunt dominus septimæ, octauæ, & duodecimæ. Vel etiã planetæ in septima uel duodecima.

Scorpio in duodecima, toxicum minatur.

Dominus ascendens in duodecima in humano signo, significat quod natus captiabitur in iuuentute, maxime si fortuna non aspexerit domum duodecimam.

Si dominus ascendens in duodecima combustus fuerit, significat quod natus in captiuitate morietur. Si autem dominus nonæ, aut tertiæ quocumq; modo aspexerit, liberabitur natus à captiuitate, secundum enim quod dominus ascendens in diuer

in diuersis domibus combustus fuerit, secundum hoc diuersa nato pericula minatur, Si enim in signo ascendente combustus fuerit, uitam breuem nati significat.

Dominus enim ascendente, dominus est uitæ, & planeta in ascendente dominium habens, est planeta uitæ. Cum ergo infortunatur in domo uitæ, aufert longam uitam. Si in secunda domo combustus, uel infortunatus fuerit paupertatem, & miseriam nato ostendit. Si in tertia malum & periculum in consanguineis, & fratribus: Si in quarta & octaua, in carcere morietur. Si in quinta si combustus fuerit, & fuerit signū aqueū, natus morietur ex ebrietate, aut ex superfluitate assūpta. Si in sexta, longa infirmitate chronica molestabitur, & tandem misere peribit. Si in septima, uxor eius propria causa mortis marito erit, secundum naturam signi ibi inuenti. Vt si terreū, per præcipitiū, Si Scorpio, toxicū caueat, & uenenū, Si signū igneū, cadet in ignem causarum uxoris, & sic cremabitur, Si in signo terreo, cadet de alto & morietur, Si in nona pericula timeat latronum, Si in decima, ex parte principis malum habebit, captiuabitur, & ex ira principis mortem incurret, Si in undecima, ex amicis suis pericula habebit.

Si planeta infortunatus fuerit in duodecima, & Sagittarius, uel Leo domum duodecimam occupauerit, cadet natus ab equo uel bestia, & sic morietur.

¶ De inimicis occultis nati exemplificatio.



CONCLUSIO prima. Multos habebit natus inimicos occultos. Id accipitur à Saturno Almuten significatorum inimicorum, domino ascendente quadrato aspectu permixto, Idem affirmatur ex eo quod idem est dominus ascendente, & duodecimæ.

Conclusio secunda. Inimici eius occulti erunt ex nobilibus potentibus, quod colligitur, ex Sole recipiente dominum duodecimæ per coniunctionem, & Saturno Almuten inimicorum in angulis, & dignitatibus suis.

Conclusio tertia. Inimici eius occulti faciliter cum eo concordabunt, quia dominus ascendente applicat domino undecimæ ex trino perfecta receptione.

Conclusio quarta. Omnibus inuidētibus sibi præualebit ac eos conculcabit, & ipsi ei nihil nocere poterunt. Sed ipse eos impediet. Arguit Almuten duodecimæ domus retrogradus.

Conclusio quinta. Natus impedietur in rebus suis, & anxietates atq; tristitias, ratione inimicorum, atq; laborum sustinebit, hoc significat secunda domina triplicitatis duodecimæ, Venus in octaua retrograda. Dodecatemorion Saturni in domo Martis idem significat.

Conclusio sexta. Prosperabitur tamen tandem contra aduersarios suos sagacitate sua, quod concluditur ex bona conditione tertij domini triplicitatis duodecimæ domus. Etiam huic rei confirmationem dat debilitas partis inimicorum per radios oppositos Martis.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

¶ De peregrinationibus, & itineribus nati.



PRO peregrinationibus loca luminarium considerabimus, maxime Lunæ locum, etiam locum Martis. Vide tamen præ cæteris qualitates luminarium, sed magis Lunæ quàm Solis. Quæ cum occidentalia extiterint, remotaq; ab angulis, peregrinationes de loco ad locum decernunt. Mars similiter cum occidentalis fuerit, uel à Zenith capitis nostri declinauerit, hoc est cum fuerit in septima, octaua, nona, uel tertia domo, cum hoc de quadrato, uel opposito luminaria aspiciens, portendit

multa itinera de loco ad locū. Hoc ipsum efficere solet pars fortunæ, dūmodo loca itinera significantia occupauerit. Si enim luminaria, Mars, & locus partis fortunæ, loca iter significantia occupauerint, decernunt peregrinationem in tota uita nati. Si uero luminaria, similiter Mars, & pars fortunæ, fuerint in locis denegantibus itinera, natus quietus in loco permanebit. Et si aliqua ex his fuerint in locis itinerum & aliqui non, secundum qualitatem uincetium, natus itinera habebit, aut in loco permanebit.

Si fortunæ loca prædicta aspexerint, scilicet octauam, septimam, nonam, tertiam, uel ad ipsas perrexerint, & illas sequutæ fuerint, ea quæ in peregrinationibus operabitur natus, idonea, & utilia erunt, etiam ipsius à peregrinationibus reditus festiuus ac letus, nec ei unquam ab aliqua re contradicetur. Et si prædicta loca infortunæ aspexerint, opera eorum cum itinera faciunt, erunt laboriosa, atq; nociua, plena timoris, tardeq; ex peregrinatione reuertetur. Hæc autem semper eueniunt secundum naturam planetarum talia loca occupantium, aut ea aspicientium, fortunæ enim faciunt reuerti ad locum, infortunæ perire in loco itineris.

Cum luminaria fuerint in aliqua duarum quartarum orientalium, frequentius uersus orientem, meridiemq; natus egredietur. At si in aliqua quartarum occidentalium luminaria fuerint, uel in ipso occidente uersus septentrionem, & occidentem, eius iter apparebit. Hali abenrodan inquit, quod quarta orientalis in proposito est medietas cœli à decima computando per ascendens usq; ad quartam domum. Occidentalis autem quarta huic opposita à quarta computando usq; ad nonam. Iubet etiã Hali aspicere trigonos ut ibi uides. Trigonus igneus, Aries, Leo, Sagittarius, Septentrionalis occidentalis: Terreus Taurus, Virgo, Capricornus, Meridionalis, orientalis: Aërius Gemini, Libra, Aquarius, Septentrionalis, orientalis: Aqueus Cancer, Scorpius, Pisces, Meridionalis occidentalis. Sic si significatori itineris, hoc est Lunæ, Soli, uel Marti danti itinera, applicuerit aliquis planeta septentrionalis, sicut est Iupiter, significat iter uersus septentrionem. Si meridionalis, uti est Venus, ad meridiem. Si occidentalis, ut est Mars, ad occidentem. Si orientalis, sicut est Saturnus, uersus orientem iter faciet, & Sol quidem partibus orientalibus, Luna uero partibus occidentalibus adiuuat. Et si ipsa signa quæ peregrinationem significant, uel eorum domini unius formæ fuerint, iter faciet quandoq; si autem duorum corporum fuerint figuræ signorum, & planetæ duorum corporum, erit iter continuum, diuq; durabile. Sunt autem signa duorum corporum Gemini, Sagittarius, & Pisces. Planetæ autem duarum figurarum Mercurius, & Iupiter.

Quando Venus aut Iupiter sua præsentia loca itineris occupauerint, aut in eis, uel in locis luminarium damnati fuerint, nulla erit in itinere formidatio, nec alia quod itineris periculum, imò tales habebunt abundantiam omnium rerum, in terra aliena legationes amicorum deferentes, suntq; allaturi profectum suis amicis. Quod si Mercurius fuerit cum aliqua fortunarum in locis prædictis itineris, magnum consequetur commodum, suamq; legationem ad exitum perducet, dabitur ei etiam dona, ac honorabitur. Et si Saturnus & Mars locis luminarium dominentur, uel ea occupauerint, aut ea opposito aspiciant, fuerintq; super luminaria eleuati, decernitur impedimentorum occasio in itineribus. Quod si uterq; Saturnus, & Mars, in signis humidis morentur, hoc impedimentum ei ex festinatione aquatici itineris, aut ex submersione, uel propter infortunatum iter aridæ uia per desertorum locorum transitus continget. At si in fixis signis fuerit, id ex præcipitatione, aut ex uentorum flatibus ualidis adueniet. Si uero fuerit Saturnus & Mars in solstitialibus signis, uel æquinoctialibus, periculum eueniet ex defectu uictualium, uel propter malum aërem. Si autem in signis humanæ formæ Saturnus uel Mars fuerit, ex uiarum abscissionibus, uel depredationibus euenire periculum dicemus. Sed si fuerint Saturnus, aut Mars in signis bestiarum siluestrium, ex luporum rapacitate, seu

te, seu ex terræ motu periculum imminet. Quod si Mercurius cum infortunis fuerit, aut eas aspexerit, existens in signis humanis, periculum eueniet ab armatis latronibus. In signis bestiarum existens Mercurius, aut uenenosis, sicut in Scorpione impedimenta ex morfu euenire significatur.

Si in genitura alicuius, nato portenditur infortunium in itinere, quo tempore uenturum sit determinabitur. Quando Iupiter in genitura alicuius occupauerit domum nonam, aut domum substantiæ, & in principio alicuius anni ex directione reuolutionū perueniret ad Iouem, decernit nato illo anno fortunatum iter secundum exigentiā. Quando Saturnus aut Mars occupauerit loca itinerū, aut aliquis ex his impediret Lunā per corpus, aut per aspectū, motu directorio, decernit nato itinera periculosa. At si Iupiter esset in nona ex motu directorio, ueniret ad eū Iupiter uel Venus decernit illo anno itinera cum profectu. Eodē modo intellige de profectio nibus & reuolutionibus annorum, necnon de eclipsibus & cōiunctionibus magnis. Hæc Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Domum tertiam & nonam,
 Dominos eorum.
 Partem itinerum.
 Dominum eius.
 Almuten significatorum itinerum.
 Partem stabilitatis.
 Tres dominos triplicitatis nonæ.
 Secundum dominum triplicitatis tertix.
 Tertium dominum triplicitatis tertix.
 Tertium dominum triplicitatis primæ.
 Martem.

Tres dominos triplicitatis Martis.

Almuten significatorum itinerum accipitur à	} Si commixtus fuerit cum domino ascendentis, faciet multa itinera. Et si plures fuerint fortunæ, uel si Almuten eorū fuerit fortunatus, uel applicuerit ad dominum ascendētis, uel dominus ascendētis ad eū significat itinera utilia, & ad bona loca. Si contrarium, dic contrarium huius.	
		Cuspide nonæ domus
		Domino eius
		Planetis in nona
		Marte
} Si commixtus fuerit cum domino ascendentis, faciet multa itinera. Et si plures fuerint fortunæ, uel si Almuten eorū fuerit fortunatus, uel applicuerit ad dominum ascendētis, uel dominus ascendētis ad eū significat itinera utilia, & ad bona loca. Si contrarium, dic contrarium huius.	Parte itineris	
	Domino eius	
	Primo dño triplicitatis nonæ	



MELIOR status in re itinerū, qui esse possit, est quando dominus nonæ, & tertix, fuerint in prima uel decima liberi ab infortunis, maxime si fuerint cum testimonio Iouis, & tunc non solum prodest in itineribus sed erit etiam significatio, quod natus erit suæ legis custos, & alios attrahet ad suam fidem.

Dominus domus itinerum si applicat domino ascendentis, natus faciet itinera de quibus non cogitauit. Si e contra, natus multum erit sollicitus in itineribus, & secundum statum significatorum erit ei commodum uel incommodum ex itinere.

Dominus domus itineris si separatur à domino ascendentis, natus cupiet facere itinera, sed impediatur. Si e contra dominus ascendentis separatur à domino domus itinerum, natus erit quietus, nec multum laborabit pro lucro.

Sol in domo itinerū, fortunat iter, maxime in signo foemino.

Iupiter dat profectū & honorē in itinere. Venus hilaritatē, Mercurius secundum commixtionem suā cum alijs, si fuerit in domo itinerum.

Omnes significatores itinerū, uel maior ps eorū, si in aqueis signis fuerint, natus ibit p aqs. In terreis p terrā. In quadrupedibus, utet eqs. In humanis, pedibus.

Mars in angulo, dat multa itinera.

Luna non aspiciens dominum domus suæ, dabit nato labores extra domum suam.

Inter dominos triplicitatis loci Martis, qui fortunatior fuerit, dabit nato prosperitatem ex itinere, in tempore ætatis sibi debito.

Luna si die tertia post natiuitatem applicat Marti, aut fuerit in domo eius uel termino, Marte aspiciente ipsam, natus faciet multa itinera. At si fortunantibus applicauerit, erit bonum in itineribus nati.

Si dominus ascendens fuerit contrarius ascendenti, & dominus domus Lunæ, contrarius Lunæ, natus habebit multa itinera. Et si fuerit cum hoc fortuna, habebit prosperitatem inde.

Si die tertia post natiuitatem Luna applicat Mercurio, & ipse Mercurius infortunatus à Marte, natus habebit molestias in itinere.

Luna, uel dominus domus eius in occidente, inclinatur ad itinera.

Iupiter dominus nonæ in ascendente uel decima, dat nato in itineribus bonam famam.

Si dominus Solis non aspiciat Solem, nec dominus domus Lunæ Lunam, nec dominus ascendens ipsum ascendens, natus faciet multa itinera sine prosperitate.

Mars in tertia uel nona, infert nato agritudinem in itinere.

Pars itinerum si Marti coniungitur, & dominus partis contrarius est, uel in contrarijs locis fuerit, natus faciet itinera multa & infirmabitur in eis.

Luna in nona in die, dat miseriam per totam uitam & laborem in itineribus.

Quando domini domorum luminariū & dominus ascendens fuerint in oppositis suarum domorum, natus non stabit in sua ciuitate, ex itineribus angustias sentiet.

Si dominus ascendens in nona, uel dominus nonæ in ascendente fuerit, natus diliget itinera.

Dominus nonæ infortunatus, uel infortunantes in nona, multa decernunt itinera, sed cum labore & damno.

Iupiter in nona combustus uel in suo casu, iter causa absconsa, uel exilium nato significat.

Luna cum Capite draconis & duabus infortunis in nona, interficietur natus in itinere à prædonibus.

Pars itinerum in una quarta, & dominus eius in alia, signum est multorum itinerum, & ad diuersas partes, quæ si fuerit in angulis fortunata, & eius dominus similiter, dic in his bonum. Si fuerit e contra, contrarium dicito.

Quando dominus nonæ, & pars itineris, & dominus eius, similiter Mars & Iupiter, uel maior pars eorum fuerit in signis aqueis, nauigabit per aquas &c.

Si pars stabilitatis, & dominus eius fortunatus fuerit, proficiet in peregrinationibus, & acquiret in eis. Si mali esse, dic contrarium.

Ratio itinerum sumitur à nona & eius domino, Vt exempli causa: Si nona domus esset Scorpius, & Mars dominus eius esset in quarta domo, quæ est octaua à nona, dic quod faciet itinera longa ratione mortis alicuius, uel ratione hereditatis mortui alicuius, eo quod quarta domus, in qua Mars est, est octaua à nona. Sic age quoque in breuibus itineribus.

In scientijs.



Si signum nonæ fuerit domus Iouis in nocte, & Luna in eo, natus erit Astrologus, rerum celatarum relator. Idem erit si dominus nonæ fuerit Mercurius, aut in nona fuerit stella de natura Mercurij.

Si pars legis cum Saturno fuerit, natus perquiret res, et sciētias antiquas, neq̄ faciet aliquid, nisi præuia deliberatione: Si cum Ioue, erit legis bonæ.

Mercurius in nona à fortunis aspectus, ostendit natum ea per se discere quæ sibi nullius magisterio fuerint ostensa. Si à malis aspectibus, dic contrarium.

Virgo ascendens alicuius, & Mercurius boni esse, uel saltem non infortunatus, significat fortunatum in Medicinis, sed in lucro & solario causa medicine infortunatum. Si legibus adhæserit, erit infortunatus in suis aduocationibus aduersabuntur ei homines pro nihilo, & loquentur de ipso mala.

Mars & Venus in sexta, arguunt perfectum Medicum.

Mercurius retrogradus cum Venere in eodē signo, faciūt perfectum cantorē

Ingenium excellentissimum iudicabis, dum dominus nonæ, & Medium cœli si idem erit, uel unā se habuerint bene dispositos cum domino ascendentis fortes Mercurio non currente ad combustionem, & erit maximum quid si cum hoc Mercurius fuerit in domo Saturni.

Mercurius in domibus Saturni, significat profundum intellectum in sciētiis, & præcipue si fuerit significator natiuitatis, siue particeps bene dispositus, fortunatus atq̄ fortis in Capricorno uel Aquario, significat quod natus erit profundū in genij, intelliget & eruet res ex ipsis fontibus, & eo fortius, si tunc Saturnus aspexerit Mercurium secundum qualitatem aspectus, nec ipse impeditus, magis tamen si fuerit Mercurius in Aquario, & magis si fortuna fuerit copulata cum Mercurio, uel fuerit ipse cū stella fixa fortunata. Quod si fuerit in Ariete uel Scorpione, significat quod erit fortis per stulticiam & perfidiam, atq̄ sui motus agilitatem, atq̄ magnanimitatem, circa multos arrogans erit ex suis actibus armorum, eritq̄ prudens & uelox ad intelligendum ea, quæ sibi dicta fuerant.

Mercurius in ascendente orientalis & uelox, facit natum eloquentem, & in sciētijs liberalibus doctum. Idem etiam erit si in Sagittario fuerit in proprijs terminis tali modo.

Taurus uel Pisces ascendens alicuius & Iupiter, & Venus atq̄ Mercurius iuncti in ascendēte, si fuerit ipse Iupiter & Venus in Zambini Solis, qualitercūq̄ ascendens fuerit, erit tanq̄ propheta, & eius uerba melliflua reputabuntur.

Iupiter in Cancro, remotus ab ascendente, nec impeditus ab aliquo, facit natum rationabilem & in sciētijs ualde peritum, diligit tamen solitariam uitam, nec habebit laudem de sciētia sua.

Propheta erit in dando iudicio, cum Sol & Iupiter in radice promiserint, septima non impediti, impedito tamen Saturno.

Si Mars & Venus cum Sole in eodē puncto fuerint in loco Veneris, & termino, uerba nati ab hominibus recipientur, & à nullo repudiabuntur.

Tres planetae in aerea triplicitate cum Mercurio faciunt præeminens ingenium, & sublimitatem sciētiæ. Experimentum accipe in genitura doctissimi uiri M. Ioannis Regiomōtani, qui habuit Mercuriū, Solē, Martē & Lunā in geminis.

Mercurius in Geminis in tertia domo, à Sole remotus, & à nullo impugnatus facit clarissimos ingenio, ac magnos in literis.

¶ In religione & fide, ac lege & somnijs.

Pro religione considera	}	Nonam domum.
		Dominum eius
		Partem religionis.
		Dominum eius.
		Partem fortunæ.
		Partem futurorum.
		Secundum dominum triplicitatis tertiæ domus.
		Secundum dominum triplicitatis nonæ domus.

Signum



SIGNVM nonæ, si commune fuerit, & eius dominus in signo communi, natus non perseverabit in una lege, maxime si Mars aspicit nonam. Si hæc signa erunt mobilia, natus semper dubitabit de lege sua.

Mercurius in domo Lunæ uel eius aspectu, natum legi obedientem, honestum & bonum significat, & si fuerit boni esse & fortis, erit doctus & sapiens, maxime si eum Iupiter aspexerit.

In causis religionis & fidei, uide tertiam & nonam domum, & planetas in eis fortuwas uel infortunatas, qui illos aspiciunt ex sextili, trino, quadrato, uel opposito, & dominos utriusque domus, in qua parte circuli sint, partem etiã religionis & eius dominum. Et si Almuten illorum, uel maior eorum pars fuerit in signo fixo, communi, uel mobili in angulis uel succedentibus, secundũ hoc iudicabis. Et scias quod bona religionis & fidei magis ad Mercurium quã ad reliquos planetas pertinet, propterea præcipue considera cum quibus commisceatur, aut quibus applicet &c.

Mercurius in domo Saturni uel eius aspectu, facit natum non curantem mundana, sed futuræ uitæ speculatore. In domo Iouis, legalem & iustum, in domo Martis uel eius aspectu, facit hominem homicidam, iracundum, male legis.

Melior significatio fidei est, ut sit dominus nonæ in ascendente, uel Medio coeli, & ipsa nona domus non impedita radijs malorum.

Mercurius cum Luna in nona, & si illud signũ fuerit domus alicuius eorum, & pars legis cum eis, natus erit prælatus, & laudatus in lege sua, ac sapiens & interpretator somniorum, & si Venus cum eis, natus erit ueridicus, credetur ei.

Si Caput draconis in nocte in tertia fuerit, aut in die in nona, natus erit prælatus, maxime si Mercurius uel Sol aspexerit.

Stella Bebenia in gradu nonæ uel in nona, dabit nato fortunam magnam ex parte legis quando gradus nonæ per directionem peruenit ad eam. Idem erit si dominus ascendente applicuerit ad eum.

Si signum nonæ domus fuerit exaltatio Iouis, Solis, aut Veneris, & dominus exaltationis habuerit dominium in triplicitate luminaris temporis in bono loco, natus habebit uictum ratione legis, & magistratum.

Mercurius in nona domo orientalis in domo uel exaltatione sua, sine aspectu infortunatarum, natus simulabit se esse compositorem legis, sed non erit.

Saturnus in aliqua suarum dignitatum solus in nona in natiuitate diurna, natus erit sapiens, prælatus, philosophus, docebit mirabilia, & habebit fœlicitatem inuenerum.

Si fuerit Venus in nona in suo Hayz, natus erit obseruator legis. Si nõ in suo Hayz, finget se obseruare legem & habere scientiam.

Mercurius in nona in diurna genitura, significat legis seruatore & sapientiam nati, & Deo bene parentem.

Nunquam erit propheta fidelis nec pontifex, siue dux ecclesiasticorum, qui Saturnum retrogradum habuerit in nona uel ascendente, quanquam omnes formæ bonorum essent in significatoribus cæteris, tam in secundis quã erraticis stellis, nec credendum est uerbis eorum, sed fugiendi sunt.

Non est religio bona Cauda draconis in nona existente, incognita est & coopta.

Prælatura pontificatusque per Solem & Iouem, & per nonam & Medium coeli erit.

Pars fœlicitatis impedita, significat quod natus talis non erit firmus in fide. Inuento dodecatemorio Iouis in domo Mercurij, Ioue habente dignitatem in ascendente, natus erit sapiens, & legum obseruator.

Iupiter in domo nona, sine aspectu Martis, facit interpretem somniorum.

Quando stellæ separentur à coniunctione, superuenient somnia & cogitationes se

nes secundum naturam ipsorum planetarum, & secundum naturā domorū in quibus fuerint in cuiuscūq; natali. Nam si fuerit in tertia, somniabit de itinere &c.

Saturnus in nona in suo posse, non retrogradus, significat somnia uera. Si Mars ibi fuerit, non erunt uera.

Ioue applicante parti legis, natus erit ueridicorum somniorum.


Cuspis nonæ signum fixum & saluum, significat somnia uera. Mobile, somnia sine effectu &c.

Mercurius in nona, somnia uera & interpretes eorundem significat.

Si	{	Saturnus	}	fuerit do-	minus no-	næ somnia	uenient de	{	mortuis, plācētib9, dēmonib9, sepulchris, uīs p̄ deser
		Iupiter							Personis honorabilibus, orationibus, ecclesijs, (ta,
		Mars							Bellis, equitibus, equis, igne, canibus,
		Sol							Regibus, principibus, potestatibus,
		Venus							Fœminis, materijs bonorum odorum,
		Mercurius							Doctis, libris, scolis, numeris &c.
Luna	Mari, aq̄s, puteis, itineribus, uolare per aëra &c.								

Si Saturnus cū Cauda draconis in nona fuerit, in somnijs horrenda uidebit.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Plura itinera longa facturum, significant Sol & Pars fortunæ in quarta cadente.

Conclusio secunda. Sed non erit in his sine grauitate, labore, atq; tardis reuersionibus, quoniā radij Martis & Saturni Solem circundant. Etiam hoc affirmatur ex Venere domina nonæ, quæ est etiam domina partis itinerum in opposito partis infortunata. Item applicatio domini ascendentis ad Solem.

Conclusio tertia. Impedimentum unum sentiet in itineribus suis, ex præcipitatione aliqua, uel ex uentorum flatibus ualidis, nam Mars dominus luminariū collocatus est in signo igneo & fixo.

R Con

Conclusio quarta. Plura suorum itinerum erunt uersus septentrionem, & occidentem, pauca uero uersus orientem. Designatur ex loco significatoris.

Conclusio quinta. Nec sua itinera erunt continua, sed interrupta, quia significatores sunt tantum in signis unius figuræ.

Conclusio sexta. Bonæ legis uirum obseruatorē, & sapientem, Dodecatemorion Iouis in domo Mercurij insinuat.

Conclusio septima. Eius somnia plurimum uerificabuntur, id arguit signum nonæ fixum, &c.

Conclusio octaua. Itinera breuia plura faciet, & in illis utilitatē habebit id capitur à Luna tertia domina triplicitatis tertiæ domus, & eius præsentia ibi salua, uerum in his perficiendis tardus erit, concluditur à tardo cursu Lunæ.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De qualitatibus mortis nati,



VANITAS uitæ, mortisq; qualitas ex Athazir obuiante quem interfectorem nuncupant,prehenditur. Hæc namq; abbreviatio aliquando ex sola applicatione per corpus, aliquando per projectionem radiorum significatoris ad interfectores, uel econuerso ex intercisa at cõtuatione graduum circuli æquinoctialis determinatur. Cum enim significator ad radium interfectoris quadratum uel oppositum, uel per corpus applicuerit ipso interfectore existente forti, & super significatores uictoriam obtinente, decernit mortem. Si autem super locum significatoris fortunæ radium proiecerint, ipsis existentibus in potestatibus suis, liberant natum à periculo, uitam longiorem subministrantes, ut alibi docebitur.

Considera gradum illum qui abscindit, cuiusmodi statum habeat, & naturam planetæ ibi stantis in illo gradu, uel eius qui proijcit radios suos in illum, exaugendo gradum abscisoris.

Considera etiam naturam planetæ stantis circa illum gradum qui antecedit eum, aut proprio cursu suo, aut per motum æquinoctialis, seu directorium. Vide etiam naturam figuræ quæ sit per coniunctionem, & per comixtionem harum rerum, unius cum alio.

Considera etiam naturam signi in quo est gradus ille, uel in quo est planeta aspiciens gradum ipsum, uel qui uadit ad eum. Vide etiam naturam termini illius gradus interficientis, id est qui planeta habeat terminum in illo gradu.

Cum Saturnus dominus mortis fuerit, id est cum Hylech, pertinet ad radios quadratos uel oppositos Saturni interfectoris, occasione longæ infirmitatis phthisi, aut catarro, uel propter corporis dissolutionem, uel ethnicam febrē, nec nō ex hydrogoris uentrisq; solutione, seu egritudine uulvæ, & in alijs infirmitatibus quæ sæpe fri

goris occasione proueniunt, mors nato superuenire dicitur.

Iupiter dominus mortis per peripneumoniã, aut apoplexiam, seu spasmodum, uel ex cephalia, seu cordiaca, omnibusq; infirmitatibus quæ ex uentositate nascuntur, uel per fetidos odores ei mortem prouenire significat.

Mars dominus mortis, ex occasione febris æsiduæ uel tertianæ continuæ, aut frenensis, aut epileptici morbi, uel alicuius sanguinis meatus, uel abortus, seu partus, uel erisipelæ, aut egritudinis mortiferæ, aut morpheæ, aut ex quibusuis infirmitatibus ex calore superfluo uenientibus, morrem decernit.

Venus domina mortis, stomachi uel epatis, seu cordis uitio, seu sanguinis, egestione, siue mobilibus apostematibus, uel fistulis, aut potionibus, omnibusq; morbis humorum superfluitate contingentibus, uitam nati abscindi determinabis.

Mercurio

Mercurius dominus mortis, ex perturbatione mentis, uel ex mania, aut præcipitatione, aut epilepsia, uel tussi, aut ex pleuresi acuta, aut ex nimia siccitate pro-
ueniente morbo, mors nato occurret.

Mors quædam est naturalis qua per se homo moritur: Alia uiolenta, qua quis moritur gladio, lancea, igne, morsu bestiaæ uel feraæ, aquæ submersione, uel ex loco alto præcipitatione, uitam finit.

Cum gubernatores mortis fuerint ab infortunis salui in dignitatibus proprijs, & loco figure conuenienti, nec super eos infortunæ eleuentur, mors naturalis illi continget, idem etiam colligitur ex infortunis eleuatis super interfectores ipsis debilibus existētibus, & in locis, idest signis alienis.

Mors uero quæ ui, & non naturæ lege infertur, contingit cum loco mortis utraq; infortunæ dominabuntur, aut ambæ in ipso eodem loco, uel eius aspectu quadrato, uel opposito permaneant, aut ex eo cum qualibet infortunarum dominium, & potestatem super locum Solis, & Lunæ, uel super ambo luminaria, & Hylech similiter habuerint.

Mors autem mala & iniqua propter duarum infortunarum coniunctionem continget, eiusq; magnitudo per luminarium testimonia proueniet.

Naturam etiam signorum in quibus stant interfectores, nec non radios eorundem ad locum mortis indicem inspiciemus. Secundum enim horum uictoriã, qualitas mortis ueniet.

Saturnus si in quadrato Solis, uel in ipsius opposito fuerit in contrario hayz ipse abscondens Hylech, si fuerit in signo fixo, manu populi lapidante mortis interitu opprimetur, uel strangulatione suspendetur, poenisq; mortiferis ex hac luce migrabit. Cumq; Saturnus occidentalis fuerit, & eum Luna sequatur, idem euenire non ignoremus. At cum in signis quarum figuræ ferarum figuris asimilantur extiterit, ferarum moribus interibit. At si Iupiter Saturno testificetur, & infortunatus existat, in conuentu uirorum die nota & solemni, ferarum morsui damnatus obijcietur. Quod si ipse Saturnus mortis dominus fuerit in opposito alterius luminaris in ascendente existentis, uel in alio angulo, in carcere in periculum uitæ ueniet. Et si Mercurius eidem in figura coniungatur, maxime autem in signis serpentium cælestis spheræ, uel in signis quorum figuræ sunt ferarum rapacium, uenenosorum animalium moribus peribit. Si autem Venus cum eis fuerit, potu mortifero, fraude mulieris interibit. Quod si in Virgine uel Piscibus, aut in signis humidis sibi locum uendicauerit, Lunæq; in figura associetur, uitam in aquis finiet. Et si in nauis fuerit tempestuosa fluctuatione maris uita priuabitur. Et si in aliquo signorum solstitialium, uel in signis quadrupedum cum Sole fuerit, seu in Martis opposito uice Solis remanserit, ruinæ casu perimetur. Si autem in Medio cæli, uel in eius opposito fuerit, ex alto præcipitabitur, & morietur. Omnia iam dicta conferuntur ad Saturnum, cum respexerit luminaria, & interfectore fuerit.

Iam uero qua morte natus periturus sit, Marte interfectore existente in Hayz contrario, & Solem ac Lunam ex quadrato uel opposito respiciente determinabimus. Si in humanæ formæ signo rotauerit, propter seditiones, & altercationes, inter suos consanguineos contingentes, seu bellando, capite truncabitur, uel sibi mortem manu propria causa mulieris consciscet, aut mulieris manibus interficiet. Istud autem eueniet, cum Venus ipsi testificabitur. Et si Mercurius habuerit participationem cum Saturno in figura, latronum, pyratarum, uel insidiatorum manibus dilacerabitur. At si in signis abscessis fuerit, scilicet in Tauro, geminis, uel cum Algol, abscissione capitis, uel membrorum morietur. Et si Mars in scorpione, uel Tauro fuerit, combustione aut perforatione membrorum, aut medicorum incisione, uel spasmo finis uitæ eidem imminet. Et si Mars in Medio cæli, uel in opposito eius permanserit, in cruce suspendetur, maxime si cum Andromeda fuerit. Quod si in

signo occidentali, aut in ascendente locum habuerit Mars, uiuus igne cremabitur. Et si in figuris quadrupedibus extiterit, cadēdo morietur. Si uero Iupiter Marti testificetur & infortunatus Iupiter existat, ira potestatis uel regis, mortē manifestam subibit. Quōd si utreq; infortunę Saturnus cū Marte iungat, uel alter alteri opponatur, quemadmodū prædiximus, ut mortis scilicet sint occasio, malam uitalis spiritus priuationem augebunt. Dominus autem qualitatis mortis, est dominus loci interficientis.

Cum duæ infortunæ in loco interficiente potestatem habuerint, accidentia prædicta in quantitate ac qualitate multiplicabuntur, tales quoq; non sepeliuntur, sed à feris consumentur, maxime si fuerint infortunæ cum stellis imaginum ferarum rapacium, uolatilium prædatarum nec fortunarum aliqua testificetur, sed sub terra existant. Si autem fortunæ testificatæ fuerint, sepelietur, & cooperietur terra. Similiter quando domini locorum interficientium fuerint in locis inclinatis, hoc est in locis itinerum, & ijs quæ aspiciunt ea quadrato, uel opposito, id est in quatuor locis cadentibus, morietur extra patriam, & amicos suos. Si uero extra hæc loca fuerint, inter propinquos, & in terra sua morietur. Hæc Ptolemæus.

¶ Aliorum sententiæ & aphorismi.

Pro morte considera

}	Octauam domum.
	Dominum eius.
	Partem mortis.
	Dominum eius.
	Almuten significatorum mortis.

Primum dominum triplicitatis octauæ domus.



IN FORTUNA impedita in gradu octauæ domus, non in domicilio, uel exaltatione sua, nec alicui fortunæ iuncta per corpus uel aspectum, significat malam mortem. Malicia tamen remittetur, si infortunium uel impedimentum infortunæ fuerit remissum.

Infortuna in octaua existens, si à fortuna recipitur, quæ sit domina ascendentis, significat quod natus erit occasio suæ mortis, si dicta infortuna fuerit aspecta à planeta forti, & benefico, qui non fuerit dominus ascendentis, remittetur mala dispositio mortis. Si autem dictus recipiens fuerit dominus ascendentis, maxime si infortunatus fuerit, natus erit causa suæ interfectionis mala, & uituperabili morte.

Infortuna si fuerit in gradu octauæ domus retrograda, & fuerit dictus gradus octauæ domus eius domicilium uel exaltatio, fueritq; dominus ascendentis luminare conditionarium, infortunatum, & applicet dictæ infortunæ quadrato, uel opposito, significat malam & turpem mortem.

Fortuna fortis in gradu octauæ domus corporaliter, uel si ex medietate orbis sui gradum octauæ domus beneuole aspexerit, etiam si debilis fuerit influxus talis fortunæ, attamen remouet malam inortem. Si autem talis fortuna remota fuerit à gradu cuspidis ultra medietatem sui orbis, non remouet.

Fortuna si fuerit dominus domus, uel exaltationis octauæ domus non infortunata, bonam significat mortem.

Gradus octauæ domus per corpus, uel radios fortunæ fortunatus, non potest finire uitā mala morte natus, etiam si Almuten mortis esset infortunatus. Sed stāte mala dispositione, Almuten mortis poterit gradus octauæ domus infortunari per aspectus malos infortunarum, & sic poterit influxus fortunæ ibi existentis remitti, ita quod dubium erit de bona morte.

Infortuna

Infortuna non in ipso gradu octauæ domus, sed irradians eum gradum per medietatem sui orbis accedendo ad eum per motum diurnū, malā significat mortē Planeta in ipso gradu octauæ domus per corpus, aut per dimidium orbis sui luminis, præponitur ipsi Almuten mortis.

Si neq̄ fortuna neq̄ infortuna in gradu octauæ domus fuerit reperta. Vide tunc si Mars habuerit dignitatem in domo mortis, per domum uel exaltationem, & fuerit peregrinus, uel male dispositus in duodecima domo, & dominus ascendentis peregrinus, iunctus corporaliter Saturno, deinde uadens ad coniunctionem corporalem Martis in dicto signo, natus interficietur à suis inimicis: licet etiam dominus ascendentis nō fuerit coniunctus Saturno, sed in malo loco coniunctus Marti corporaliter, significat mortem per ferrum. Et etiam si dominus ascendentis fuerit cum dicta hac dispositione infortunatus à Saturno impedito, & fuerit Saturnus ex dominis octauæ, significat mortem ex longis pœnis & tormentis, carceribus, submersione, ruina uel casu secundum dispositionem loci in quo fuerit.

Dominus ascendentis combustus à Sole & ab ipso separatus, uadens ad coniunctionem Saturni retrogradi existentis Almuten mortis, decernit malam mortē Nam si fuerit in aëreo signo, strangulabitur uel suspendetur.

Si in gradu octauæ domus, neq̄ fortunaneq̄ infortuna fuerit. Vide tum Almuten mortis ut sequitur.

Almuten significatorum mortis excipitur à	Cuspide octauæ domus	Almuten, si est infortuna in termino mali, mortem malā indicat, ac secundum qualitatem huius, iudica qualitatem mortis. Nam si fuerit infortunatus, uel impeditus, & à nullo planeta beneuolo subleuatus, significat malā & turpem mortem. Si autem fortuna fuerit & bene dispositus, significat bonam mortem.
	Domino eius	
	Parte mortis	
	Domino eius	
	Octaua à Sole in diurna genitura	
	Domino eius	
	Octaua à Luna in nocturna genitura	
	Domino eius	
	Cuspide ascendentis	
	Domino eius	
Cuspide septimæ		
Primo dño triplicitatis quartæ domus		
Primo dño triplicitatis octauæ domus		

Mars Almuten domus mortis, coniunctus capiti Algol, significat interfectionem nati, posito etiā quod Mars fuerit dominus ascendentis. Si autē fortuna de bono aspectu ex forti loco dictum aspexerit locū, uel si fortuna bene disposita in gradu octauæ domus fuerit, tunc tollit malam significationem ipsius.

Si luminare tēporis aspicit Saturnū ex opposito, significat malā & turpē mortem, maxime si Saturnus habuerit dignitatē in octaua, & luminare predictū in ascēdente. Si uero luminare & Saturnus nō fuerint præpollētes dignitate in predictis locis, & aliqua fortuna cōiungatur, uel aspexerit aliquē predictorū, uel fortuna fuerit in gradu octauæ domus, nō morietur mala morte.

Si octaua fuerit Capricornus, nec fuerit ibi fortuna, fueritq̄ Mars in Cancro, & Saturnus in Leone, morietur natus mala morte, uidelicet uulnere, uel his similibus, supposito quod alter esset Almuten mortis.

Saturnus in Medio cœli, & luminare temporis in eius opposito, & nulla fortuna in octaua, si nulla fortuna ipsam octauā aspexerit, significat malam mortē. Quod si in aqueo fuerit signo, submergetur in aqua. In terreo, morietur ex ruina. In

humano uel aëreo, suspendetur, & sic de alijs. Hoc uerum est, dum luminare temporis dominium habuerit in ascendente de domo uel exaltatione, Vel si Saturnus eodem modo dignificatus fuerit in domo mortis. Sed tali conditione stante, uidelicet cum Saturnus dignitatibus essentialibus suffultus fuerit in octaua, & luminare temporis in ascendente, & aliqua fortuna bene disposita fuerit in gradu octauæ domus, uel ipsam irradiauerit corporaliter per medietatem sui luminis. Vel quòd fortuna bene disposita, aspiciat Saturnum, maxime cum receptione, significat quòd natus non morietur mala morte, sed cadet in periculum malæ mortis, mortem tamen euadet.

Directio sola nunquam interficit, nisi consentiat Alchocoden & significatio octauæ domus.


Saturnus significator mortis, uel si aliquibus dignitatibus præditus Saturnus fuerit in gradu octauæ domus, uel si absq; dignitatibus essentialibus in eo loco fuerit, uel si fuerit Almuten mortis, & fuerit alibi bene dispositus, significat mortem nato propter infirmitates longas, ex frigiditate & siccitate, uel ex nimia cōsumptione ut Tabe, Marasmone, & etiam propter dolores continuatos & longos, uel propter Ethicam, uel ex passione morigidū, uel Phthisi, uel ex ægritudinibus uulvæ, uel ipsius oris, aut solutione uentris, a febre quartana quæ multum continuauerit debilitando uirtutem, ex qua sequitur mors. Sed si Saturnus fuerit infortunatus cum conditionibus supradictis, significat malam & turpem mortem ex ruina, nam cadet aliquid supra natum si in signo terreo fuerit. Et si fuerit in signo aqueo, significat submersionem in aqua. In aëreo, strangulabitur uel suspendetur.

Confidera signum in quo fuerit, cōsidera domum in quam ceciderit, propter causam mortis, & planetas eidem coniunctos per aspectum uel corpus, omnia per miscendo, ut decet.

Iupiter solus dispositor mortis, si fortis fuerit, & saluus a retrogradatione & combustione, erit mors propter infirmitates pulmonis, uel sputum sanguinis, uel propter dolorem cordis, uel ex ægritudine epatis, uel propter potum nimium uini, uel ex Squinantia, Peripneumonia, uel ex infirmitatibus quæ proueniunt ex magna uentositate. Si Iupiter fuerit infortunatus, significat quòd natus submergetur mandato domini uel iudicis.

Mars dispositor mortis, uel si fuerit in gradu octauæ, saluus ab infortunis & fortis, significat quòd natus morietur ex ægritudine magni caloris, uel febre caulo nidis, uel tertianæ cōtinuæ, uel heresipele, uel cancro, uel fluxu sanguinis, uel apostematibus cholericis, uel ratione abortus, uel partus, uel propter dolores nimis acutos, uel ex morte subita. Si Mars fuerit infortunatus, significat nato mortem ex ferro, uel uulneribus. Vnde si signum fuerit aëreum, morietur supra bestiam, uel in loco alto, scilicet suspendio uel strangulatione. Si uero Sol cum Marte in octaua infortunatus fuerit uidelicet in Aquario & infortunauerit Sol Martem per radios eius scilicet combustione iuxta aphorismum huius primum, natus cuius hæc fuit genitura, morietur suspendio.

Ibi Mars in hac sequenti figura infortuna, impeditur combustione in octaua domo, Saturnus Almuten mortis in quarta bene dispositus, non potuit hunc liberare a mala morte. Item significatores fuerunt in aëreis signis Sol, Mars, Mercurius in octaua combusti Sol & Mars secundum figuram in septima, sed uirtualiter in octaua, significant quòd suspensus fuit ratione, dominæ cum qua commisit adulterium. Vnde signum Aquarij cum fuerit in octaua, & Capricornus in septima, & dominus quartæ infortunatus in octaua, significant quòd dominus fecerit ipsum suspendi, eo quòd constuprauerit uxorem suam, significant etiam quòd uxor morietur, quia dominus quartæ significat uxorem domini.



Sol significator mortis solus, saluus ab infortunis, significat quòd natus morietur ex acuta infirmitate & nimia caliditate, eritq; mors inter socios & amicos. Si autem fuerit infortunatus, morietur mandato domini, uel ratione patris, uel consanguinei sui, aut subito à dolore cordis uel stomachi in magna societate hominum, uel oppressione in loco uili, uel in loco tristitiæ, exhalabit animam.

Venus significatrix mortis sola, & ab infortunis libera, significat quòd natus morietur ex dolore uentris, uel ex commestione ficuum, dactylorum. Si uero fuerit damnata, morietur natus ex nimio coitu, uel mortali medicamine, uel morietur morbo stomachi, uel cordis, uel epatis, uel egestione sanguinis, siue apostematibus, uel fistulis, aut malis potionibus, aut infirmitatibus uenientibus ex nimia humiditate.

Mercurius solus significator mortis bene dispositus, significat mortem ex infirmitate capitis, uel ex infirmitatibus animæ sensus communis, sicut cogitatio, fantasia & his similibus, uel ex dolore cito interficiente, uel ex dolore intestinorum, uel ex isteritia, uel ex doloribus occultis & diuersis, quorum causa non cognoscitur. Si uero fuerit infortunatus, morietur causa ratiocinationis, uel ratione scripturæ uel consilij, uel melancholia, uel mania, uel epilepsia, uel tussi, uel sputo superabundante.

Luna sola dispositrix mortis, libera, significat quòd morietur ex infirmitatibus, quæ proueniunt ex assumptione ciborum humidorum, uel ex multo potu, uel ex superfluo coitu. Si uero fuerit infortunata, morietur natus secundum naturam ipsam infortunantis.

Planeta gubernator mortis saluus ab infortunis, potens in suis dignitatibus, & si nullus planeta contrarius supra eum eleuatur, accidet mors propter infirmitates. Alia autem mors scilicet mala, accidit quando significator fuerit infortunatus, uel debilis, uel in alienis dignitatibus ei contrarijs, aut quando planetæ contrarij super eum eleuentur.

Infortu

Infortuna in gradu quartæ domus, male disposita, & si cū hoc significatum ab octaua domo sumptum debile fuerit, natus facilliter periclitabitur mala morte. Et si talis infortuna fuerit Mars, erit per ferrum uel ignem. Si fuerit Saturnus, erit ex toxico uel infirmitate uentris.

Dominus ascendens infortunatus à Sole & Marte, si fuerit unus ex illis dominus mortis, significat natum comburi.

Si Saturnus fuerit dominus domus mortis, aut si habuerit fortem significatio nem in morte in signo aqueo & signū octauæ aqueum, natus submergetur, & si signa fuerint terrea, ab alto cadet, si humana ab homine interficietur, atq; sic de alijs.

Si Iupiter fuerit dominus mortis, uel in domo mortis, natus habebit longam infirmitatem, & pœnas ac mortem grauem & tardam.

Gradus septimæ ac eius dominus damnatus indicat malam mortem.

Sol damnatus in diurna genitura, malam minatur mortem.

Luna damnata in nocturna genitura, malam mortem indicat.

Significatores mortis supra terram damnati, dant mortem manifestam uel suspendio, Sub terra obrui, aut naufragio perire.

Significator mortis in signo terreo, mors erit in cauerna, aut propter ruina. In aëreo stando in alto, uel in equo, aut per suspensionem, & sic de alijs.

Martis significatio in causa mortis est certior quàm Saturni. Saturnus enim in signo aqueo, uel humido in domo fortunæ, aut inter terminos duarum fortunarum, proiciens radios ad signum aqueum non interficit.

Infortuna in quarta, dat mortem turpem.

Mars dominus ascendens sub radijs, rex faciet natum interfici.

A domino termini gradus septimæ, & à domino termini gradus oppositi Hylech, scitur causa mortis, & ab eorum dominis, modus mortis. Vnde si fuerint in decima uel undecima, morietur natus per casum de alto. Si in nona in itinere: si in ascendente, in domo sua: si Mars in coniunctione eius uel quadrato supra terram, morietur ense: si cū hoc in igneo, cōburetur: si in aqueo uulnerabitur. Si illud signū fuerit in quarta domo, necabitur. Si in octaua, pauper & miser morietur.

Luna si fuerit Hylech, erit oppositus eius gradus significator mortis.

Primus dominus triplicitatis quartæ domus, uel gradus occidentis, uel eius dominus, & Sol in natali diurno, aut Luna in nocturnis, simul impediti, mortis extraneæ, uel infœlicis inditium dant.

Infortuna in octaua cum domino octauæ, mors foetida mala, & extranea significatur. Mars igne & ferro Saturnus autem ueneno aut commestione.

Mars in occasu Horoscopum circumueniens, malæ mortis minatur exitum.

Pars mortis damnata, si dominus eius non fuerit à fortunis aspectus, natus turpiter morietur.

Si Luna in ascendente fuerit, Saturnus in Medio cœli, Mars in quarta, natus interficietur, & postea suspendetur.

Significatore mortis cadente ab angulis, natus morietur ex casu ab alto, si significator fuerit in signo aëreo infortunatus, maxime si fuerit cadēs sub terra, Si retrogradus, propter inuolutionem sensuum, & ex melancholia, Si combustus propter suffocationem, ut in balneo &c, morietur.

Si Mars dominus octauæ in Cancro in domo tertia fuerit, expertum est, quod natus non fuit mortuus ex casu, sed fuit percussus gladio, & interfectus.

Saturnus infortunatus in Cancro, uel Capricorno, uel in signis quadrupedū, & si Sol ei per coniunctionem, quadratum uel oppositum fuerit commixtus, ita tamen quod non fuerit in corde eius, uel in opposito Martis, natus morietur per ruina supra ipsum cadentem.

Si dominus octauæ in opposito ascendens fuerit, aut dominus ascendens, morietur casu ab alto.

Mars

Mars in casu suo significat casum ab equo, uel morsum canis. Vel si fuerit Al-
muten mortis, & cadens significat mortem ex casu.

Mars in terreo signo casum ab alto minatur.

Si domus octaua signum bestiale fuerit, caueat natus ab incurfu bestiarū, aut
à casu, de bestia, uel equo.

Mars in octaua aëreo signo, minatur nato casum de equo. Si ibi fuerit in A-
quario, morietur tonitruo & fulmine.

Saturnus in Medio cœli, & ille cuius fuerit Anauba in opposito eius, & quar-
tum signum siccum, morietur ex ruina, Si fuerit humidum submergetur, Si fuerit
signum formæ humanæ, strangulabitur.

Saturnus uel Mars in duodecima domo in Sagittario uel leone, significat q̄
natus cadet ab equo, uel bestia, & forte sic morietur.

Dominus duodecimæ Saturnus in Medio cœli in signo Sagittarij, significat
casum ab equo. Si Iupiter ex opposito Saturnum aspicit, malum ei non faciet. Nam
Iupiter disturbat illud quod Sagittarius ostendebat.

Si dominus septimæ in nona, uel in tertia in terreo signo infortunatus fuerit,
natus præcipitio interibit.

Venus in octaua domo, significat præcipitium, secundum aliquos.

Signum quartæ domus terreum, & Saturnus in quarta, uel Medio cœli, signi-
ficat quod morietur per casum parietis super eum. Si signum aquaticum, in aqua
submergetur.

Saturnus Mars uel Mercurius, in duodecima infortunatus, significat malum
per bestias.

Si Saturnus, uel Mars in octaua in Sagittario fuerint, cadet natus, & proster-
netur ab equo.

Saturnus in Medio cœli, si tunc Sol uel Luna fuerit Hylech in signo igneo in
quarta domo, significat eū mori per ruinā, aut per rem quæ supra natum cadet. Sed
si signum quartæ fuerit aqueum, submergetur in aqua. Si humanum strangulabi-
tur, uel occidetur baculis.

Saturnus & Mars in septima in duplicibus signis, ruinam, & præcipitiū mi-
nantur, multo tamen uehementius, si Luna eis in ascendente opponitur.

Iupiter & Mars in septima, si non aspexerint cuspidem quartæ, natus caden-
do ex alto, morietur.

Mars in septima, si Luna plena ei coniungitur, aut Saturnus de Medio cœli,
aut ex ascendente opponitur, in signo præsertim solido constitutus, ruina natus in-
genti obruetur. Signa enim solida ruinam potius quàm casum portendunt, econ-
trario duplicia.

Si Sol in octaua peregrinus, & infortunatus fuerit, & in fortuna dominum
octauæ aspexerit, natus ex alto cadet, & morietur.

Si Mercurius dominus octauæ fuerit, natus morietur per casum de alto.

Luna in angulo uel succedenti, et Iupiter in secunda uel duodecima peregre-
nus in terreo signo, natus cadendo ab alto morietur.

Luna in Medio cœli, & infortunæ in eius opposito, domus, uel murus, uel ali-
quid aliud corruet super natum, & sic morietur.

Sol & Luna coniuncti in Medio cœli, & Saturnus in Imo cœli in opposito
eorū, & Mars in ortu matutino, uitio mētis agitatus, altiori è loco sese præcipitabit.

Luna in secunda domo, à beneficis non aspecta, & in solido signo posita in
diurna genitura, minatur pericula casuum.

Mars in undecima, uel Saturnus in decima, uel Luna in quarta uel quinta,
communiter ruinam significant, uel ex edificijs prolabi, aut à quadrupedibus deici-
ci, aut pericula uitæ ex his impendere.

Significator mortis infortunatus, & retrogradus, strangulabitur, uel morietur nimia siti.

Saturnus significator mortis in signo fixo infortunatus, & Sol ex quadrato uel opposito ipsi coniunctus, occidetur in seditione ac tumultu populi, uel strangulabitur. Si in tali dispositione in Leone, uel Scorpione fuerit, morietur à moribus ferarum. Si in Ariete, Tauro, uel Capricorno, morietur ratione equorum, bouum, asinorum, uel mulorum. Si in Cancro uel Piscibus fuerit, interficietur ab animalibus in aqua uiuentibus. Quòd si Iupiter infortunatus Saturno coniungitur, uel aspicit, morietur in carceribus.

Saturnus in quarta damnans dominum octauæ, mors erit in carcere, uel propter pœnas magnas.

Planetæ potentes super loca mortis, si fuerint in Geminis cum Mercurio, nati mors erit ex casu ab alto.

Si Saturnus in octaua domo fuerit, damnans dominum octauæ domus, nati mors erit propter carcerem, & pœnas.

Si Mercurius fuerit in sexta impeditus, natus in carcere morietur.

Quando significator mortis fuerit in suo detrimento, natus morietur in puteis, uel aquis profundis, uel in loco abscondito. Hic aphorismus probatus est, ita quòd quidam natus habuit dominum mortis in suo detrimento, & fuit mortuus uulnere. Si autem Saturnus solus fuisset significator mortis à prædominio, fuissetq; in Cancro in quarta domo, tunc fuisset suffocatus in aquis.

Saturnus solus significator mortis in aqueo signo in quarta domo, significat mortem per suffocationem, si ibi non fuerit auxiliū fortune per coniunctionem uel aspectum ad octauam domum. Quoniã si fuerit ibi auxiliū fortune, cadet natus in periculū, sed tamen euadet. Sic etiã iudicandū est de octauo loco luminaris conditionarij, si cadat de octaua ab ascendente. Sed huius significatum est minus significato octauæ domus ab ascendente.

Si Saturnus in Leone retrogradus fuerit, natus ab equo aliquid damni patietur, & multa incommoda capiet ex equis.

Saturnus dispositor mortis in Geminis, Virgine, Libra, uel prima medietate Sagittarij, uel in Aquario, uel Piscibus, si fuerit Luna ipsi coniuncta per aspectum, uel corpus, significat quòd natus suffocabitur in aquis.

Saturnus mortis significator infortunatus in constellatione nauis, significat suffocationem in aquis. Intellige tamen hoc in omnibus, si fortuna non fuerit in gradu octauæ fortis in coniunctione, uel eius aspectu beneuolo, quoniam tunc cadet in periculum, & non morietur.

Si dominus ascendens applicat domino anguli terræ, nemo sciet mortem nati, & si cum hoc fuerit in aqueo, submergetur.

Sol & Mercurius in octaua in aqueo signo, in aquis periculum significat, & præsertim si Saturnus eos ex opposito aspicit.

Luna in Scorpione, & Mars in Cancro, in aquis pericula minantur.

Almuten natiuitatis in aqueo sub radijs Solaribus periculum mortis in aquis decernit.

Si Luna in Virgine in opposito Solis fuerit, natus peribit in aqua.

Si Saturnus cū domino non in duodecima, natus necabitur in mari; Si Mars uice Saturni, latrones deprædabuntur eum.

Saturnus in Leone, & fortius in Scorpione, coniunctus Mercurio, & cauda draconis Lunæ, significat quòd natus interficietur ratione animalium uenenosorum uel rapacium, ut sunt leones, ursi, lupi, &c.

Almuten

Almuten mortis infortunatus in constellatione quæ uocatur audax, quæ est prope caudam Scorpionis, significat quòd natus interficietur morfu animalis ueneno si, uel ex ferro uenenato, uel ratione ueneni. Si uero Almuten mortis infortunatus fuerit, cum constellatione uulturis cadentis, uel uolantis, non sepeliatur, sed aues ex rapina uiuentes, comedent ipsum.

Si Venus domina octauæ à Sole combusta fuerit in quadrato Martis, ueneno uel ex nimio coitu natus morietur.

Venus male disposita coniuncta Saturno significatori mortis male disposito, uel coniunctione, uel aspectu, natus interficietur, ueneno per porrectionem mulieris.

Saturnus dispositor mortis infortunatus in Medio cœli, uel Imo cœli, natus precipitatur ex alto, & morietur.

Venus domina octauæ cum Saturno, aut in domo, uel termino Saturni, natus peribit propter inuidiam, uel per uenenum.

Mercurius cum cauda draconis Lunæ in octaua, interficit per uenenum, aut per necromantiam, uel per ingenium natî, uel propter alchimiam, uel propter mala opera.

Luna cum cauda draconis suæ in octaua, significat mortem propter uenenum, medicinam laxatiuam, uel propter secessum.

Luna in Scorpione in aliquo angulo, si Saturnus eam in circulo eccentrici ab alto loco descendens respexerit, natus fluxu uentris peribit. Si uero Luna in Scorpione, & Saturnus eam ascendendo, & propinquus loco alto suo respexerit, constipatione peribit.

Mercurius cum Marte in prima domo in diurna genitura, infelices, & amoris illecebris fatigatos decernit ex falso damnari scripto, uel testimonio, aut morte uiolenta prosternet. In nocturna uero imperatores facit ac duces, & quibus maximi committantur exercitus.

Dominus octauæ si applicat domino ascendētis, aut Sol dominus domus mortis, aut Mars in septima, & Luna in eius opposito, aut Mars in octaua, & Luna in duodecima, subitaneæ mortis signa sunt.

Sol dominus octauæ, & Mars in angulo occidentis, & Luna illi opposita, uel Mars in octaua, & Luna in duodecima, significant mortem repentiam.

Dispositor mortis Mars in contrario Hayz signo humano, si Sol uel Luna eum quadrato uel opposito aspexerit, natus morietur propter rixas & lites quæ inter consanguineos fuerint, uel quia preliabitur, & uulnerabitur in capite. Si ibi Venus fuerit testificata, interficietur manibus mulierum, si ipsa Venus infortunata fuerit, uel malo aspectu affecta. Si uero ibi fuerit Mercurius loco Veneris, natus interficietur ratione latronum, uel prauorum hominum.

Mars significator mortis infortunatus, si fuerit in signis membrorum abscisorum, Ariete, Tauro, Leone, uel Piscibus uel in signis imperfectarum formarum, uel si Mars fuerit infortunatus, in constellatione capitis medusæ detruncabitur nato caput, uel abscidentur eius membra. Si Mars fuerit infortunatus in Tauro, uel Scorpione, natus interficietur, uel comburetur, ratione incisionis medicorum, chyrurgicorum, uel spasmo, uel interficietur pluribus percussionibus de ferro.

Caput draconis Lunæ in octaua, & Mars in opposito, uel quadrato eius sine aspectu fortunæ. Aut si fuerit Luna cum Marte in octaua, natiuitate nocturna existente, aut Luna in aliquo angulorum in aspectu inimico Martis, natus truncabitur capite, uel ferro iuterficietur, aut aliâs mala morte peribit.

Mars in quarta damnans dominum octauæ, mortem uiolentam decernit.

Si Luna infortunata, aspexerit partem planetæ interficientis, natus interficietur. Et si cum hoc fuerit in signo membrorum abscisorum, Ariete, Tauro, Leone, uel Piscibus interficietur ense aut mutilabitur, si Luna non fuerit infortunata.

DE MORTE

Si dominus octauæ domus, & dominus partis planetæ interficientis, infortunant se inuicem, natus interficietur ense.

In nocturna genitura uide gradum cum quo occidit Luna, qui si fuerit in quadrato Martis, natus interficietur.

Dominus septimæ sub radijs Solis, natus morietur in occulto.

Dominus ascendentis combustus absconsa ægritudine natus perimet, qui si sit infortunatus à Marte, incendio morietur, si à Saturno, aqua, atq; hoc intellige, si in octaua dominiū habuerit.

Luna & Mars in octaua domo, si Mercurio fuerint oppositi, tali natus siderum positu, manibus latronum peribit, si in signis terreis, in sanguine suo purpuream natus euomet animam, In aquosis à pecorum abactoribus, In fixis, ab effractoribus domorū, armis insilientibus, uel quòd natus tali constellatione in ijs facinoribus deprehensus, publice plectetur.

Mars in octaua domo damnans dominum octauæ, mors nati erit ex ferro.

Mars capiti Algol coniunctus, ita quòd sit inter eos distantia 16 minutorum, uel minus, eunte Marte ad ipsam stellam, & dominus domus in qua fuerit luminare conditionarium, qui dicitur dominus Anauba, uel exaltationis, uel duarum aliarum dignitatum, fuerit in opposito Martis, uel in eius quadrato, nec aspexerit aliqua ex fortunis gradum ascendentis, nec fuerit in octaua domo, natus capite plectetur. Si aspexerit fortuna retrograda uel combusta gradum ascendentem, uix poterit prohibere, quin decapitetur natus, sed non decapitabitur ex sua culpa. Si non fuerit impedita, releuabit natus à mala morte, sed tamen morietur de ægritudine capitis, ex calida causa, & hoc infra 50 annum. Quòd si non fuerit de Marte hoc quòd dictum est, fueritq; in octaua infortuna, morietur mala morte. Si fuerit ibi fortuna non impedita, morietur bono modo. Si illa fortuna fuerit impedita, morietur ex aliqua incommoditate sibi superueniente. Si fuerit luminare in Medio cœli cuius est auctoritas, sed cum conditione prædicta, natus suspendetur. Quòd si fuerit aliquis malorum tunc in geminis, & alter in piscibus, abscedentur eius manus uel pedes, secundum significatum signi in quo inuenies illum, qui magis fuerit malitiosus. Si fuerit Mars corporaliter iunctus domino ascendentis, ipsiq; in Leone, nec habuerit Mars in ascendente aliquam dignitatem, nec aliqua ex fortunis fuerit in octaua, natus comburetur. Si tunc Mars fuerit retrogradus uel combustus, uel cadens, accidet hoc ei ex sua culpa. Si uero non fuerit impeditus, accidet ei ex causa, quam non meruit.

Si Mars fuerit iunctus capiti Algol, absq; alicuius fortunæ aspectu, luminari temporis in opposito, uel quadrato existente, natus obtruncabitur.

Si Sol & Luna ambo infortunati in sexta fuerint, caput nato detruncabitur.

Si dominus ascendentis applicat domino octauæ ex quadrato uel opposito, natus erit occasio suæ læsionis.

Luna infortunata in signo membrorum incisorum, Ariete, Tauro, Leone, uel Piscibus, truncabuntur membra nati, & interficietur. Si uero non fuerit infortunata, truncabitur membrum, & non interficietur.

Quando signum quartæ domus fuerit fortunatum, & dominus eius in domo & termino fortunæ, natus morietur bona morte.

Si Mars fortem significationem habuerit in morte, aut fuerit dominus domus mortis in igneo signo, & signum octauæ igneum, natus comburetur. Si in signis aëreis, morietur ex uulneribus.

In natiuitate quadā fuit Aries in octaua, & Mars in Leone, & tamen natus nō fuit mortuus in igne, sed uulneribus. Verū si Saturnus nullam permixtionem habuisset in loco Martis, & in gradu octauæ, natus fuisset cōbustus. Nam Saturnus & Mars fuerunt coniuncti, & trigonus Saturni fuit in gradu octauæ domus, & Satur

Saturnus & Mars in duodecima domo, unde non fuit combustus, sed ab inimicis occisus, licet Sagittarius in quarta saluus, & dominus eius in termino fortunæ esset, & licet quarta domus fines rerum significet, tamen significatum sumptum de morte ab ipsa est debile, sicut etiam iudicium de domino triplicitatis mortis &c.

Dominus ascendentis si applicat domino mortis, aut dominus mortis, uel dominus septimæ in ascendente, fuerint remoti ab aspectu Lunæ, natus interficiet seipsum.

Si dominus mortis sub radijs absconditus fuerit, natus occidetur in occulto.

Terminus gradus septimæ si fuerit infortuna, mors erit turpis.

Sol aut Luna in ultima parte signi locati, si infortunantes eos aspexerint, natus à canibus lacerabitur, si foelices stellæ eos non uiderint.

Sol coniunctus domino ascendentis in Leone, & Mars nullam in ascendente habens prærogatiuam, nulla benefica in octaua existente, natus exuretur.

Luna in nocturna genitura corporaliter iuncta infortuna, præsertim Marti aut in eius quadrato uel opposito, natus morietur in igne.

Significator mortis in domo uel exaltatione sua, significat mortem in domo, & terra sua. Si uero fuerit receptus, significat mortem in domo sui amici.

Significator mortis in tertiâ, uel nona domo, significat mortem extra terram suam. Si autem esset in aliqua dictarum domorum in domicilio uel exaltatione sua, significat mortem in domo sua extra terram suam propriam, uel morietur ratione itinerum.

Si pars mortis in una quarta, & dominus eius in alia fuerit, natus morietur extra terram suam.

Si pars mortis in angulo salua ab infortunis fuerit, morietur in terra sua, bona morte.

Pars mortis in domo itineris, uel Saturnus dominus domus mortis, aut Saturnus in octaua, licet peregrinus, uel in Sagittario, uel pars mortis, aut dominus eius in ascendente, aut in signis, in quibus dominus ascendentis nullam habuerit dignitatem, aut dominus anguli terræ in octaua, uel dominus octauæ, uel tertiæ, morietur in exilio contemptissimus.

Si pars mortis in cadente fuerit, morietur extra terram suam. Si in angulo libera ab infortunis, morietur suauiter. Si in quinta uel undecima, morietur in meliori statu uitæ suæ.

Quando dominus octauæ uim suam dederit domino nonæ, natus extra solū patrium morietur.

Dominus octauæ si octauam non aspexerit, natus extra solū patriū morietur.

Mars in quadrato uel opposito Solis, significat mortem uiolentam, aut propter rixas caput illi amputabitur, aut cadet de equo, & morietur.

Si Mars cum Capite draconis Lunæ in octaua fuerit, suspendetur natus.

Luna cum Marte in quadrato octauæ domus, & Medium cœli in Geminis, maxime in diurna genitura, suspendium nato significat.

Si Saturnus in Ariete in undecima fuerit, timeat natus suspendium.

Si octauum signum fuerit fortunatum, & dominus eius in exaltatione, natus morietur in diuitijs & morte famosa.

Si Saturnus, Mars, & Caput draconis Lunæ in ascendente, Venus, Mercurius & Cauda in septima fuerint, natus in frustra diuidetur.

Si Mars & Luna in decima fuerit, mulier in partu morietur, nec puer exhibit uiuus.

Adunatio planetarum in septima, significat natū mori modo miraculoso.

Mirabile quippiam eueniet de significatis cuiuscunque domus, in qua multi planetæ coniunguntur.

Si dominus ascendentis applicat domino octauæ, natus erit occasio suæ mortis. Et si separatur ab eo multum timebit mortem.

Cum idem planeta fuerit dominus ascendentis, & dominus octauæ, natus erit causa suæ mortis, posito quòd alter eorum esset Almuten mortis, unde si dictus planeta dominus utriusq; fuerit bene dispositus, & in gradu octauæ non fuerit in fortuna coniunctione uel aspectu, significat quòd natus quali suauis modo, erit causa suæ mortis, secundum conditionem & dispositionem dicti planetæ domini utriusq;. Si autem dictus planeta fuerit infortunatus, & in gradu octauæ non fuerit in fortuna, natus occidet se modo extraneo & turpi, & hoc secundum qualitatem mortis quam decreuerit mala dispositio dicti significatoris infortunati.

Si Aries ascendens alicuius fuerit, natus erit causa suæ necis. Quòd si tunc Mars fuerit bene dispositus, & fuerit pars fortunæ in octaua, erit fortunatus in his, quæ significantur per octauam domum.

Libra ascendens alicuius, significat similiter, quòd natus erit causa propriæ necis. Quòd si tunc Venus fuerit bene disposita, uel fuerit pars fortunæ in octaua, significat quòd erit fortunatus in his quæ per octauam significantur domum.

Dominus octauæ in octaua, mortem suauem demonstrat, si non sint infortunantes.


Dominus ascendentis si applicuerit infortunantibus in quarta, nemo sciet mortem talis nati. Et si fuerit in signo aqueo, & Saturnus infortunauerit eum, suffocabitur, & eius corpus non inuenietur.

Gradus quartæ domus, significat quod futurum est post mortem de cadauere uidelicet si suspendetur, aut frustatim mædetur &c. Si gradus quartæ domus fuerit fortunatus, sepelietur cadauer. Si dominus eius fuerit Mercurius, cadens, infortunatus, auferentur furtim uestimenta eius post mortem.

Vix aut nunquam morietur mala morte, qui in octaua domo habuerit fortunam.

Qui habet in nona fortunas dominatrices fortes, non aspientes ascendens, erit uilipensus in uita, famosam tamen habebit mortem, & forsan post mortem canisabitur.

¶ Exemplum genituræ propositæ.



Conclusio prima. Natum non interiturum mala morte, designat fortuna in cuspide octauæ, & Almuten significatoris mortis Sol fortis & bene dispositus.

Conclusio secunda. Occasionem mortis suæ credo futuram ægritudinem ex causa acuta & calida, trahitur ex disposito mortis in signo igneo, cui rei attestatur combustio domini ascendentis.

Conclusio tertia. Quadratus Solis ad Saturnum, portendit mortem ex dolore cordis aut stomachi.

Conclusio quarta. Morietur autem apud consanguineos suos, in terris proprijs, in diuitijs & honore. Arguitur hoc, quod significator mortis sit in exaltatione sua. Pars quoque mortis & dominus eius in eadem quarta, & quod Sol sit primus dominus triplicitatis huius octauæ domus saluus.

Conclusio quarta. Ipse quoque plurimum ad occasionem suæ mortis adiuuabit. Nam dominus septimæ est in ascendente, & dominus ascendentis applicat Almuten mortis.

Conclusio quinta. Bona sua pluribus euenient, ad quos non pertinebant, ostendit Iouis debilitatio, qui est secundus dominus triplicitatis domus octauæ.

Conclusio sexta. Maiorum suorum egregia facta diligenter perquirendo ante oculos ponet, & in illis admirabitur utque imitator eorum fiat studebit. Id patet ex tertio domino triplicitatis huius domus fortunato ex trigono in receptione Solis.

Conclusio septima. Magnæ iræ uirum portendit Pars fortunæ in octaua domo.

Conclusio octaua. Venus quoque in hac octaua domo profectum aliquem ex hominibus malis ipsi promittit.

Finis primi libri de iudicijs Natiuitatum.

LIBER SECVN=

DVS DE IVDICIIS NATI-
VITATVM CLARISSIMI MATHEMA=

tici D. Ioannis Schoneri Carolostadij, Professoris

diuinæ Matheseos in celebri Germaniæ No-

riberga, in quo tractantur hæc

Capita.

Caput primum erit de significatis duodecim domorum, item de significatis tri-
plicitatum atq; partium earundem.

Caput secundum, de Coniunctionibus & aspectibus planetarum adinuicem
in natiuitatibus.

Caput tertium de significatis dominorum domorum in duodecim domibus
cœli.

Caput quartum, de significatis planetarum in duodecim domibus cœli.

Caput quintum, de significatione planetarum in domo propria, uel in alterius
domo.

Caput sextum, de significationibus dominorum ascendentis in figura cœli.

CAPVT PRIMVM.

¶ De prima domo.



CIENDVM autem primo quòd in partibus siue for-
tibus non oportet nimium curiosum esse Astrologum,
ut plus sapere uelit quàm oporteat, maxime cum partes
omnes secundariam semper à planetis habeant signifi-
cationem, unde nec tantum illis fidei adhibendum, ut
plus eas ualere credamus quàm planetas, à quibus de-
pendent. Quare ante omnia considerandum erit, quo-
modo se habeant significatores, à quibus desumptæ sunt,
quomodo item domini ipsorum locorum affecti sint in
se, & cum alijs, atq; cum partibus ipsis. Si enim princi-
pia, à quibus emanarunt, foelicia sint, & bene locata, fue-
rintq; domini earum fortes, ac fortunato aspectu colli-

gati cum partibus ex natiuitatibus similiter in loco idoneo, & à bonis illustrati, nec
aliter impediti, iudicandum erit bonum à significatis per partes. Contra uero di-
cendum, si fuerit contraria dispositio, nec facile proferatur de parte aliqua iudiciũ,
nisi fuerint prius omnia bene collata. Nam per se partes omnes modici uigo-
ris existunt, si non fuerint aliunde firmatæ. Idem iudicium erit de dominis triplicita-
tum, & de minus principalibus significatoribus, sicut pro morte gradus septimæ do-
mus, & eius dominus. Item primus domus triplicitatis octauæ domus, sunt signifi-
catores minus principales mortis qui augent, uel aliquid adimunt à significatis prin-
cipalium significatorum. Sic etiã intelligendum de alijs minus principalibus si-
gnificatoribus, ut uidere licebit in genitura supra de qualitate mortis, in qua pri-
mus dominus triplicitatis mortis Saturnus fortis & bene dispositus fuerat in quar-
ta domo

T

ta domo, ubi iuxta aphorismum de primo domino triplicitatis octauæ domus, natus debuisset mori in diuitijs & honore, qui tamen fuit suspensus, eo quod potiores significatores mortis aliud promiserunt &c.

Prima domus significat nutritionem, uitam, ac dispositionem cum esse corporis & ualitudinem, & uirtutem seu debilitatem eius in sanitate & ægritudine, complexionem, & mores animi.

Primus dominus triplicitatis primæ huius domus, est significator uitæ. Si fuerit fortuna, & fuerit in ascendente, uel in decima domo, in domicilio, uel exaltatione sua, aut in alia sua dignitate, fortunis aspicientibus & recipientibus eum, significat bonam nutritionem, longam uitam, corporis sanitatē, & perueniet ad senium. Si peregrinus & infortunatus, uel cadens, contrarium erit.

Secundus dñs triplicitatis est significator status fortunæ uel miseræ eius, qui si fuerit in bono statu, uel fortuna per existentiam & potentiam, significat quod natus erit in bono complemento, & boni status & fortunæ, altus, suæ progeniei conueniens, nominatus alti nominis, qui etiam seruentes habebit. Si debilis fuerit, significat contrarium.

Tertius dominus triplicitatis in bono statu, & fortunatus, natus erit quietus, paucorum itinerum, uitiosus in loco & gente sua, cui quiete adueniet uictus suus. Si fuerit male dispositus, significat contrarium.

Pars uitæ significatrix est status corporis, si fuerit in bono esse, ac loco fortuna, longam uitam significabit, salutem corporis, & hilaritatem spiritus. Si in malo statu fuerit, contrarium significat.

Pars Hylech dominus termini in quæ peruenerit illa pars, erit significator uitæ in natiuitatibus non habentibus Hylech. Et si dominus termini eius fuerit cum ea, aut aspexerit eam, erit Alchocoden.

Pars futurorum siue Celati, ab hac parte scitur qualitas religionis, & à domino ipsius partis. Quando Sol hanc partem aspexerit, paucos filios significat, uel quod filij separabuntur à patre. Et si aspexerit eam Iupiter, significat quod natus ille erit prædicator legis diuinæ, ac iustus & bonus. Sed si aspectus ille fuerit quadratus, non credet quod prædicat. Et si fuerit in angulis, natus erit firmus & constans in lege, quam tenet, nec dubitabit in ea. Et si dominus partis fuerit receptus aspiciens eam, procedet rectis tramitibus, erit perfectus, bonitatem amabit & legem ueridicam. Si non fuerit receptus, & fortunæ eum aspexerint, cadentibus infortunis ab eodē, ostendet natus bona & pulchra facta, tamen facta non faciet conuenientia ueritati nec bono. Et si dominus partis retrogradus & infortunatus fuerit, natus legem suam mutabit. Cauda cum parte hac, aut Cauda per se in nona, damnat legem. Hæc pars infortunata, damnat legem. Si autem fuerit in nona salua, erit iustus & religiosus. Quando dominus huius partis sub radijs fuerit non impedit eum, & si fuerit in angulo erit melius. Si pars hæc fuerit in Capricorno, natus erit grauis, ordinatus, sapiens, & fortium membrorum. Et si ceciderit in Leonem, Arietem, Taurū, uel Scorpionem, natus erit perfidiosus.

Pars stabilitatis ostendit formam nati, quæ si fortunata fuerit cum domino eius, dabunt nato pulchram formam sine macula, prosperitatem in itineribus. Et si pars hæc adhæserit significatori patris, natus assimilatur patri. Si significatori matris, matri.

Pars audaciæ, significat potentiam, ualitudinem, deceptionem, proditionem, audaciam, impetuositatem, latrocinia, interfectionem, militiam. Vide in quem locum natiuitatis hæc cadit, & quem aspectum habeat cum Almuten ascendentis, & iudica sicut in alijs partibus &c.

De secunda domo.



SECUNDA domus significat substantiam, diuitias, lucrum, & uictū nati, supellectilem, auxiliares & ministros, &c.

Primus dominus triplicitatis domus substantiæ directus in suo hayz, & in alijs suis fortitudinibus, dat nato opes multas, & quāto plus procedet in etate, tanto plus crescet bonum eius. Si contrarium, dic contrarium.

Secundus dominus triplicitatis fortunatus, receptus à planeta sibi conueniēti &c, natus letabitur in suis operibus, & liberaliter distribuet omnibus adherentibus ei. Si in diuerso fuerit statu, dic contrarium.

Tertius dominus triplicitatis secundæ domus, si fortunatus fuerit &c, natus erit fidelis, laudabitur ab omnibus propter beneficia sua, ueridicus erit, & legalis emendo & uendendo. Si fuerit infortunatus &c, dic contrarium.

Pars fortunæ in domo fortunæ in forti loco, ab ascendente, si aspexerit eam dominus eius existens in exaltatione sua, uel domo, & Luna recepta à domino secundæ domus, natus erit diues, in alto gradu, & multi ditabuntur per eum. Si pars fortunæ, contrarias condiciones habuerit, existēs sub radijs Solis &c, natus erit laboriosus, angustæ uitæ, uiuet plurimum ex suffragio aliorum. Si hæc pars fuerit in domo substantiæ, infortunis non aspicientibus eam, & dominus domus eius eam de bono aspexerit, & fortunato loco libero ab infortunis, natus erit diues, & abundans sine labore. Et si dominus domus suæ eam non aspexerit, sed luminaria eam, & dominum eius aspexerint, sine aspectu infortunarum, erit fortunatus, & bonæ uitæ, congregabit à rege diuitias, ac ab altis, & nobilibus habentibus dominium. Et si neq; dominus domus eius, nec aliquod luminare eā aspexerit, erit modicæ substantiæ, & debilis uitæ, de labore corporis sui uiuet. Et si cum hoc fuerit sub radijs Solis in aspectu infortunarum, uiuet ex elemosyna, & in ea habenda molestiam patietur.

Pars hæc in nona salua, facit hominem iustum, & religiosum, non curantem mundana.

Pars fortunæ in termino fortunæ in aspectu dñi eius de bono & fortunato loco, si infortunæ non aspiciunt eam, nec dominum eius, natus per uiles modos, & in rebus uilibus lucrabitur, & lucrum bene custodiet. Pars hæc in una quarta, & dominus eius in altera, habebit fortunam à multis partibus. Si hæc pars, & dominus eius, aut alter eorum fuerit in quarta domo, natus habebit prosperitatem in thesauris, aut custodiendo thesauros. Generaliter hæc pars fortunata, aut dominus eius, significat fortunam ex rebus per domum significatis in quam cadit, aut per dominum signi in quo est. Si enim in domo Saturni fuerit, per hæreditatem, & agriculturam. Pars hæc salua extra radios Solis, & dominus eius similiter, natus erit sanus, & bonæ nutritionis. Si infortunata sub radijs, miser, cum mala nutritione. Si dominus partis fuerit infortunatus sub radijs, multas anxietates habebit, & peius si in ascendente fuerit. Pars hæc cadens ab ascendente, si non aspicit luminare temporis, & dominus eius fuerit debilis, infortunatus, ac remotus ab angulis non aspiciens partē, & si dominus domus substantiæ fuerit ab infortunis damnatus, uel à radijs Solis, significat quod erit pauper, nec lucrari poterit uictum complete, forte uiuet de elemosynis. Pars hæc potens, fortunata in bono loco, si aspexerint eam domini triplicitatis suarum, de bonis & fortibus locis, natus erit lucrator substantiæ, diues, & potens. Et si aliqua infortunarum de quadrato, uel opposito eam aspexerit diuersificabitur eius status, habebit uno tempore indigentiam, altero abundantiam. Pars hæc, & Almuten ascendentis, in una quarta, significant durabilem, & fixam fortunam.

tunam. Et si fuerit cum domino itinerum, erit fortuna in itineribus. Pars hæc, & pars regni, ac pars Celati, si fortunata fuerint, erit eius fortuna manifesta. Pars fortunæ in decima uel duodecima domo, habebit dominium in carceratos. Si in tertia fuerit, aspexeritq; eam dominus eius bene à bono loco, habebit bonos fratres qui eum diligent, & ipse eos, habebuntq; simul utilitates, & maxime si dñs ascendentis locum illum aspexerit. Pars fortunæ infortunata, uel in signo masculino combusta, pater morietur ante matrem. Si in fœminino signo, præmoriatur mater. Quando Sol aspexerit partem hanc, & dominus partis sub radijs fuerit, natus cadet de alto. Quando dominus huius partis fuerit in malo loco, & aspexerit partem, significat nato malum, maxime si fuerit sub radijs, & in aspectu infortunarum. Pars hæc in octaua domo, maxime iuncta domino ascendentis, natus erit ualde iracundus, & tardus in factis suis, & si eum aspexerint infortunæ, erit diffamatus in tota uita sua. Et si dominus ascendentis, & dominus huius partis, fuerint sub radijs, modica uita uiuet. Quando dominus partis fortunæ fuerit sub radijs, interficit natum secundæ naturam signi in quo ceciderit pars, maxime si dominus partis fuerit combustus, uel in Cazimi. Si remotus fuerit à combustione quocunq; modo, non interficit. Si pars hæc non fuerit in ascendente, sed fuerit in sexta, uel duodecima, habebit multas occasiones, & impedimenta, substantiam suam dissipabit, uel accidet ei turpis infirmitas, propter quam fugiet de terra sua. Pars hæc in bono loco, in aliquo signo ex regalibus, & Sol in Medio cœli, in loco altitudinis, in bono esse ab ascendente, & similiter pars regni bona, & apta, & fortunæ aspexerint, natus erit Rex. Et si infortunæ aspexerint ibi, dummodo sint ibi prædictæ constellationes, non poterunt multum deprimere statum natî, nihilominus depriment eum à statu Regio, habebit tamen dominium. Quicunq; habuerit Solem, aut partem regni, uel partem fortunæ, aut dominos triplicitatis Solis in diurna genitura, uel Lunæ in nocturna, in Medio cœli, natus perueniet ad regnû &c. Pars fortunæ cû Marte in tertia, uel nocturna domo, natus erit crudelis, sine pietate. Hæc eadē pars in decima, uel eius dominus, absq; aspectu infortunarum, erit fortunatus in suis operibus. Si hæc pars in duodecima fuerit infortunata, longā miseriam, & damnū significat, & erit hoc de natura fortunæ damnantis partē. Si fuerit in duodecima, & in eius quadrato, uel opposito aliqua infortuna, natus erit debilis corporis, & plus in sua insanatia &c.

Pars fortunæ in exaltatione Saturni, erit fortunatus apud senes, & seruos. In exaltatione Iouis, apud potentes, & nobiles, & theologos, ac Prælatos ecclesiæ, In exaltatione Martis, apud equites, milites, & qui in armis se exercent, In exaltatione Solis, apud reges, & magnos principes, In exaltatione Veneris, apud mulieres principum, & nobilium, In exaltatione Mercurij, apud doctores, cancellarios, publicos notarios, negociatores, & scientiarū magistros, In exaltatione Lunæ, apud balneatores dominorū, & uirgines humilis stirpis, & cōmunē populū. Similiter si pars hæc fuerit in domo, uel termino alicuius planetæ, fortuna nati erit apud eosdem homines, sed tamen illi ipsi homines non erunt in tam bono statu ut superiores &c.

Pars substantiæ si ceciderit in domum substantiæ, natus erit potens in lucrando substantiam, maxime si fuerit in termino Iouis. Et si fuerit in illo loco salua, & fortis, & dominus domus substantiæ infortunatus, infortunium domini domus substantiæ, non impediet eum. Si hæc pars fuerit fortunata quamuis dominus domus substantiæ sit infortunatus, non nocebit, &c.

¶ De tertia domo.



TERTIA domus significat fratres & sorores, consanguineos, breuia itinera, fidem, & religionem.

Sol ac Saturnus cum primo domino triplicitatis domus tertiæ, significant fratres maiores, Iupiter, & Mars cū secūdo domino triplicitatis, significant fratres mediocres, Mercurius, & Venus cum tertio triplicitatis domino, significant minores.

Primus

Primus dominus triplicitatis huius domus si fuerit fortunatus, potens, fratres nati prosperabuntur, & diligent se, si contrarium, dic contrarium.

Secundus dominus triplicitatis fortunatus, maxime si fuerit Iupiter, uel Mercurius, natus erit castus, bonæ legis, amator disciplinarum, multa per se inueniet. Si contrarium, erit fornicator, hypocrita, nescius.

Tertius dominus triplicitatis fortunatus in angulo, natus prosperabitur in itineribus. Si infortunatus, dic contrarium.

Pars fratrum combusta, uel dominus fratrum combustus significant paucos fratres. Si hæc pars fuerit in decima in aspectu domini decimæ beneuolo, fortunis eos aspicientibus, euehet fratres nati ad dignitatem magnam. Eadem pars in quarta infortunis aspicientibus, deprimit & deijcit fratres.

¶ De quarta domo.



VART A domus significat parentes, res occultas, bona immobilia, thesauros absconditos, mineralia sub terra, agriculturam, ædificia, res paternas, & fines rerum.

Primus dominus triplicitatis huius domus, significat statum patris, & hoc quo ad dignitatem, qui si fuerit in domo uel exaltatione sua, aut in suo Hayz, receptus à Sole uel Ioue, & fuerit in Medio cœli, uel in quinta, significat bonum statum patri, ac nobilitatem, & diuitias, longam uitam & bonam fortunam. Et hoc si signum in quo fuerit hic planeta, fuerit masculinum. Si signum fuerit foemininum, significat matri hanc fortunam & nobilitatem, & maxime si ipse idem planeta fuerit foemininus. Si hic dominus triplicitatis fuerit peregrinus, cadens, & in malo statu, ac infortunatus, patris depressionem significat, erit uilis & deiectus in malo statu, in mala fortuna & uita, & accident ei impedimenta illo anno quo natus ortus est.

Secundus dominus triplicitatis fortis & fortunatus, pater habebit terras, excolet eas & laborabit in eis, & inde lucrum habebit. Si fuerit in diuerso statu, erit attentator terrarum, ex hoc habebit labores & pœnas multas.

Tertius dominus triplicitatis fortis & fortunatus, significat quod pater erit homo, qui extrahet thesauros, fodiet mineras, abscondet & aptabit lapides preciosos. Si fuerit in diuerso statu infortunatus, erit fossor, aut quadrabit saxa, aut laborabit in mineris malis & foetentibus.

Pars patris ab infortunis aspecta, significat mortem patris. Quando pars patris, & pars matris fuerint in angulo occidentis, significant paupertatem & seruitutem illius, cuius pars ibi fuerit. Et hoc idem significat in octaua, nisi Sol eam aspexerit, & significat paruam durabilitatem parentum. Similiter si pars patris fuerit in secunda, uel sexta, octaua, uel duodecima, paupertatem patris significat. Vide septimam domum à parte patris, & si dominum eius iunctum inueneris cum domino partis patris, pater diligit uxorem, & cognatos suos. Et si dominus partis patris fuerit super terram, & dominus partis matris sub terra, mater preemoriatur. Si fuerit contrarium, dic contrarium. Et si domini ipsarum duarum partium, ambo super terram fuerint, uel sub terra, aspice cui eorum Sol fuerit eleuatus à sua decima, & super eam iudica, quod ipse preemoriatur. Et si ambo in uno signo & gradu fuerint, aspice dominum terminum, & si inueneris eum infortunatum in signo masculino, dic quod pater preemoriatur. Si in foeminino, mater. Quando pars patris fuerit in termino Martis de die, uel in termino Saturni de nocte, et Saturnus uel Mars, ille scilicet cuius fuerit terminus aspexerit eum de quadrato uel opposito sine aspectu aliquo Iouis uel Venis, accidet patri pro filio damnum et labor, et forte propter eundem natum destruetur uilla. Et si Sol fuerit uice patris in constellatione predicta, natus interficiet patrem suum. Et si pars matris fuerit in constellatione predicta, damnus et malum propter filium accidet matri. Et si Luna fuerit uice patris, filius idem interficiet matrem.

Et si aliquis dominorum istarum partium, fuerit in undecima domo ab ascendente, natus erit inimicus patris & matris, maxime si dominus ascendens fuerit in opposito domini domus partis, uel in duodecima eius. . Et quando hæc pars uel eius dominus fuerit in angulis, significat altum nomen, ac gradum. Si hæc pars & eius dominus fuerint fortunati, significat bonum statum patris in uita, & uictu suo. Et si fuerint cū domino quartæ domus infortunati, malum statum in infirmitate patris significant. Decima domus ab ascendente nati erit significatrix matris nati quarta domus esse patris &c.

Pars mortis patris, significat causam mortis patris. Quotiescunq; profectio anni peruenerit ad hanc partem, uel ad dominum eius, significat periculum patri. Et similiter cum peruenerit aliquis eorum ad significatores patris.

Pars hereditatum & possessionum. Hæc pars & dominus eius si fuerint boni esse & loci, erunt nato hereditates, & fortunabitur in eis, causaq; cultus terræ, & sementis acquirat ab eis substantiam. Si fuerint mali esse, significant contrariū.

¶ De quinta domo,



VINTA domus, significat filios & filias, delectationes & solatia, ludum, conuiuia munera, & donationes.

Primus dominus triplicitatis quintæ domus, si fortunatus fuerit fortis & receptus in bono loco, ac signo multorum filiorum, in aspectu Iouis, & Veneris, natus habebit multos filios bonos & fortunatos. Si fuerit in diuerso statu, nato filij morientur, &c.

Secundus dominus triplicitatis huius in bono statu, maxime si fuerit Mercurius, natus erit foelix in mercimonijs, emendo, & uendendo, & per hoc ad magnum dominium ueniet, &c.

Tertius dominus triplicitatis fortunatus, erit amator mulierum, & fortunatus in causis earum, &c. Si fuerit infortunatus, forte erit Zodomita, aut malum habebit cum mulieribus.

Pars filiorum remota ab aspectu fortunarum in quadrato Saturni, aut in secunda domo ab ascendente, aut fuerit Iupiter & Venus, ac Mercurius in opposito suarum domorum, aut Sol, uel Saturnus in opposito ascendens, hæc dāt nato molestiam ratione filiorum. Pars filiorum in una quarta, & dominus eius in alia, filij dispergentur. Quando pars filiorum fuerit in angulis uel succedentibus, significat multos & bonos filios. Si fuerit in locis cadentibus, maxime in his qui non aspiciunt ascendens, significat paucos filios cito morituros. Et quando pars non aspexerit aliquem planetarum, significat quod natus erit dolorosus, & tristis propter filios, & quod primogenitus morietur, aut nascetur mortuus. Quando in opposito partis filiorū, uel in eius quadrato fuerit aliqua fortuna, significat filios. Et si in opposito partis aut quadrato, uel in eius coniunctione, fuerit aliqua infortuna, significat paucos filios, & quos habuerit, morientur. Quando Venus infortunata fuerit à Saturno, & aspexerit partem filiorum ab aliquo angulorum, & non aspexerit eam Iupiter, paucos filios habebit, uel erit sterilis, maxime si cum hoc Luna fuerit infortunata. Quando Saturnus iungitur cum parte filiorum in uno signo, & non aspexerit eos Iupiter, nec Venus, paucos filios significat, uel erit sterilis. Et si pars filiorū uel Iupiter, fuerint in signis sterilibus, sterilis erit. Pars filiorum, dominus domus filiorum, & Iupiter in angulis, in fortibus locis, & cum hoc in signis aqueis, uel multorum filiorum, significant multos filios. Pars filiorum in ascendente, uel coniuncta domino ascendens. Si dominus partis aspexerit eam, habebit filios qui amabunt & obediunt ei. Quando pars filiorum fuerit in Medio cœli, & eius dominus fuerit in bono loco, & aspexerit eam Iupiter, & Venus de signis conuenientibus signo in quo ipsa

quo ipsa fuerit, uel sit pars in domo fidutiæ, & Iupiter in quinta ab ascendente, significat filios fortunatos in alto gradu, à rege honorem, & bonum habituros. Pars filiorum in domo Saturni, si eam infortunæ aspexerint, morientur maiores filij. Si fuerit in domo Martis, & eam aspexerint infortunæ, morientur filij minores. Pars filiorum in octaua, non habebit filios, si quos habuerit, morientur. Et si Saturnus & Mars ibi fuerint, uel aspexerint, filij morientur postq̃ magni fuerint, aut ipsi uel maior pars interficientur, uel si fuerit ibi Sol cum eis, uel eas aspexerit, euadent ab interfectione, tamē accidēt eis occasiones mortis in corpore. Pars filiorū in ascēdēte, natus amabit filios suos multū. Si in secunda fortunata, filij habebunt diuitias. Et si in tertia, habebunt bonum, & utilitatem à patruis, uel consanguineis suis, In quarta, filij multi erunt, habebunt nomina auorum, & auunculorū suorū, & si cum ea fortuna fuerit, & ipsa ibi fortunata, hæreditabunt bona auorū, & auunculorū. Et si cū infortuna fuerit, & ipsa infortuna ibidē, capientur, & incarcerabūtur, & eis anxietates, & labores accident. In quinta, erunt uiriles, & prosperabuntur. In sexta, uietates, & habebūt uictū suū de bestijs, seruis, & seruabus. In septima, odio habebūt patre, causas & rixas cū eo habētes. In octaua fortunata, dimittet suis substantiā eius, & ipsi eorum filijs, infortuna ibidē paucos significat filios. In nona, ab infortunis libera, filios iustos habebit. In decima, filij in corporibus suis ledentur, & faciēt mala facta. In undecima erunt malorum morū, sicut irati rixatores. In duodecima, paucos filios significat, & quos habuerit, fient eius inimici, & eum odijs prosequentur.

Pars temporis filij, cum Iupiter ad hæc peruenerit, uel eā aspexerit, filiū dabit.

¶ De sexta domo.



SEXTA domus significat infirmitates, seruos, & seruas, bestias minores qui non equitantur. &c.

Primus dominus triplicitatis huius sextæ domus, si fuerit fortis, ascendēs in suo circulo, eleuatus super ascendēs, & dominū eius, & ipse per se fortuna fuerit, natus lucrabitur substantiā propter infirmitatē. Si fuerit infortunatus in casu suo, descendens, nec aspexerit ascendens, natus erit liber ab infirmitatibus.

Secundus dominus triplicitatis si fortunatus fuerit, receptus, & in bono loco ab ascendente, ac habuerit in eo aliquam dignitatem, natus habebit seruos & ancillas, &c. Si in statu contrario, dic contrarium.

Tertius dominus triplicitatis huius domus si fortunatus fuerit, natus equitabit bestias, & habebit commodum ex bestijs.

Pars Azemene in partitione ascendētis, & Luna iūcta cū ea, uel dñs ascendētis, Azemene erit in mēbro illius signi, dādo ascendens capiti &c. Si hæc pars fuerit supra terrā, erit patens: Si sub terra, occulta. Si hæc pars & eius dominus fuerint liberi ab infortunis, natus erit incolumis, si contrariū, contrariū. Si pars hæc iungit stellæ Bebeniæ de natura iufortunæ, natus habebit infirmitatē turpē, & manifestā. Pars hæc in una quarta figure, & eius dñs in altera, habebit infirmitates extra locū suū, uel habebit eas in diuersis & multis corporis sui locis. Si hæc pars ceciderit in nonā domū, & eius dñs fuerit infortuna, accidet nato damnū in incredulitate sue legis. Et si hoc modo fuerit in undecima, accidet sibi damnū in amicis: Si in quinta dānū in filijs: In tertia, damnū in fratribus: In secunda dānū in substantiā: In octaua dānum in eius morte, q̃ malo modo morietur: In sexta, infirmitas, abscondita quæ fortis erit, & difficilis ad sanandum: In duodecima, inimici eius insultabunt ipsi.

Pars seruorū, & eius dñs in bonis locis in aspectu fortunæ infortunis ab eis remotis, multos seruos habebit, & fortunā ex eis, si fuerit in cōtrario, cōtrariū dic.

Pars bestiarum equitandarum, si fœlix, salua, & fortunata fuerit cum domino eius in bonis locis, uel aspectu à fortunis, significat bonum usum eorum animalium. Si uero fuerit in malo loco, uel infortuna, dic contrarium huius.

De Septia

De septima domo.



SEPTIMA domus, significat mulieres, coniugium, apertos inimicos &c.

Si primus dominus triplicitatis huius septimæ domus fuerit fortunatus, & multi planetæ dederint ei vim suam, natus ducet multas uxores, & habebit commodum ab uxoribus. Si fuerit debilis, combustus, uel occidentalis, sine coniuge morietur.

Secundus dominus triplicitatis in bono statu, sicut primus, & in ascendente, uel inter ascendens & Medium cœli, natus uxorabitur in pueritia sua. Et si fuerit à parte occidentis, uxorabitur in senectute. Si fuerit debilis, cadens & combustus, ac occidentalis, natus sine coniugio morietur.

Tertius dominus triplicitatis si fuerit in bono statu, natus erit legalis in negotiis suis, & multi uolent ei sociari. Si fuerit in diuerso statu, erit proditor, mendax, deceptor, raptor cū furto, malus in dando & accipiēdo, modicę legalitatis cum socijs.

Pars coniugij coniuncta Marti in uno gradu, & Mercurius eos aspiciens ipso infortunato existente, natus interficiet uel suffocabit uxores. Hæc pars damnata in tertia uel quinta, aget natus cum sororibus suis & filiabus. Et si hæc pars damnata fuerit, & ipsa in quarta domo in signo fœminino, natus aget cū matre. Si iuncta fuerit infortunæ damnanti eã in uno signo, & Luna in septima ab ascendēte, uel si ibi aspexerit, aget cum auuncula sua, sorore matris suæ. Hæc pars in signo communi, & dominus ascendentis in communi, & Venus infortunata, natus non erit contentus in una uxore. Si pars hæc fuerit in sexta, aut pars seruorum in domo coniugij, uxorabitur cum seruabus, aut cum uilibus mulieribus, facietq; turpia & uilia coniugia. Pars coniugij, & dominus loci sui ambo cadentes, & cum infortunis corporaliter iuncti, uel in quadrato aut opposito ipsorum, significat coniugium malum, & quod uxorabitur cum malis mulieribus meretricibus, maxime si fuerint sine aliquo fortunę aspectu. Quando dominus partis coniugij fuerit fortuna, directus in suo cursu, in angulo uel succedenti ab infortunis liber, uxorabitur bene cum muliere pulchra & bona, sine macula. Si contrarium fuerit, contrarium dic. Hæc pars coniuncta Lunæ, uel in eius aspectu, natus ille uel nata uxorabitur in sua progenie. Dominus partis coniugij in domo coniugij, natus uxorabitur in secreto. Et quādo dominus huius partis fuerit Saturnus, & ipse in septima, uxorabitur cum uetula. Et si fuerit signum septimæ domus Saturni, similiter cum uetula uxorabitur. Quando dominus partis coniugij fuerit Mars, & ipse in domo coniugij, cum mala muliere uxorabitur in secreto. Et similiter aspice ad planetas significantes coniugium, si sunt in exaltationibus suis, aut casu, & iudica secundum illud, an erit cum nobili aut cū uili. Et quando Iupiter fuerit dominus partis coniugij, in domo coniugij, uxorabitur cum nobili, diuite, ac famosa. Si Venus fuerit in tali statu, coniugium fiet in hæreditate, & non in censu completo. Si Mercurius fuerit, fiet per risum & truffas. Pars hæc in angulo Mercurio iuncta in masculino signo, natus erit Sodmita. Et si Mercurius aspexerit partem & ipsa in signo masculino fuerit, idē significat. Si Mercurius aspexerit eã, & ipsa in signo fœminino, natus multū appetet delitiari cū mulieribus. Quando hæc pars & eius loci dominus fuerit damnatus, damnationē denotabunt coniugij. Si hæc fuerit cum domino suo fortunata, significat bonum. Quando pars ipsa fuerit in una quarta figuræ, & eius dominus in altera, natus uxorabitur cum una magna, & ab ea ibit ad aliam partem. Et si fuerit ab infortunis libera, coniugium erit leue. Si hæc pars fuerit in secunda domo, fiet coniugium cum serua de uili progenie. In tertia uxorabitur cum muliere, cum qua concubuit prius eius consanguineus. Si infortunata fuerit in hac domo, aget cū sororibus uel fratribus

bus suis. In quarta uxorabitur cum consanguinea, quæ erit legis, & obseruationis bonæ. Si fuerit in hac domo infortunata, aget cum auuncula, suæ matris sorore, uel cum muliere quam loco matris tenebit. In quinta uxorabitur cum muliere iuvene, & formosa, in bono statu. Si fuerit in hac domo infortunata, aget cum filio suo. In sexta, sicut in secunda. In septima, aget cum muliere nota, quam non diligit. In octaua, periculum accidet ratione mulieris. In nona uxorabitur cum muliere extranea. In decima, cum muliere nota, de nobili progenie. In undecima, cum muliere quam prius diligebat, & habebit ex ea filias plures quam filios. In duodecima uxorabitur cum muliere maculam habente. Si ibi fuerit infortunata, accident ei anxietates & tristitiæ, ratione mulieris. Et quando hæc pars, & eius dominus infortunati fuerint per domos, significat malum, & damnum; secundum naturam domus in qua fuerit.

Pars lasciuia, si Iupiter aspicit hanc partem, capiatur, si Mars fornicator erit.

¶ De octaua domo.



OCTAUA domus significat mortem, hæreditates mortuorum, occultas facultates, timores magnos, uenena lætalia, &c.

Primus dominus triplicitatis octauæ domus fortis, significat quod natus morietur in diuitijs, & honore. Si infortunatus cadens, uel peregrinus, morietur mala morte.

Secundus dominus triplicitatis si fortis fuerit, natus hæreditabit substantiam mortuorum parentum, uel auorum. Si infortunatus, natus relinquet substantiam suam his, qui de morte sua non dolebunt.

Tertius dominus triplicitatis fortunatus, natus sequetur uiam antecessorum, & magnificabit familiam suam. Si infortunatus faciet contrarium.

Pars mortis, uel dominus eius, si iungitur domino ascendentis, natus erit multarum infirmitatum, & impedimentorum multorum in corpore, & substantia sua. Quando hæc pars fuerit, in domo itinerum, uel quando Saturnus fuerit dominus octauæ, uel quando fuerit Saturnus in octaua, licet sit peregrinus, uel quod sit in Sagittario, uel quando pars mortis, & eius dominus, & dominus domus octauæ fuerit in ascendente, siue sint in signis in quibus dominus ascendentis nullam habet dignitatem, uel quod sit dominus anguli terræ in octaua, uel dominus octauæ in tertia, hæc omnia significant, quod morietur extra terram suam pauper. Si infortunata hanc aspexerint partem, natus interficietur. Et si dominus huius partis fuerit in oppositione domini octauæ domus, & in signis inimicis, natus occidetur. Si pars hæc fuerit in una quarta figure, & eius dominus in altera, natus morietur extra terram suam. Et quando hæc pars fuerit in angulo ab infortunis salua, morietur in terra sua morte naturali. Et si fuerit in tertia, uel nona domo, morietur extra terram suam. Si fuerit in quinta, uel undecima, morietur in meliori statu suæ uitæ. Si in secunda uel octaua, aut sexta uel duodecima, morietur ratione substantiæ, aut per manus inimicorum, uel captus. In octaua domo, morte naturali morietur, secundum complexionem, & naturam signi in quo fuerit dominus eius.

Pars planetæ interficientis, si Lunam aspexerit, & Solem, & Luna sit in signo membrorum, incisorum impedita, abscindetur aliquod membrum. Et si hæc pars, & dominus eius, & domini signorum in quibus sunt, impederint se inuicem, interficietur.

Pars anni quo timetur mors, uel dominus eius, si iuncti fuerint cum domino ascendentis, & ambo infortunati, natus erit multarum infirmitatum, ac multorum impedimentorum in corpore, & substantia sua, & forte destruet se, uel perueniet quasi ad destruendum se &c.

¶ De nona domo.



NONA domus significat longa itinera, religionem, & fidem, somnia, sectas, sapientiam, diuinationem, philosophiam, scientias &c.

Primus dominus triplicitatis nonæ in bono statu, natus faciet itinera, & habebit inde utilitatem. Si fuerit in diuerso statu significat contrarium.

Secundus dominus triplicitatis fortunatus, natus erit bonæ legis, religiosus, Si in diuerso statu dic contrarium huius.

Tertius dominus triplicitatis fortunatus, natus habebit somnia ueridica, & erit interpretes eorum, & frequenter habebit iocunda somnia, Si fuerit in statu diuerso, dic conuersum.

Pars itineris per terram, si fuerit in aliquo angulorum, iuncta corporaliter cū domino ascendentis, & cum Luna, natus amabit itinera. Quæ si iuncta fuerit cum Marte, & dominus partis contrarius fuerit suæmet domui, faciet itinera multa, & infirmabitur in illis. Si hæc pars fuerit in una quarta figuræ, & eius dominus in altera, multa itinera, & diuersa significat, in diuersis partibus. Et si fuerit in aliquo angulorum, significat multa itinera. Et si cum hoc fuerit fortunatus, lucrabitur in itineribus suis, & si infortunatus, damnabitur, & in itineribus capiatur. Et si hæc pars fuerit in sexta uel duodecima infortunata, capiatur, ligabitur, & incarcerabitur in itineribus, & infirmabitur.

Pars itinerum per aquam, cum fortunis in signis aqueis, significat quod habebit id quod uoluerit, nec ibi damnum recipiet. Et si cum infortunis, damna, & grauitates habebit.

Pars religionis uel eius dominus, si cum domino ascendentis fuerit, uel cum Almaten ascendentis, aut cum aliquo significatorum ascendentis, natus erit religiosus, iustus, & castus, maxime si aspexerit eum Iupiter, uel cum eo fuerit, & fortunæ significat bonum, maxime quando pars tali modo fuerit fortunata, & eius dominus, similiter & infortunæ significant contrarium.

¶ De decima domo.



DECIMA domus significat regnum, honores, dignitates, exaltationes, magistratus, dominia, magisteria, & matrem &c.

Primus dominus triplicitatis decimæ domus, si fuerit fortunatus & in bono statu, in ascendente, uel decima, natus habebit dominium, uel dignitatem à Rege, cum prosperitate. Si fuerit in malo statu, habebit impedimenta ex parte Regis, & erit contemptus.

Secundus dominus triplicitatis in huiusmodi bono statu, natus erit foelix in operibus suis. Si in contrario statu, dic contrarium.

Tertius dominus triplicitatis huius, si foelix, & fortunatus fuerit, significat quod natus erit nobilis, altus, laudatus &c. Si in diuerso statu fuerit, contrarium significat.

Pars regni in aliqua domorum Martis, & aspexerit eam Mars de bono, & fortit loco, & ambo in locis altis Regum, & aspexerit eos Sol, & pars fortunæ fuerit in bono loco, fortunis eam aspicientibus, de bonis, & fortibus locis, natus erit dominus militum, & dux exercituū, & ibit cum militibus, & exercitibus præliatum, cum inimicis regni, securus erit, ac boni consilij, in operibus suis uictoriosus, & foelix in suis prælijs, ac in eis sapiens, & mansuetus. Si ibi aspexerint infortunæ, erit inferioris gradus. Et si omnes hij significatores fuerint depressi, erit miles

ab uno

ab uno clipeo. Hęc pars cum domino decimę domus, uel unus eorum in ascenden-
te, natus habebit dominium, & posse in pueritia sua. Si fuerit in Medio cœli habe-
bit illud in etate media. Si fuerit in septima, in senio, similiter etiam in quarta domo.

Pars operis & magisterij, & eius dñs fortunati, & in bono esse, natus insinu-
abit facile se magisterijs, & operibus bonis. Et si fuerit in Geminis, uel Virgine,
uel aliquo signorum significantium mores, & magisteria, natus erit laudatus in ope-
ribus, & factis manuum suarum, & si cum hoc habuerit aliquam commixtionem
cum significatoribus domus substantiæ, lucrabitur inde magnam substantiam, si
non, nihil lucrabitur inde. Quando pars hæc fuerit in una quarta figuræ, & eius do-
minus in altera, habebit magisterium suum in itineribus extra locum, suum rati-
one itineris. Et si dominus partis habuerit aliquam dignitatem in signo in quo fue-
rit, natus habitabit in illo loco, extra terram suam, in quo fuerit, & habebit uicini-
tatem ibidem.

Pars fœlicitatis, siue Iouis, significat euasione, uictoriam, & defensionem,
iustitiam, & patientiam, legem, & rectitudinem, & prudẽtiam in factis eius, & iudi-
care inter gentem, ac bonos fines in rebus, domos orationis, & res iustas sine de-
ceptione.

Pars Matris significat esse matris, sicut decima domus huius partis, iudicium
est idem cum parte patris &c.

¶ De undecima domo.



UNDECIMA domus, significat amicos extra sanguinem, bonos fau-
tores, fidutiam, & spem, & est domus fortunæ.

Primus dominus triplicitatis huius undecimę domus fortuna-
tus, & receptus fuerit, natus habebit multos amicos cum magno emo-
lumento. Si in contrario, erit solitarius, & ingratus.

Secundus dominus triplicitatis huius fortunatus, natus erit diues, & honora-
tus. Si in diuerso statu significat contrarium huius.

Tertius dominus triplicitatis huius fœlix, natus habebit filios remansuros
post eum in diuitijs. Si fuerit infortunatus, debilis, cadens in malo statu, natus non
habebit filios post eum remansuros in suis diuitijs &c.

Pars amicorum in Medio cœli, uel in locis altis & fortibus, libera ab aspectu
infortunę, maxime si fuerit in signo fixo, natus erit legalis, & ueridicus suis amicis,
& tenebit bonam amicitiam cum eis. Si uero fuerit cadens ab angulo, uel ab angu-
lis remota, & fuerit in signo mobili, uel cõmuni, natus erit proditor suorum ami-
corũ & seruabit eis malã fidem, nec erit firmus in amicitia, associabitur pro maio-
ri parte uilibus. Nota quòd si quæuis pars, uel dominus partis, uel dominus aliquis
anguli, siue dominus triplicitatis, in hanc domum ceciderit, significat bonum in ea-
dẽ pro sua significatione, dũ modo non sit in aspectu infortunę, neq; sub radijs, neq;
in casu suo. Si pars hæc, & eius dominus, fuerint boni esse in bonis locis, in signis
mobilibus, natus habebit multos socios, & si fuerint fortunati, habebit utilitatẽ ex
eis, & ipsi de eo. Si fuerint recepti, diligeretur ab amicis suis. Si hæc pars fuerit in an-
gulo, erit potens, & clari nominis. Si in undecima, quinta, nona, uel tertia, erit ami-
citia firmæ, & legalis. Si in secunda, octaua, sexta, uel duodecima, erit infidelis, &
malus.

Pars fidutię accipitur in die, à Saturno in Venerem, de nocte econtra, & pro-
ijcitur ab ascendente. Si hæc pars fuerit fortunata, natus habebit res in quibus ha-
bebit fidutiam, & quidquid uoluerit. Si fuerit infortunata, nihil horum habebit.

¶ De duodecima domo.



DVODECIMA domus significat inimicos occultos, carceres, tristitias, seruos, animalia magna &c.

Primus dominus triplicitatis huius duodecimæ domus fortunatus, & fortis, inimici nati erunt uehementes, & nocebunt ei. Si fuerit cadens, damnatus, combustus, peregrinus, ipse natus nocebit inimicis, insultabit ipsis, & uincet eos.

Secundus dominus triplicitatis huius fortunatus, natus habebit paucas tristitias, & si quas habuerit cito recedent, Si infortunatus, habebit multas.

Tertius dominus triplicitatis fortunatus, natus erit dialecticus, eloquens, fidelis in rationibus, & causis, & contra quemlibet aduersantem sibi prosperabitur. Si fuerit in diuerso statu, erit debilis rationis, & loquelæ impeditæ, non habebit ius de aduersarijs suis &c.

Pars inimicorum in angulis, inimici nati efferent se contra eum, & inferent ei malum, & damnum quod uoluerint. Si fuerint in locis cadentibus ab angulis, habebit paucos inimicos. Et si hæc pars, uel dominus domus inimicorum fuerit combustus, inimici nati malum facient sibi ipsis, & malum quod procurabunt nato erit per fraudem, uel toxicum, uel necromantiam, uel his simile. Quando pars hæc, uel eius dominus ceciderit in quadratum, uel oppositum domus suæ, uel domini ascendentis, multos inimicos habebit, si non fuerit hoc modonon, habebit multos inimicos. Si hæc pars uel eius dominus fuerit in angulo, inimici nati erunt honorati, nobiles, ac potentes. Et si cum hoc dominus ascendētis infortunatus fuerit, hostes insultabunt ei, & forte interficient ipsum, & peius erit si dominus ascendētis fuerit infortuna. Si in undecimam ceciderit, uel quintam, tertiam, uel nonam, inimici eius erunt pauci, ac modici posse. Si in secūda, uel octaua, sexta uel duodecima, erūt minores & debiliores, nec nocebit, aut offendet natū eorū inimicitia &c.

Pars inimicorum debilis, & cadens, est malum ipsis inimicis, bonum uero nato. Dominus loci partis in ascendente, significat quod multi inimicorum occultorum uenient ad concordiam cum ipso ultro, & ex se moti ad hoc nonnunquam.

Pars contentionis & inuidiæ, si ab infortuna aspicitur maligne, uel cum aliqua fuerit, significat multam inuidiam. Si fuerit in ascendente, aut in aliquo angulo in quadrato domini ascendētis, natus habebit multas lites.

¶ De dominis triplicitatum locorum aliorum extra hunc ordinem.



DOMINI triplicitatis Solis in diurnis genituris, qui & domini triplicitatum luminaris conditionarij dicuntur: Si omnes fortunati fuerint, fortes, recepti in bonis locis & dignitatibus suis, decernunt quod natus erit diues in toto tempore uitæ suæ. Quod si unus fuerit fortunatus & fortis, alij uero infortunati, habebit natus substantiam, & diuitias, in partitione illius ætatis, cuius planetæ est talis partitio, & habebit indigentiam in tēpore partitionis aliorum planetarum. Nam primus dominus triplicitatis significat uitæ principium, hoc est primam tertiam partē uitæ hominis. Secundus significat secundam partem tertie uitæ suæ. Tertius tertiam, & ultimam uitæ hominis. Sic eodem modo indicabis etiam de dominis triplicitatū Lunæ in nocturnis genituris qui uocantur domini triplicitatum luminaris conditionarij. Item de dominis triplicitatum Iouis, partis fortunæ, partis substantiæ pro substantia eodē modo age. Item per dominos triplicitatum loci Veneris pro coniugio, uel cum mulieribus. Pro Marte in itineribus &c. Sic quoque de alijs significatoribus.

CAPVT SECVNDVM,

De Coniunctionibus & aspectibus planetarum
adinuicem in natiuitatibus.

¶ De Coniunctionibus Saturni cum alijs.



SATVRNVS & Iupiter coniuncti in alicuius natiuitate, natus habebit possessiones agrorum, opera Regis, & in his fidus, & honoratus erit, dummodo Mars non aspexerit eos.

Saturnus cum Marte, indicat natum fore mansuetum, sed tarde quod uolet efficiet et cum difficultate, praemoriatur patri & matri suae, & fratres eius adhuc citius e uiuis discedent.

Saturnus cum Sole, patrimonij significat amissionem, & laborem, & damnū in facultatibus acquirendis, & peius erit hoc in natali nocturno.

Saturnus cum Venere, copulabitur natus cum fascino, nec habebit filios maritimos, coabit cum similibus, uiduam aut degenerem, aut anum uxorem ducet.

Saturnus cum Mercurio, natum efficit blesum, uel malae locutionis, uagandum, inopem, & in nullo se intromittentem.

Saturnus cum Luna, a parentibus damna, et corporis debilitate dare solet. Et si natale diurnum, & fortunae aspexerint, erit fortunatus & foelix, maxime si Luna sit aucta lumine.

Iupiter & Mars, dominiū nato significat, diues etiam erit, & nati nomen per diuersa loca expandetur, in militia prosperitate significat.

Iupiter cum Sole, significat honorum inopiam, si autem fuerit orientalis, foelicitatem & patris prosperitatem, & ex filijs gaudia.

Iupiter cum Venere, significat natum in honore nutrirī, & in delitijs, eritq; dilectus a magnis uiris atq; nobilibus, ab his bonā fortunā, similiter in coniuge & filijs.

Iupiter & Mercurius, clericum faciūt, aut legis interpretem, sensus perfecti, & rationis beneficium, ac forte is regis scriba futurus est.

Iupiter & Luna, augmētū celsus diuitiarū, atq; fortunę significat nato uenturū.

Mars & Sol, patris citam mortem, patrimonij amissionem, & census, laborem in omnibus, & ignis combustionem saepe minatur.

Mars & Venus, lites & damna mulieris causa, adulteria cum uilibus significat. Si natale fuerit alicuius foeminae, ea meretrix erit.

Mars & Mercurius, mendacem faciūt natum, sed astutum & eloquentem, in agendis rebus festinum, bonum in foro patrimonij.

Mars cum Luna, uitę paucitatem lesionēq; significat nato futurā, ac uulnus matris angustiasq; si angularis erit, ac nato detrimēta sentiet, & male mortis sortiet exitū.

Coniunctio Solis & Veneris, laudatū, & bonę fame, & populi amatorē significat.

Solis & Mercurij, pium, & sensatum, ac sapientem significat, inde exaltabitur & praeficietur alijs, & domini ipsi beneficient.

Sol & Luna naturam habēt decernendi potestatem, cum communicant suarū uirium potestatem, & eam sumunt talem, qualem dominus loci coniunctionis eis decernit, & concesserit. Itaq; ab illo hospite plerunq; dependet iudicium. Aspiciendum itaq; est, in quorū domicilio, & in cuius sinibus coniungantur. Generaliter aut magnorū uirorū indicat appetere natū cōuersationē, sed cum uitę paucitate.

Venus & Mercurius inclināt natū ad ludos & gaudia, diliget corporis ornatum, cantus & omnem mundiciam, pulcher recitator fabularum, sed ex mulieribus damna sentiet. Si sub radijs fuerint coniuncti, castrabunt natum.

Venus & Luna, fastū quendā significāt & formę pulchritudinē, sed non firmum in coniugio, diliget foeminas aliorum, & forte eius uxor adultera erit.

Mercurius & Luna, sapientiam nati laudabilem significāt, eritq; magni nominis, sed in omnibus instabilis.

De Trino Saturni cum alijs.



SATURNI Trinus ad Iouem, si in opportunis genituræ locis fuerit, agrorum multitudinem domorumq; decernit, templorum ædificationem. Et si Lunam aspexerit, inde laudem assequetur, & à Regibus significat honorari, & copias cū magna felicitàte decernit, præsertim si alter horū fuerit in domicilio constitutus, sed pro mensura genituræ. Nam & alijs procurationum officia decernit, alijs ex magnis hæreditatibus cōmoda, alijs lucra confert alieno labore quesita, & hæc omnia incorrupta fide cōmendat. At si istis sic existētibz Mercuriū aspiciāt, magnarū ciuitatū demōstrat tractare officia, quibus hæc à Regibus demandētur, sed nimis ex filiorū infortunijs laborabūt. At si Mars eos aspexerit, quæ de felicitàte diximus, minora cōtingēt, ac latēti eos pulsabit inuidia, uel quicquid boni decretū fuerit, inimicum testimonium Martis impugnet.

Saturni ad Martem trinus, si in opportunis locis genituræ fuerint, ista radiatione coniuncti, & in his in quibus alter eorum gaudeat signis, uel suis finibus: si nō defuerit Iouis & Mercurij testimonium, maxima lucra, & quottidiana quæ sint incrementa decernit, ex quibus maxima sibi cōparantes dignitatis insignia, imperiosi, potentes facti, & magnarum ciuitatum officia gubernantes, fratrum tamen mortem assidua uarietate uidebunt.

Saturni trinus ad Solem, ut diximus in opportunis genituræ locis si fuerit, & in his in quibus habuerint dignitates, uitæ insignia assidua dignitate largitur, & maximam gloriæ potestatem, famam bonam, nobilitatemq; conferunt, maxime si in masculinis fuerint signis & natale diurnum. Si autem nocturna natiuitas, dissipat patrimonium, sed rursus propria facit uirtute conferri.

Saturni & Veneris trinus, si fuerit in aliqua suarum dignitatum & opportunis genituræ locis discurrant, mansuetos indicant natos, pudicos, bonæ conuersationis & famæ, & qui à uilibus personis inuidiæ labe pulsentur, sed tarde facient eisdem uxoribus copulari.

Saturni & Mercurij trinus, si in suarum aliqua dignitate acciderit, & in opportunis genituræ locis, in rebus agendis doctū sapientē signat, bonum uirū & eruditum, cordatum, ingeniosum, aptū ad disciplinas capessandas, publicis præpositū computis, aut fiscalibus rationibus, uel Regis scribam aut consiliariū, ex quibus magna nato conferantur subsidia facultatum, sed hoc perpetuum sic Mercurij stellam optime in duodecima collocari.

Saturni ad Lunam trigonus, si sint in opportunis genituræ locis, & in aliqua dignitate & Luna aucta cursu, uel luminibus, natos Regibus & potentibus uiris semp bona cōmendatiōe insinuat, & maximæ gloriæ ac potētiae decernit insignia. Quæ si fuerit minuta luminibus, hæc minora præstabit. Hæc autē in natali nocturno sola in octaua domo felicitàte collocata, magnæ felicitàtis largitur augmenta. Ibidem uero in die, si Iupiter in prima fuerit, hæc eadem confert.

Iupiter si Marti fuerit trigonica radiatione coniunctus, & fuerit in locis non abiectis, & in quibus gaudeant partibus, significat audacē, periculis se exponentē, patronū prudentē, honoris cupidum & uictoriæ. Idem administrator rerum domini sui, intrepidus erit, ob quæ consequetur maxime dignitatis imperia, & quibus Regij honores crebris iudicijs conferentur, & magnæ licentiæ potestas.

Iupiter & Sol si trigona radiatione fuerint coniuncti, & sint in optatis genituræ locis &c. maxima indicant nobilitatis insignia, prædiorum abundantiam, & gloriæ decus insinuat, & uitam claro decorat honore, & filiorum gaudia largitur, et honoris augmentum decernit.

Iouis ad Venerem trigonus, et ambo in opportunis locis etc. gratiam significat uenustatis, bonis associat, et honestis uiris amore coniungit, fidumq; consortis affectum

affectum demonstrat, patrimonij & dignitatis augmenta, quæ aut amicorum causa aut uxoris sibi merito conferentur.

Iouis & Mercurij trigonus eo modo quo diximus, ostendit ingeniosos, cordatos intelligentes, acerrima ingenij potestate fulgentes, omnia negotia prospere exequentes, omnibus præpositos potentissimæ merito dignitatis, & qui semper eorum actibus laudentur, & placeant, publicum officium tractantes, uel regios scribas, & qui cœlestium siderum secreta apte cognoscant.

Iouis trigonus ad Lunam, eo modo quo diximus, magnam nobilitatem dominiūq; ac potestatem ostendit, & si sit aucta cursu & plena lumine, faciet claros, noticia nobilitatis ornatos, bonæ famæ testimonio pollentes, aliquos exercitiis præpositos, alios ciuitatibus, alijs prouinciæ demandatur, quæ pro mensura genituræ pensentur, & quorum fides præconio bonitatis ornetur.

Martis trinus ad Solem eo modo quo diximus, maximè potestatis & dignitatis decernit insignia, præsertim si fuerit in nocturna genitura, & in trino dextro Sole fuerit, honoris insignia & potestatis magnæ largitur. Si uero in alio trigoni latere hos Iupiter aspexerit, prospera radiatione, & si fuerit in primis genituræ cardinibus positus, & ex bono loco his Lunæ accesserit radius, maximas administrationes decernit, cui magni committuntur exercitus, infinita dignitatum insignia, quæ fortiora erunt si Mars, Sol, & Iupiter sint in masculinis signis constituti.

Martis trinus ad Venerem, ut diximus, assidua lucra decernit, & prosperi matrimonij nuptias, & qui se grata honestate componant, sed superbiam spiritu subleuati plurima sectantes matrimonia, quæ facilimis rationibus consequentur, uestium & ornatus ostentatorem, & forte publicum scortatorem, uel contra legem luxuriantem producent.

Martis & Mercurij trigonus, ut prædicatur, nati animos & sapientiam notat, cõputos & rationes publicas administrantes, causidicos optimos, & in his laudatos, & tales reddit, ut in omnibus negotijs prosperos semper consequatur euentus, literarum officia secrete tractantes.

Martis & Lunæ trinus, ut prædicatur, computos notat, & in his sapiens erit, si natale nocturnum fuerit, & Luna aucta lumine, & omnia fœlicitatis ornamenta decernit, prosperos actus cum fœlicitate significat, & quæ desiderant facilimis rationibus consequentur, quos si Iupiter bene aspexerit, maximos honores, & maximè decernunt dignitatis imperia & gloriam. Si uero Luna sit diminuta lumine, corpus assidua ægritudinum continuatione debilitat.

Solis & Lunæ trigonus, si in opportunis fuerit locis etcæ, magnæ fœlicitatis decernit insignia, maximè si aliorum planetarum fuerint opportuna radiatione adiuti, uitam claro decorant honore.

Veneris et Lunæ trigonus, si in oportunis locis fuerit, et in his in quibus gaudent partibus, et infœlices non impediunt, si sit Luna aucta luminibus, in nocturna genitura, altissimè potestatis decernit insignia, maximos actus, fœlix matrimonium filiosq; fratres insuper, et sorores, quos fido diliget semper affectu, et formam corporis egregiam quadam cum uenustate futuram.

Mercurij trigonus cum Luna si fuerit in opportunis locis etcæ, bona omnia pro signorum qualitate decernit. Nam quibusdam orationis facundiam pollicetur, alijs præclaras artes, alijs dulcem musicæ sonum, alijs picturæ officium, ac artificium tribuit, et tales quos præclara artium magisteria semper extollunt, populi commendatione præclaros armis etiam quibusdam alios negotiatores reddit, quæ omnia secundum signorum et planetarum loca pensanda erunt.

De Tetragono Saturni ad alios.



SATVRNVS & Iupiter si fuerint tetragona radiatione coniuncti, si superiore loco dextrū Saturni quadratum, Iupiter uero in sinistro istius quadrato fuerit, uitę periculosa discrimina decernunt, & patrimonij substantiā minuit, & omnia consilia sæpe peruertit, substantiā labefacit, actus impedit, & eorum mentes uanis animi dissensionibus semper perturbat, parentes impugnant uario semper genere contrarietatis. Si uero Iupiter superior effectus, & dextrum possidens latus, Saturnum in sinistro positum latere respexerit præcedentiū calamitatū infortunia mitigatur, & parentes aliquo splendore nobilitatis exaltat, & pro mēsurā genituræ nato quotidianæ uitæ necessaria decernuntur.

Saturni quadratus ad Martem, si Saturnus in dextro fuerit, & Mars in sinistro quadrati, omnes nati actus impedit, & ab omni negotiorum officio reddet alienos, diuersas ualetudines, & mixtū caloribus frigus, horrida concussione corpus cōcutit, patrimonij dissipat, ac fratrum mortem adducit. Si uero Mars superior effectus Saturnū in sinistro Tetragoni positū respexerit patri cito parit exitiū & patri, sed ad omnes actus prosperi conatus, efficax studiū semp adducitur, & seposita prioris malicię labe, nō tamē deerit, quin natus paternā substantiā dissipet, & assidua cōtentione rursus augeat, & a domesticis uulnus indignę famę semp impingit.

Saturni & Solis quadratus, Si Saturnus Solem in sinistro positum, minaci radiatione respexerit, & Saturnus superior fuerit, præcedentis generis insignia semper debilitat, dignitatis iacturam cum atroci deiectione inducit. Corpus uero assidua neruorum contractione deformat, & hæc eadem labe nati parentes afficiet, & indicat patres natiante obire mortem quā matres, & ipsos natos sæpe parentibus fore onustos, & nociuę conuersationis exitia, aduersas etiam ualetudines frigido humore concretas, actus omnes, & patrimonij etiā substantiā infringit. Si uero Sol superior effectus sinistro Tetragonū Saturni positum uiderit, graues domesticorū inimicitias semp inducit, & nūq̄ patitur nati causas prosperos fortiri effectus, et prima etate acerba indicit incōmoda, & corpus diuersis ualetudinib9 semp debilitat.

Saturni quadratus ad Venerem, si dextrā quadrati Saturnus possideat partē, & in sinistro Venerē positam minaci radiatione uiderit, amissionem patrimonij, & graue paupertatis onus infligit, ac fœminis, uel uxori uaria calamitatis exitia, & nullam largitur gratiam uenustatis, spes nati frustratur. Si autem Venus superior in dextro Saturni fuerit, honestis & pudicis moribus, decernit uxores, & quæ in domino mariti dominandi sibi uendicent potestatem, maritos semper incorrupto diligentes affectu, sed quæ amorem suum quadam dissimulatione cælabunt.

Saturni quadratus ad Mercuriū, si Saturnus superiorem possideat dextri partem quadrati, exitiale malum ab hora natalis decernit, consiliorum rationes impugnat, cogitę natum alienæ potestati esse subiectum, inuidiæ labe pulsatum, & quorundam linguas impedit, aliquibus uocis blandum sonum largitur, alios obtulis auribus, efficit surdos, nisi Martis testimonium illis iunctum fuerit, mitigatum fœlicium stellarum testimonio. Si uero Mercurius superior fuerit, & dextrum possidens latus Saturnum in sinistro positum, addit uel quid boni decernit, sed aliquanto superioris quadrati mitigatur improbitas.

Saturni et Lunæ quadratus, si Saturnus superior sit in dextro quadrati, et Luna in sinistro inferior, malitiosis humoribus nati corpus laxatur, et animi motus pigra semper deiectione infringitur, et ad nullos actus idoneos reddit, et cōtra matrē litigando maternam substantiam dissipat. Si uero Luna superior in dextro quadrato fuerit, matrem nati misera morte prosternt, uel periculorum continuatione prosequitur, et ex humoribus malignis aduersas indicit ualetudines, matrimonij dama et iurgia cum uxore continuat, et amicorū gratiam tollit et populi.

Iouis & Martis quadratus si Iupiter Marte eleuatiore sit, nati munificentiam significat, a Regibus honorari, negotiorum ipsius stabilitatem, & lucra ex his, filijs tamen & patrimonio nocet. Si uero Mars in dextro quadrati superior Ioue fuerit, significat laboriosam uitam statum, regum impedimenta, labores, & litigia multa nato accidere.

Iouis ad Solem quadratus, si Sol in dextro superior fuerit, & Iupiter in sinistro quadraturam positum respexerit, patris quidem nobile genus indicat, sed patrimonij lacerationem, exhibet a loco in quo natus est, uicinis erit odio. Si uero Iupiter superior fuerit, & Sol in sinistro, tamen ipse quae pater ualde lucrabit, & mirum in modum honorabitur praeter ceteris.

Iouis quadratus ad Venerem, si Iupiter superior effectus, dextram quadrati partem obtineat, & Venus in sinistro posita ipsum respexerit, utilitatem ex parte mulieris nato denotat, fidelem indicat & stabilem in fide, & honestum. Si uero Iupiter inferior Venerem sit, & in sinistro Veneris quadrato, fornicatorem dicitur, illecebris mulieris qui sepe fallatur, corporis ornamenta inquirens, & si quid gaudij susceperit, mutata conditione illa, semper gaudia infringet.

Iouis Tetragonus ad Mercurium. Si Iupiter in dextro superior illo fuerit, nati sapientiam indicat, qui sortilegia sectabitur, Geometriam, Arithmeticam, & Astrologiam am discet, bonam erit uitam, & plurima, ex aliorum munificentia suscipiet. Si uero Mercurius superior in dextro quadrati fuerit, multiplicabitur in seruis, bonum illi erit, & sua uirtute dignitatem aliquam consequetur.

Iouis quadratus ad Lunam. Si Iupiter in dextro superior fuerit, & sit natale nocturnum, natus erit boni nominis, & famae, & honoratus. Si uero Luna superior fuerit, multa decernit foelicitatis insignia, magnis Ducibus, & Regibus notum semper commendat. Sed haec foelicitas non semper perseverat. Nam interdum patrimonij danna minatur, interdum minuit dignitatis insignia, & danna minatur, pigrosque indicat natos.

Mars ad quadratum Solis, si Sol superior fuerit, multa mala decernit, substantiam dissipat, affert infortunium, uisum obscurat. At si Mars superior sit, peiora iudicatio. Sed in genitura diurna haec fortius conualescunt, praesertim si iste aspectus fuerit ascendenti minaci radiatione coniunctus. Nam si Mars in occasu positus, uel in decima lumen Lunae crescentis exceperit, tunc publica animaduersione plectetur. Idem in nocturna faciet genitura.

Martis quadratura ad Venerem, si Mars in decima fuerit, mulierum causa labores adducit. Si signum Martis mobile fuerit, erit natus instabilis in rebus agendis, duces degenerem, uel meretricem. In natali foeminarum, indicat meretrices. Si uero Venus in decima fuerit, ex his actibus uerecundiam sumet, & celabit quae mala conscientia perpetraverat, & abscondet quidquid libidinibus nefarijs fecerit.

Mars & Mercurius quadrati, si Mars in dextro superior fuerit omnium malorum causa erit talis configuratio, natum impugnat, & aduersas indicat ualetudines, custodij, aut carceri mancipat, horrendarum accusationum infligit discrimina, quae mala fortiora sient in diurna genitura, in nocturna autem, ex parte aliqua mitigantur. Si uero Mercurius superior fuerit, malos, malitiosos, callidos dicitur, pessima mentis cupiditate armatos, simulatores, & dissimulatores, alienae natos custodiae tradit carceri, raptos, solliciti, semper stationem quaerentes, & cui pestiferos morsus infligant, omne patrimonium & eorum substantiam sua praua cupiditate quaerentes.

Martis quadratus ad Lunam, si Mars in dextro superior fuerit, matri uiduitatem minatur, uel eam debilitatis uiribus fluxu sanguinis perimit, natus uero debilis uitae erit & paruae substantiae, eritque mendicitatis, & malae mortis inditium. Si Mars in termino Saturni fuerit, & Luna in terminis Mercurij, uel Martis, eius anima dum in corpore fuerit malignis spiritibus dominandi tribuit potestatem. Si uero Luna superior fuerit, ignobiles reddit, laboriosos, & suarum facultatum destructores, & ad nihil idoneos, matrem ostendit abiecti generis, & inter alias calamitates malas et superbas decernit uxores.

Solis Tetragonus ad Lunam, si sit in angulo, Sol in quouis quadrato dat dignitates, & honores, & officij alicuius potestatem, si beneuole uiderint eos stelle, hec maiora erunt. Si uero infelices stelle aspexerint, uite discrimina, & gaudia infortuniorum decernit. Si tamen in tali statu Luna ferat luminibus plena ad Iouem, aut Iupitem conciliantem Lunę crescentis exceperit, nobilitatis insignia maxima cum inuidia decernit. Si autem fuerit Iouis salutaris presidio destituta, fortius maleuolarum crescet improbitas.

Veneris & Mercurij quadratus, quando raro contingat, subtilis magisterij artificialis, & hominem clarum facit, aut alicuius magnę disciplinę magistrum, sed foeminarum aut mulierum causa infamem reddit.

Veneris quadratus ad Lunam, si Luna superiorē possederit locum, & Venerem in sinistro positam uiderit, maxima diuitiarum lucra, sed a feminis damna portedit, aut infamia depressos. At si Venus superior fuerit, maxima foelicitate beatatum, prosperitate in rebus agendis uitam decorat, & factio uxoris amorem reddit inuictatum, filios largitur bonos, & plena letitię comoda, sermonis facundiam, gratiamque, sed adulteras matres, honestas, & morigeras natus sortietur uxores.

Mercurij & Lunę quadratus, si Mercurius superior fuerit, sapientię ornamenta, facundiam, sed ex populari seditione discrimen quandoque largitur, quę si male aspexerint stellę infelices, & Luna ex oppposito Martem, aut Tetragono aspexerit, metuendum fallitatis crimem infligit, & comprehendit, aut in custodia ponit, aut in carceres detrudit publicos, in uinculisque teneri facit. Si autem Luna superior fuerit, erunt instabiles ita ut consilia animi saepe peruertant.

¶ De oppositione Saturni, & aliorum.



SA T V R N V S & Iupiter oppositi, exitia rerum agendarum multa decernunt, filiorumque casus acerbos. Quod si Saturnus in Horoscopo sit, & Iupiter in occasu, post grauiam iuuentutis incommoda, uitę finis cum prosperitate succedet, & commodis.

Saturni & Martis oppositus, grauiam periculorum discrimina, populares seditiones, & grauiam uitę pericula semper infligit, uulnera aut male mortis exitum saepe minatur, multas adducit sollicitudines, & malis facit contrarietatibus implicari, Assiduis ægritudinibus, & grauibus implicat laboribus, & domesticarum inimicitiarum decernit incommoda, crebras seditionum repestates apportat, & patrem eius, aut cita morte prostermit, aut grauibus implicat ægritudinibus. At si in aliquo signis alter horum fuerit, grauibus submersos procellis, naufragos reddit, aut maligno humore concreta pestis fortes infligit calamitates. Si autem de duobus alter in ferino signo fuerit, a quadrupedibus, uel feris uite periculum afferet, aut ueneno occidet. Si autem in signo quadrupedum animalium alter eorum fuerit, non ferino, natum graui ruinae pondere perimet, quę fortiora erunt, si Iupiter eos non aspexerit. Quod si Luna in cardinibus posita ex quadrato respexerit hos, hec grauiora continget, exilia enim saepe minatur, & publica supplicia. At si in quinta, undecima, nona, uel tertiam constituti, diametraliter se aspexerint, omnia prospere foelicitatis incrementa restringunt. Et hæc infortunia medio uitę tempore conualescunt. Si uero in deiectis aut pigris locis constituti fuerint, minus nocebunt, sed dolores, & ægestates adducunt. Quę omnia Iouis aut Veneris prosperis radiationibus mitigantur, aut fere tolluntur.

Oppositus Saturni ad Solem, si Iupiter non bene aspexerit, aut nato aut patri laboriosa uitę pondus imponit, angustiasque diurnas decernit, nonnullas aduersas traletudines inducit, & male mortis exitum, substantiamque dissipat, quę grauiora erunt in nocte, & in foeminis signis.

Diameter Saturni & Veneris, fornicatorem natum fore significat, & non ducit

ducturum uxorem, quam si forte acceperit, aut degenerem aut meretricem accipiet, aut infamem, & denegat omnem Venereæ gratiæ uenustatem.

Diameter Saturni, & Mercurij, linguæ & sermonis impedimenta decernit. At si alter eorum in signis mutis fuerit, mutos indicat natos fore. Quod si Luna cū Mercurio fuerit, hæc ualidiora fient, nisi Mars aspexerit, sed sapientiæ decernitur disciplina, matres in prima occidet ætate, & fratres à nato alienat, aut eos indicat longis peregrinationibus sepe disiectos.

Oppositus Saturni & Lunæ, materna bona disperdit, matridolores, uel labores, aut ægritudines ciet, nisi fortunæ mitigauerint, & in corpore facit matri aliquam maculam, uitam anxiam inducit, & miseriam. At si in signo quadrupedū fuerit eorū alter, ab animalibus dāna minatur. In humanis ab hominibus, In aqueo, humiditas adducit ualitudines, peregrinari cogit, & oculis talis oppositio nociua semper existit.

Iouis & Martis diameter, uitæ inæqualitatē decernit, patrimonij lacerationē, amicorū odia, maxima periculorū discrimina, quæ ex temerarijs actibus inferentur. Iouis & Solis oppositus, paternam substantiam lacerat, honores dignitatesque labefactat, inferioribus cogit esse subiectos, hæc tamen omnia in nocturna genitura fortius inualescunt.

Iouis & Veneris diameter, omnem uitæ ordinem, & promotiones frequenter impugnat, nec fidos amicorum decernit effectus, & quibus aliquam gratiam aliquando contulerit, erunt nato semper ingrati, quibusdā etiam dant foelicitatis augmenta, & sufficientes patrimonij dignitates, & facultates. Quod si in finibus Veneris Iupiter fuerit, eius cupiditates prosperos sortientur effectus. Sed circa affectus mulierum instabiles erunt.

Iouis & Mercurij oppositus, eloquentes impugnat, metuendas populū seditioes indicit, & à popularibus iurgia, & potentibus uiris mala insinuat, fratres morte horrenda, aut ex uarijs simultatibus disiungit, ut parricidiali odio semper inter se depugnent.

Iouis diameter cum Luna, si ea sit aucta luminibus, principalia dignitatū decernit insignia, aut clara nobilitate decorat, & tales reddit, ut nunquam possint alienis potestatibus subiacere, uirtutis gratia, alienis potestatibus insistentes. At si Luna fuerit minuta luminibus, nihil ex precedentibus bonis elargitur, & infortuniorum decernit exitia. Et in nocturnis genituris fortius ista apparebunt.

Martis ad Solem diameter in diurna genitura, patrem misera morte prostermit, oculis nocet, aut ex alto locodeiectos, præcipitat natos, actus omnes etiam grauioribus implicat contrarietatibus. In nocturna autem genitura corpus nati debilitat, & dissipato patrimonio perpetuam ægestatem indicit.

Martis ad Venerem oppositus, in die uarijs implicat errorum uitij, & aduersas indicat ualitudines, filios, & uxores impugnat. Quod si in tropicis fuerit signis, decernit ea quæ de ipsorum quadrato diximus, si nullum his Iouis testimonium commodauerit, maxime in Cancro, uel capricorno si fuerit.

Martis, & Mercurij oppositio, dat infortunia maxima, falsarios, male conscientiae uiros, associatos malis hominibus, facinoribus semper oppressos, accusationes publicas iudiciorum, qui depositum abnegantes, & comodatum pudore soluto non reddant, ita quod ex his contra eos publice sententiæ proferantur, fiantque de causis his exules, aut fugitiui, idque maxime si Mercurius in Saturni hospitio fuerit, sine Iouis testimonio.

Martis & Lunæ diameter, oculis aduersatur, & periculis implicat grauioribus, modicæ uitæ reddit infantes, nec nuptias elargitur. Quod si aliarum stellarum decretis nuptiæ darentur, misera tamen morte prosternentur, quicunque sic nati fuerint, aut publice damnati necabuntur, præsertim si Luna fuerit aucta luminibus.

Sol & Luna oppositi, uitam nati, substantiam, & omnia dignitatis insignia

uaria faciunt ratione mutari, paupertatem ex diuitijs affert, & in facie decorem uacuetudinis, uacuum corpus etiam misera contractione debilitat.

Veneris & Lunæ diameter, dat infœlicitatē nuptiarū, filios denegat, aut misera morte prosternt, idem natus ab uxoribus iniurias patietur.

Mercurius & Luna oppsitī, effrenem multitudinis impetum, & populares seditiones contra natos suscitant, ac animæ quoq; & uerbis eorum tristem semper trepidationem incutiunt.

Aspiciendum ultimo in hoc loco moneo, quibus cum stellis fixis, & etiam erraticis, cadat fortunæ pars, & quomodo à septem planetis aspiciatur. Nam plurimum confert ad natiuitatum iudicia &c.

CAPVT TERTIVM.

De significatis dominorum domorum in duodecim domibus cœli.

Primo de domino primæ in duodecim domibus.



DOMINVS primæ domus bene fortunatus in prima domo, significat nato fortunā per semetipsum, & dat longā uitam, eritq; sani corporis, & mentis, & erit honoratus circa consanguineos suos. Si ibidem combustus fuerit, significat uitam breuem. Sed si in prima fuerit, & si aspexerit planeta à medio cœli, inueniet hæreditatem magnam, & exaltabitur à principe.

In secunda, significat natū fore diuitē, & præsertim si fuerit receptus. Infortunatus ibi, uel combustus, paupertatem, & miseriam ostendit.

In tertia, significat natū facere itinera plurima, & manentem cum fratribus, & propinquis suis. Infortunatus ibi, significat malum, & periculum, nato à cōsanguineis, & fratribus suis.

In quarta, fortunam per hæreditates, & causas patrū, per productiones aquarum, populationes, uel plantationes, & ædificationes, & ex rebus antiquis, & radicalibus, prosperabitur in rebus immobilibus, uel etiā habebit bonū, & utilitatē à patribus, & ex mineris terrę. Infortunatus ibi, uel in octaua, morietur natus in carcere.

In quinta, habebit multa gaudia, & conuiuia, uel habebit filios de quibus gaudet, & amicos multos. Infortunatus ibi, uel combustus, & si signum fuerit aquæ, natus morietur ex ebrietate, aut ex superfluitate assumpta.

In sexta, significat multas infirmitates, & labores. Infortunatus ibi, molestabitur longa infirmitate, & tandem misere peribit.

In septima, significat fortunam, per conuentiones, & factores, atq; uxores, & habebit causas multas, cito irascetur, sequetur mulieres in causis, & rebus earū. Infortunatus, uel combustus, uxor nati erit causa mortis nati secundum naturam signi ibidē inuenti. Si Scorpius, toxicū caueat & uenenū, Si signū igneum, cadet in igne causa rerū uxoris, & sic cremabitur. Si in terreo, natus cadet ab alto, & morietur.

In octaua, significat deceptorem, tristem, timidum, non diu uicturum. Infortunatus ibi, erit periculum, ne mater nati ex partu illo moriatur.

In nona, dat multitudinē peregrinationū longarū, uel erit in locis alienis, extra natale suum, & amabit scientias. Infortunatus, periculum timeat latronum.

In decima, significat fortunā per regē, uel magisteria altiora, uel exaltabit, & sublimabitur, ac dignitates nato portēdit, & dabit ei gubernationes, uel aliquod officium, uel morabitur cū Rege, uitā cum eo agens. Infortunatus, uel cōbustus ibi, ex parte principis malū habebit, captiuabitur, & ex ira principis mortem incurret.

In undecima, fiet fortunatus, & consequetur bonum finē suæ spei, & fiducia, erit bonorum morum, habebit multos amicos, eritq; conueniens cum eis, sed paucos filios habebit. Infortunatus ibi, uel combustus, ex amicis pericula decernit.

In duodecima, multiplicabuntur inimici nati, sed fortunabitur in animalibus quæ equitantur, erit malæ uitæ. Infortunatus ibi uel cõbustus, significat quod in carcere morietur.

Simili uia iudicabis quoq; de partibus per domos, sicut ibi de domino primæ domus.

¶ De domino secundæ domus in duodecim domibus cœli.



DOMINVS secundæ in prima, significat quod natus erit diues & fortunatus in lucrando, & si fuerit ibidem receptus eo melius, & si fuerit receptor in angulo, habebit illud à nobilibus uel altis.

In secunda, multitudinē substantiæ, habebit lucrū & uictū à notis partibus, & si eū dominus ascendētis aspexerit, lucrabit substantiā, et cõgregabit eā & si dñs tertie eū aspexerit, habebit fratres laboriosos, quibus accidēt anxietates.

In tertia, significat damnationem status fratrum, uel dānnm à fratribus, & lucrum in breuibus itineribus.

In quarta, natus & parentes erunt in bono statu, & augebitur domus in qua natus est, & procedet in bonum, habebitq; substantiam à parentibus, et erit multum fortunatus in rebus immobilibus.

In quinta, habebit filios bonos et notos, qui intrabūt domū regis, et inde bonū et lucrū habebunt, sentiet gaudium et læticiam ex rebus delectabilibus.

In sexta, eius captiui et serui fugient, morientur bestia eius, et accidet damnū in substantia, uel significat ægritudinem ex causis rerum immobilium.

In septima, substantiam à malis partibus lucrabitur, expendetq; ea in mulieribus, et causis, uel uenient nato res immobiles ex parte uxoris.

In octaua, turpes expensas faciet non cõsiderans in quos. Et si dominus secundæ domus dederit uim suam domino octauæ domus, eodem domino secundæ in octaua existente, auferetur ei substantia. Et si dominus octauæ dederit uim suam domino secundæ domus, domino octauæ existente in secunda, inueniet substantiam, uel ex hæreditate mortuorum consequetur res immobiles etc.

In nona, habebit mercimonia extra locū suū in itineribus, et substantiā ac lucra à locis absconditis, et aduenient sibi res in causis spiritualibus seu prælaturæ.

In decima, uiuet ex mercede regis et lucrabitur inde, uel consequetur substantiam immobilē à rege, uel principe, seu in causis officiorum, seu iudiciorum.

In undecima, erit substantia à mercimonijs panis, et rebus quæ seminantur, et ex manuleuationibus et debitis, uel fiet diues propter fortunā ipsi accidentem.

In duodecima, erit substantia de malefactis, denegabitur ei substantia sua, uel eripietur, aut erit sibi furata, uel lucrabitur ex animalibus maioribus.

¶ De domino tertie domus, in duodecim domibus.



DOMINVS tertie in prima, natus erit melior fratribus suis, uel erit sine alijs fratribus, eruntq; fratres eius legales, et bonum ab eo habebunt, et significat nato multa itinera.

In secunda, rixabuntur fratres cū eo propter eius substantiā, et hæc de causa ei negotium facient, et dat ei iter in causis officiorum.

In tertia, iuuabunt et defendent eum fratres sui, et eorū plures erūt mali, et sexus uirilis, uel faciet iter in causis solatijs, et propter naturalē ad hoc inclinationem.

In quarta, auferent substantiam patris, et separabunt se cum eo, et consanguinei sui erunt necessarij fratribus suis, faciet itinera in causis possessionum, uel rerū immobilium, et habebit fratres, qui post se nascuntur.

In quinta habebunt fratres itinera in multa, et suismet filijs congaudebunt, et forte habebit fratres in loco extraneo, peraget iter in causis læticiæ, conuiuij, et gaudiorum.

In sexta, natus cum fratribus mutua exercebit odia, & iniurias pares relatas paribus.

In septima, aliquis fratrum nati copulabitur mulieri, cum qua concubuit ille natus, & ex ea filium habebit, uel itinera faciet in causis operum & coniugiorum, uel erit sine alijs fratribus.

In octaua, significat malum statum fratrum & modicam uitam, & quod ille natus superstes erit mulieribus suis, faciet itinera in causis fugę pestis, uel propter ali quod homicidium & mortem.

In nona, fratres copulabuntur cū extraneis mulieribus in locis etiã extraneis, & illic habitabūt cū eis, faciet itinera in causis pœnitentię & gratię Dei acquirēde.

In decima, morientur fratres, nec durabūt, habebūtq; inter se inuidiã, uel habe bit fratres se maiores, itinera faciet in causis prelaturę, magisterij, honoris uel officij

In undecima, fratres amici erunt nato, faciet itinera ut possit inuenire locum fortunatum & prosperum.

In duodecima, fratres erunt inimici nato, & peruenient ad gradum, ita quod super eum potentiam habebunt, faciet itinera in causis inimicorum.

¶ De domino quartę domus, in duodecim domibus.



DOMINVS quartę in prima, significat fortunam ex cultu terrę, & fructibus, uel per ingenium & consilię profunditatem, significat etiam quod natus erit melior omnibus suę stirpis, ac parentibus suis, & q; natus prosperabitur in rebus immobilibus, ædificijs, structuris, agris, uineis, hortis, & similibus, & q; pater non abhorrebit filiũ, & erit parentũ suorũ honorator & benefactor, habebitq; dominũ super ceteros suę progeniei.

In secunda, significat quod parentes habebunt diuitias & bonum statum, & erit natus magis honoratus suis fratribus a patre & matre, significat etiam q; natus cū profectu emat & uēdat domos, & res immobiles, sic q; care uēdat & bene emat.

In tertiã, habebit fratres de quibus pater impedimentũ habebit, significat etiam quod res immobiles accident nato in causis hæreditatum, seu itinerum, seu a fratribus.

In quarta, significat fortunam ex cultu terrę, & fructu per causas patrum, & per res antiquas. Er̄it homo cognitus, nominatusq; inter homines, erit multum fortunatus in rebus immobilibus.

In quinta, pater erit diues ac abundans in substantiã, natusq; habebit filium suum hæreditarium, significatq; eum per filios prosperari.

In sexta, pater erit spretus & abiectus, neq; cognitus, neq; nominatus, ac significat natũ prosperari in causis ægritudinũ & medicinę, facit mendacẽ, proditorem

In septima, significat fortunã ex cultu terrę & fructuum, per causas uxorũ & satorum, & per negotiationes, pater erit de malis hominibus, mali nominis, habebitq; natus patrem odio, ueniet nato substantiã a muliere seu uxore.

In octaua, pater erit modicę uitę, & mater forsitan in partu morietur, morieturq; natus extra natale solum, significat etiam substantiam mortuorum.

In nona, pater erit homo ignotus, extraneus, cæcabit, & mala morietur morte, significat etiam substantiam in causis spiritalium, & ex parte beneficiorum, præpositurarum, uel alicuius alterius prelaturę.

In decima, significat fortunam per conuentiones & negotiationes, & per uxores, & per causas Regis, & pater erit notus regi, & crescet in honore & bono, significat nato substantiam euenire a Rege, Ducibus, uel potentibus.

In undecima, pater erit modicę uitę, & mali status in uita, quã uiuet mox cū natus

natus filius fuerit, sed postmodum exaltabitur, significat etiam fortunam propter fortunam ei naturaliter inditam.

In duodecima, parentes extranei erunt, remoti à locis suis, à quibus pro malo statu, & in indigentia recesserunt, & forte ingredientur ordinem, & natus forte in loco extraneo morietur. In causis inimicorū, substantiam immobilem consequetur, & in causis tribulationum, & angustia, sic quòd cū difficultate profectum accipiet.

¶ De domino quintæ, in duodecim domibus.



DOMINVS quintæ in prima, significat quòd natus amabit filios, suos os multum, significatq; nato multitudinem filiorum, & multitudinem gaudij, & conuiuiorum.

In secunda: fortunatus, filij nati habebunt diuitias, & magnam substantiam, significat etiam nato euenire gaudium in causis diuitiarum.

In tertia: habebunt bonum, & utilitatem, à patris suis dat nato lætitiã in breuibus itineribus.

In quarta: filij multi erūt, habebuntq; nomina auorū, & auunculorum suorū. Et si cum eo fortuna fuerit fortunata, hæreditabit bona auorū, & auunculorū. Et si infortuna uel cum infortuna fuerit, & ipse infortunatus ibidē, capientur, & incarcerabuntur, & accident eis anxietates, & labores. Gaudebit natus de rebus immobilibus, ac parentibus suis.

In quinta: filij prosperitatem habebunt, & erunt uiriles. Natus erit multū lætus, & gaudebit de instrumentis musicis, & cantu.

In sexta: natus uiuet, & habebit suum uictum de bestijs, seruis, & seruabus, erit mitis, & de facili tollerans ægritudinem.

In septima: filij patrem auersabuntur, habebuntq; causas, & rixas cum eo, inueniet gaudium ab uxore.

In octaua fortunatus, natus dimittet suis substantiam suã, & ipsi eorum filijs, si infortunatus fuerit ibidē, paucos filios significat, lætabitur de hæreditate mortuorū.

In nona: ab infortunis liber, natus habebit filios iustos, & religiosos, qui bene obseruabunt legem, sentiet gaudium in peregrinationibus longinquis, & rebus spiritualibus.

In decima lædentur filij in suis corporibus, facientq; mala facta, consequetur gaudium à potentibus, & magnis uiris.

In undecima, filij erunt malorum morum, irati, rixatores, lætabitur, & prosperabitur ex spe, & fiducia, & fautoribus suis.

In duodecima habebit paucos filios, & si quos habuerit, erūt eius inimici, miuetur nato tribulatio, & angustia, & sentiet gaudiū ex animalibus maioribus.

¶ De domino sextæ, in duodecim domibus.



DOMINVS sextæ in prima, significat quòd natus habebit infirmitates de natura illius planetæ, & serui & bestia morietur ei, significatq; nato uarias, ac multas ægritudines in corpore.

In secunda, uictus eius erit ratione seruorum, aut pro dando bestias ad uictoriam, & quòd inde lucrabitur, modicum erit, significat paupertatem, & ægritudinem in causis substantiæ.

In tertia fratres habebit maculatos, & infirmos, opera seruorum facturos, ac significat natum infirmari in breuibus itineribus.

In quarta, pater nati seruis uel filius serui erit, aut opera serui faciet, aliquã maculã habiturus, significat autem ipsi nato euenire ægritudines, in propria domo,

In quinta.

In quinta damnatus, erit pro nutriendis filijs suis, qui ipsi etiam erunt maculati, significat nato ægritudines in causis filiorum uel conuiuiorum, aut uoluptatum.

In sexta, natus erit sanus, nisi aspiciat eum dominus ascendentis, tum enim significaret nato ægritudines ex parte operum.

In septima, aget cum malis mulieribus, ac uilis progeniei, eritq; de malis operibus accusatus. Idem significat ægritudines ex causis uxoris, uel amasiæ, uel inimicorum, litium, & contruersiarum.

In octaua natus sanus erit, mortem inimicorum suorum, ac seruorum uisurus, nisi applicet ei dominus ascendentis, q; significat ægritudines propter mortem alicuius.

In nona, deceptor erit, ac male uoluntatis, infirmabitur extra locum suum, & habebit ægritudines in longis peregrinationibus.

In decima, accident ei anxietates & labores, ex parte regis, & ex hoc in eo inter signa quiddam remanebit, sentietq; ægritudinem propter aliquod officium, seu dignitatem.

In undecima associabitur hominibus sibi ignotis, patieturq; ægritudinem, propter spem & fiduciam suam.

In duodecima, homines uiles, & male progeniei odio habebunt eum, tamen ipsum ledere non poterunt, capietq; ægritudinem propter causas inimicitie, uel animalium maiorum, & proprie quæ equitantur, uel propter carceres & angustias, & alia huiusmodi significata duodecimæ domus &c.

¶ De domino septimæ in duodecim domibus.



DOMINVS septimæ in prima, significat fortunam per conventiones & negotiationes, per causas Medicinæ atq; Astronomiæ, & per opera spiritalia atq; ingenia, & consimilia, similiter quod mulieres natum amabunt, & habebit quod uoluerit ab eisdem, ac bonum ac lucrum ex parte mulierum, & in causis, habebitq; uxores cum maculis, quæ citius eo morientur, significat etiam nato euenire contentiones multas, & quod contra ipsum mouebuntur lites & discordiæ.

In secunda, acquirat mulierem propter eius substantiam, mortem inimicorum & uxoris uidebit, & amissionem substantiæ causa inimicorum, & latronum patietur, suscipietq; contentiones, ac lites in causis substantiæ.

In tertia, frater nati rem habebit cum uxore nati, & habebit odio illum fratrem, & natus uxorabitur cum aliqua consanguinearum, significat idem nato euenire contentiones in causis fratrum.

In quarta, significat fortunam per conventiones mulierum, & per negotiationes, & per causas patrum & hæreditatum, & cultus terræ. Item quod natus uxorabitur cum muliere suæ progeniei, & erit uxor eius casta, bona, & uerecunda, quæ sciet se cooperire, significat quoq; nato contentiones in causis parentum.

In quinta, uxorabitur cum muliere iuniore, quæ erit bonorum morum, et faciet se diligi, significat contentiones in causis filiorum.

In sexta, significat mendacem et proditorem, uxorabitur cum serua, aut muliere aliquam maculam habente, significat contentiones in causis animalium minorum, uel seruorum.

In septima, significat fortunam per negotiationes et conventiones, et per nutritiones quoq; et mulieres, et per factores, significat quod uxorabitur cum muliere cognita bonæ progeniei, tamen non diliget eam. Item contentiones multas in causis mulierum, uel amasiarum.

In octaua, uxorabitur cum diuite, hereditabitq; bona eius, habebitq; aliquid ex hereditatibus mulierum, significat contentiones multas in causis hæreditatum mortuorum.

In nona, uxorabitur cum muliere extranea diuite, et diliget eam, sed contentiones multas in causis fidei habebit.

In decima, significat fortunam per conventiones, & negotiationes, & per uxores et causas regis, uxore nato plane regiam, & excellentem promittit habebitque bonum cum ea, uerum eidem quoque contentiones euenient, in causis honoris & officij.

In undecima, copulabitur cum muliere habente filios, & diliget eam, habebitque cum ea iucundam uitam, & bonam. Sed e contra contentiones multas in causis fortunij.

In duodecima, uxorabitur cum muliere uilis progeniei, que maritum odio prosequetur, & ipsa erit cum eo laboriosa, & anxiosa. Idem contentiones, & lites, multas in causis hostium & inimicorum sustinebit.

¶ De domino octauæ, in duodecim domibus.



DOMINVS octauæ in prima significat quod natus erit iracundus, tristis, implacabilis, nec perficiet quod uoluerit, nec diu uiuet.

In secunda, habebit substantiam, & lucra, ex bonis mortuorum, & rebus celatis, secundum alios significat paucitatem substantiæ.

In tertia, significat quod fratres nati erunt infirmi, maculati, & indigentes, & quod morientur, & quod ipsis mors imminebit in itineribus propinquis.

In quarta, parentes nati erunt extranei, & ualitudinarij, aut contracti. Significat quoque mortem parentum, & quod mors nati, erit in propria domo.

In quinta, morientur eius filij, dum fuerint infantes, & si uixerint, erunt fortes & mali, ac malum facient hominibus. Idem significat mortem filiorum nati.

In sexta, accident ei occasiones, & impedimenta, propter seruos, & bestias, nec habebit in eis fortunam, uel lucrum, sed uidebit mortem familiæ nati ac animalium minorum.

In septima, matrimonium contrahet natus cum mulieribus, ad quas perueniunt hereditates alienæ, & ipse hereditabit suam, & habebit propter hoc bonum, & lucrum, tamen morietur extra solum natale, idem significat quoque mortem uxoris.

In octaua, natus erit sanus habebitque infirmitates leues, ac mortem leuem, & bono modo. Idem significat natum sapius uenire in mortis periculum.

In nona, natus erit male uoluntatis, ac malorum factorum, morietur extra terram suam.

In decima, mors nati erit ex mandato Regis, ueruntamen morietur in constitutione honoris, officij, seu dignitatis.

In undecima, paucos habebit amicos, accidetque ei rixa, & maleuolentia cum his quos habuerit, morietur in meliori statu uitæ suæ.

In duodecima oppugnabitur, & interficietur ab inimicis suis, & mors ei erit cum tribulatione, & angustia, multa & morietur in carcere.

¶ De domino nonæ, in duodecim domibus.



DOMINVS nonæ in prima, Natus erit bonæ legis, & uoluntatis, faciet se amari ab hominibus, sapiens, ac peritus decretorum. Itinerator bono modo, in hoc profectum habiturus, & multas peregrinationes in terras longinquas.

In secunda, habebit substantiam ex peregrinationibus, in quibus ditabitur, sed suscipiet peregrinationes remotas, pro acquirendis diuitijs.

In tertia, copulabitur cum mulieribus extraneis, & transferetur de loco suo, & habebit peregrinationes in causis fratrum, ac consanguineorum suorum.

In quarta, parentes habebunt infirmitatem absconditam, morietur in itineribus, significat peregrinationes in causis parentum.

In quinta habebit filios extra terram suam, & gaudebit ex illis, & ipsi honorabunt eum, suscipietque peregrinationes in causis filiorum.

In sexta, natus ducet seruum, lucrabitur in seruis, & bestiis, & infirmabitur in itineribus, & si sanus in itineribus fuerit, recipiet damnum occasione seruorum

Y suorum

suorū, peregrinabitur in causis familiæ, ægritudinibus, & animalibus minoribus.

In septima, uxorem habebit bonam, & bene morigeratam, quæ ei obediet, & si cum hoc fuerit fortuna, erit uxor illa custos suæ legis, ibidem decernit nato peregrinationes multas in causis contentionum, & litigiorum.

In octaua, maximam habebit uoluptatem substantiam congregandi, & propter hoc iter faciet, peregre etiam profugiet propter metum mortis, uel propter mortem aliquam factam, & in causa hæreditatum mortuorum.

In nona, erit paucorum itinerum, receptus in suis negotijs, ac in dando, & accipiendo, eritq; custos suæ legis, habebit peregrinationes in causis fidei, & religionis.

In decima, coniungentur fratres eius cum mulieribus honoratis, de domo uel progenie regis, significat etiã quòd peregrinabitur, propter dignitatē acquirendã.

In undecima, ab amicis dilectus, ac humanus, & rectus erit, commodusq; & oportunus, fratres eius uxores ducent extraneas. Idem suscipiet itinera propter persecutionem fidutiæ, & spei.

In duodecima, erit malæ uoluntatis, & fidei, neq; Deum, neq; eius dicta timebit, subtilis erit, & macilenti corporis, maleuolus suis fratribus & amicis, malæ legis, & credet quòd in deo non sit ueritas, iter faciet in causis hostium.

¶ De domino decimæ domus, in duodecim domibus.



DOMINVS decimæ in prima, significat regnū per ingenium, & per propinquitatē regis, in rebus uulgi, talis natus habebit dominium, eritq; in magisterijs sapiens, & in administrandis officijs, dabuntur ei dignitates, & officia sponte, significat etiam nato magnos fauores, dignitates, & sublimitates.

In secunda, uita nati erit de donis regis, & officijs, & congregabit per hoc substantiam, significat etiam quòd natus honorabitur propter substantiã, & diuitias.

In tertiã, paucos habebit fratres, & ibit multa itinera, consequetur honores ex fratribus, & breuibus itineribus.

In quarta, significat regnum per amicitiam nobilium, & regis, & per causas tribunorum, & per dispensatores regum, & per cultū terrarū, & ædificationes ciuitatū, & per diuisiones fluminū, & custodias ciuitatum, & ex rebus antiquis, significat etiã quòd habebit dominium, eritq; in magisterijs, ac officijs suis sapiens. Dabuntur ei dignitates, & officia sponte, ac in causis possessionū, rerū immobilium prosperabit.

In quinta habebit filios infirmos, qui forte ex illa infirmitate morientur, & accidet eis impedimentum ex parte regis, ac ascendet ad honores in causis filiorum, & filiarum.

In sexta modicam substantiã habebit, uiuet de bonis quæ sibi dabuntur, modicum habebit dominium, capiet fortes, & faciet eos seruos, significat etiã quòd honorabitur ex causis ægritudinum, ac familiarium, & consequetur honores ex familia.

In septima, significat regnum, per uictoriã cōtentionū, & ex causis uxoris, & quæ uxorabitur cum muliere nobili, sapiente, & consequetur honorem ex uxore.

In octaua, habebit dominium in iuuentute, honores, & dignitates, ex hæreditate mortuorum, & timebitur ne mater nati ex illo partu moriatur.

In nona, habebit dominium in itineribus, erit bonæ uoluntatis, morietur extra locum suum, consequetur dignitates, & sublimitates ex parte beneficiorum, & ex causis disciplinæ.

In decima, erit intelligens, habebit officia, ex quibus uiuet, fortunamq; uel per Regē, uel per regnum magnū, uel per magisteria altiora. Deniq; quicumq; ille erit qui dominum decimi loci in medio cœli culmine positū habuerit, parabit sibi magnas dignitates ex causis magisterij, & officij.

In decia

In undecima: amici eius bonum habebunt de ipso, ipseque substantiam aggregabit a partibus Regis, & hæreditabunt substantiam ipsius filij eius, & significat hic positus, quod honorabitur propter fortunam suam.

In duodecima: infortunatus erit apud Regem, & accident ei ex parte sua impedimenta, & damna, & consequetur honorem, ex hominibus sibi insidiantibus, siue ex suis hostibus.

¶ De domino undecimæ domus, in duodecim domibus.



DOMINVS undecimæ in prima: natus uincet aduersarios suos, & uidebit res quas uult & desiderat, erit in bono statu, bonæ uoluntatis, & uitæ, & si fuerit receptus, habebit res quas uoluerit, & multos amicos bonos, & de eis bonum, & ipsi de eo, & si habuerit filios, lætabitur de illis, eritque fortunatus in rebus agendis, & planè sani corporis.

In secunda, habebit bonum, lucra, ac diuitias per amicos, & socios suos, fortunabitur in diuitijs, seu lucro.

In tertia habebit fratres claros ac nobiles, & in bono statu in sua iuuentute diuitias habituros, & prosperabitur in breuibus itineribus, & inter fratres.

In quarta, parètes habebunt infirmitates, & erunt in bono statu, sed breui tempore uiuent. Natus uero fortunabitur in rebus immobilibus.

In quinta, habebit filios quibus lætabitur, ac bonum, & diuitias, in tota uita sua fortunabitur in filijs, & filiabus, pariter & conuiujs.

In sexta: in malo statu, & malæ uitæ erit, uiuet de sudore suo, eritque breuis uitæ, fortunabitur ex familia sua.

In septima, habebit uxorem fortunatam, & dilget eam, habiturus cum ea diuitias, atque bonum, prosperabitur cum uxore, significat etiam natum in pueritia pauperem, sed in senio diuitem.

In octaua, erit infortunatus, intromittet se de mercimonijs, non tamen habebit fortunam, in his, prosperabitur in hæreditate mortuorum.

In nona, habebit fortunam, & bonum in itineribus, eritque fortunatus, usque in finem uitæ, & erit fortuna eius in longinquis regionibus.

In decima, habebit potentiam, & dominium in iuuentute, tamen eius dominium non erit, nisi super progeniem, & societatem eius, & fortuna eius erit apud eos, qui positi sunt in dignitate.

In undecima erit abundans, multos amicos habebit, bonum, & magnum, non me, ac fortunam, & prosperitatē uariam, significat etiam filios, & amicorū copiam.

¶ De domino duodecimæ domus, in duodecim domibus.



DOMINVS duodecimæ in prima, natus erit laboriosus, & debellatus, habebit multos inimicos, præferim uero domesticos, accident ei anxietates ab inimicis in principio uitæ suæ, significat etiam multitudinē tristitiæ, & angustia, habebit multos insidiantes, & insidias, quæ nocebunt eius corpori, & spiritui, significat etiam nati uilitatē, & impotentiam, ostendit etiam natum in pueritia pauperem, sed in senio diuitem.

In secunda, natus erit malus, malorum operum, malæ uitæ, & in malo statu, dicentur de eo mendacia, & inhonesta, habebitque inimicitias propter substantiam.

In tertia, aduersabuntur ei fratres, & accident ei ex eis anxietates, & labores, & ipsi erunt in malo statu, conciliabit sibi hostes in causis fratrum, & inimicitias in itineribus breuibus.

In quarta, auersabuntur eum parentes, & rixabuntur cum eo consanguinei, & progenies eius, & destruetur domus in qua natus est, & migrabunt ex ea, habebitque inimicitias in causis rerum immobilium.

In quinta, filij erūt ipsi inobedientes, eruntq; in malo statu, & cum multis maculis, & si cum hoc dominus quintæ fuerit in duodecima, nutriet filios alienos, significat etiam tristitiam, & angustiam in causis filiorum, & filiarum.

In sexta, erit infortunatus in seruis, & bestijs, significat multitudinem tristitiæ, & insidias in causis animalium minorum.

In septima, habebit rem cum mulieribus uilibus, & contemptis, quæ auersantur eum, & accident ei molestiæ, ac labores ex eis, erit miser in fine uitæ suæ, & sentiet tristitiam, & angustiam, atq; insidias in causis uxoris, significat etiam quod inimici nati auferent eius bona.

In octaua paucos inimicos habebit, & hæreditabitur ex eo substantia multa, sed multitudinem tristitiæ & angustiae, atq; insidias in causis hæreditatum mortuorum experietur.

In nona recipient fratres eius ab inimicis grauamina, & si fecerit iter, habebit molestias in eo, & erit malæ legis, significat multitudinem tristitiæ, & angustiae, & insidias in causis spiritualibus fidei, & religionis.

In decima, persequetur eum rex, & faciet ei malum, erit dolorosus, & tristis, habebit multitudinem tristitiæ, & insidias in causis honoris, & dignitatis.

In undecima, non habebit bonum, nec auxilium ab amicis, & ipsi fient inimici eius, & ipse miser erit, significat etiam multitudinem tristitiæ, & insidias in causis fortunæ.

In duodecima, inuidos habebit plurimos, paucos amicos, nec detegent inimicitiam, nec nocebit ei malum, uel inimicitia eorum, sed tristitiam, angustiam, & insidias in causis multorum inimicorum, & hostium sentiet, uilipendet inimicos suos, quia non poterunt ipsi nocere.

Notandum quod significationes prædictæ, habent firma, & ueridica iudicia, quando dominus domus, & domus in qua fuerit, fuerint solitarij, ac peregrini, & non aspecti neq; à fortunis, neq; ab infortunis. Tamen si habuerint testimonium fortunarū, uel infortunarū, necesse erit tibi cōmiscere significationes eorū, & secundum hoc iudicare, nuncq; tamen recedendo ab hac regula, aut à radicibus istis.

CAPVT QVARTVM.

¶ De significatis planetarum in duodecim domibus cœli.

¶ Primo de prima domo.



SA TURNVS in ascendente, uel in prima domo, non in domicilio suo, uel exaltatione, significat quod natus erit modicæ uitæ, ac subibit mortem causa debiti, & terrarum, eritq; homo deformis, infortunatus, inuenustus, erit tamen primus inter fratres.

Iupiter ibi significat longitudinem, & prolixitatē uitæ, & prosperum nati successum, dat enim nato proprias suas significationes, facit hominem conscientiosum, iustum, pium, & misericordem, significat etiam reuerentiam, & honestatem, facit hominem pulchrum, & honestum, discretum, honoratum, erit primogenitus inter fratres.

Mars si non est in domicilio proprio, aut exaltatione, erit natus breuis uitæ, et qui uexetur plurimū, erit naturaliter iracundus, furiosus, bellicosus, malus, perversus, & raro bonum operans, significat etiā ablationem substantiæ, & introitum ad res quæ ad ipsum non pertinent, dat uulnera capitis, uel in uultu. Si fuerit in domicilio

cilio proprio, aut in sua exaltatione, facit animosum, potentē, & fortunatū in armis, facit hominem litigiosum, qui semper queret rixas, faciet res horribiles, & absurdas, erit destructor rei familiaris, & se immiscet rebus quæ non aperte erunt illi, de quibus non habebit uerecundiam, erit parum laudatus.

Sol, augmentum auri, & substantiam ex rege, uel potente significat. Itē principatum, & sublimitatē, & exaltationem, etiā amicitiam cum dominis, & facit natum maioris ætatis, aut digniorem fratribus.

Venus, significat natum fortunatum, & longæ uitæ, pulchri corporis, amabitur à mulieribus, & etiā ab alijs hominibus, erit luxuriosus, diligens ornamenta uestium, petet loca amena, intererit sæpe conuiujs, ac gaudijs, habebit amorem in rebus cum desiderio coeundi, item sanitatem corporis, & gaudia multa, delectabitur nuptijs, & choreis, cantilenis, & musicis instrumentis, diligens commestationes, & potationes, & res odoriferas, ac morum honestatem, uultum habebit pulchrum, cum lætis oculis, erit fortunatus in omnibus operibus suis.

Mercurius, facit natum ualde ingeniosum, & cuiuslibet artis exploratorem, de facili artes concupiscit, & addiscit, & de eis bonum finem, & laudabilem consequetur, erit sapiens, discretus, florens intellectu, & scientia, ac membrorum gracillium, & bene proportionatum, profundæ cogitationis, longæ memoriæ, mercaturas diligens, & res sculptas, uariocq; modo figuratas, necnon in musica, delectabitur & in monetis, in Geometria, & Arithmetica. Mercurius ibidem in domicilio suo, aut in Saturni domicilio, facit hominem ingeniosum, & magnæ scientiæ, maxime in quadruiuio. Sed si fuerit cū Marte in Ariete, uel Scorpione, facit hominem latronem, nequam, & malum, loquacem, nugacem, & fastidiosum in loquendo, semper uult loqui, & non uult ut alijs loquantur, & cum hoc erit semper odiosus, & habebit aliquod uulnus in capite, uel uultu.

Luna, natus erit instabilis, uagabundus, flegmaticus, diligens res aquaticas, fiet homo sani corporis, homo negotiorum uariorum, significat etiā principatum, & mutationem de loco ad locum, & gaudium à matribus, & mulieribus magnis, facit hominē flauū, candidū, & habebit aliquas maculas in uultu, dat magnā utilitatem, & dignitatē à magnis uiris, & beneficia ab illis, faciet sepe itinera honorata.

Caput draconis Lunæ in prima domo, significat exaltationem, bonam fortunam nato, erit honoratus à magnis uiris, specialiter à Prælatiis.

Cauda dat perniciem, & tribulationem, facit homines deformes, ueniet in periculum perdendi oculos, aut magnum malum in illis patietur.

¶ De secunda domo.



SATVRNVS in secunda domo, nō in domicilio, uel exaltatione sua, significat quod natus erit modicæ & paucæ substantiæ, cui omnes male uelint, & erit sine amicis, significat etiā ablationem substantiæ, & turbationem amicorum. Si fuerit in domicilio, uel exaltatione sua, facit hominem diuitem, sed auarum, & miserum.

Iupiter, significat multam substantiam, bonam dispositionem, & ingenium, & nunq; erit pauper.

Mars, significat paucitatem substantiæ, & ablationem eius per furtum, uel per impetum alicuius serui uiolentum, & per turbationem ministrorum, facit hominem destructorem rei familiaris, & indigentem, qui semper obiurgabit seruos, & suos subditos.

Sol dat pulchritudinem & lætitiā, in collo, & faciet expendere in rebus magnificis, honoratis, & liberalibus, dat etiā pulchritudinem oculorum.

Venus significat multitudinem substantiæ, præsertim ad ornatū pertinentis, significat etiam substantiam & profectum à mulieribus, etiam magnas diuitias & utilitates à mulieribus, & ab uxore, & non erit magis pauper. Et si fuerit sacerdos, habebit beneficia ecclesiastica.

Mercurius significat diuitias & mercationes, & profectum substantiæ, honorem apud Reges, augmenta diuitiarum per ingenium nati, erit fortunatus in scripturis & mercaturis, bonus scriptor & pictor, ualebitq; in omni arte mechanica, erit doctus & ingeniosus.

Luna, natus consequetur diuitias ex piscinis seu piscibus, & animalibus aquæ, & per molendina. Luna infortunata in secunda, significat perditionem & mœrorē & dat dolores & frustrationes. Fortunata etiam ibidem dat multas diuitias, & utilitates ex legationibus magnorum principum & dominorum.

Caput in secunda, significat augmentū diuitiarū, & bonā fortunā, ita q; nō erit unq; paup, habebit hæreditatem uel bona ecclesiastica, erit diues & avarus.

Cauda, dat paupertatem, destructionē rei familiaris, cadet de loco alto improuise, eritq; homo prodigus & fortunatus in ludo. Cauda ibidem cum Luna, facit dissipatorem suæ substantiæ.

¶ De tertia domo.



SATVRNVS in tertia domo, significat malū in breuibus itineribus, & odiū inter fratres & destructionē eorū, uel q; opprimeret fratres, uel q; non habebit, nisi unum, & si haberet aliquem, semper erit in discordia cum ipso, erit infortunatus in uis, erit parū deuotus, uel hypocrita, omnia eius somnia erunt uana.

Iupiter significat prosperitatē in breuibus itineribus, reddit natū fortunatū ex fratribus & propinquis suis, erit deuotus & credulus, somnia eius erunt uera.

Mars in breuibus itineribus malū minatur, & timendū erit ipsi ab homicidiis aut latronibus in illis, aut de uulnerationibus, significat etiam inimicitiam fratrum, & interfectionem eorum inter se. Et si est in domicilio Veneris, erit gaudiū ex fratribus & sororibus. Vel Mars in tertia, facit mori omnes fratres nati, & semper stabit in lite cum fratribus, erit blasphemator, non timens Deum, & erit infortunatus in itineribus. Et si fuerit in domicilio Iouis, erit multum diues, & faciet multa negocia pro bonis acquirēdis. In domicilio Saturni, facit semper querere thesauros. In domicilio Mercurij, erit subtilis in rebus quæ pertinet ad diuinationes, habebit multa falsa testimonia ex inuidia & pericula. Sed in domicilio suo, uel Solis, facit latronem & deceptorem, & similiter in domicilio Lunæ.

Sol significat itinera in causis honoris & reuerentiæ, uel significat officium regis, & mutationem per regiones, erit honoratus in itineribus extra patriam, & habebit fratres honoratos.

Venus significat amorem inter fratres, et quòd diligetur à suis fratribus, & quòd sit fortunatus in breuibus itineribus, significat etiam incontinentiam et malum à malis operibus, et multitudinem amicorum contra Deum. Alij uolunt, quòd se abstinebit à malis operibus, et habebit fratres fortunatos, et habebit multos amicos et socios, erit honoratus in itineribus extra suam patriam.

Mercurius, erit cōsiliarius fratrum suorum, et profectū sentiet in mercimonijs, et in itineribus propinquis, significat fortitudinem fratrum, sororum, et amicorum, dat fratres et sorores, et multos amicos, erit fortunatus in itineribus. Et si fuerit in domicilio proprio, uel Iouis, uel Saturni, facit doctissimos in omni scientia, et inueniet res suo ingenio quas nunquam didicit ab alijs, habebit bonam fortunā in profectioibus, et bene uolent illi sui consanguinei et fratres, erit fortunatus in rebus ecclesiasticis, scriptura et mercaturis. Et si fuerit Mercurius in Geminis, aut Libra, facit magnos musicos, et cantores perfectos, præsertim in coniunctione, uel in bono aspectu Veneris. Luna

Luna, natus multiplicabit itinera, & raro fixus in uno loco permanebit, significat etiã gaudium ex diuitibus, sublimitatẽ à regibus, peregrinationem, amicos, & negotia cũ nobilibus, dat itinera honorabilia, utilitatẽ, & lætitiã, & exaltationẽ à rege, aut magno dño, dat multos amicos nobiles, & utentur opera ipsius, in legatiõe, erit inclinatus ad itinera breuia, erit pacificus cum fratribus, & consanguineis.

Caput, facit nobiles, & fortunatos fratres, & natum esse deterioris conditionis, quã fratres suos, dat exaltationem in rebus ecclesiasticis, facit prælatos timentes Deum, & dat bonam fortunam in profectiõibus paruis.

Cauda, significat destructionem fratrum, & sororum, & significat natum esse meliorem suis fratribus, habebitq; lites cum consanguineis vicinis, & infortunam in breuibus itineribus.

¶ De quarta domo.



SA T V R N V S in quarta, non in domicilio, uel exaltatione sua, significat quòd in rebus immobilibus non prosperabitur, destructionẽ edificij, & terrarũ, seminũ & thesaurorũ, & periculũ ab ipsis. Talis natus destruet id quod habebit. Si non habuerit patrimonium, erit semper pauper, mater eius erit de uili conditione, & non diu uiuet. Si autem fuerit in domicilio, aut exaltatiõe sua, dat diuitias in rebus stabilibus, mater eius erit honorata, & homines confident in eo.

Iupiter facit natum fortunatum in possessionibus immobilibus, & significat gaudium ex reliquijs mortuorũ, terris, hæreditatibus, securitatẽ ab horribilibus, inueniet thesaurũ, aut bonũ nõ cogitatũ, & sine labore, dat diuitias ex rebus stabilibus, in medio uitæ depressiõe, fortunã uersus finẽ, pater eius erit honoratus, & uiuet longo tẽpore, sepeliẽt in locũ honoratũ, erit laudatus omni tẽpore, etiã post mortẽ.

Mars significat destructionẽ domorum, & combustionẽ ex igne, sic quòd timentũ est quòd ædificia eius cõsummentur igni, uel alia uia infortunẽ corruent, significat etiã interfectionẽ, sanguinis effusionem, & in fine tribulationẽ longam, pater eius cito morietur, uel subito erunt lites inter natum & patrem, diruet res stabiles, & erit auctõr homicidiorum. Eadem stella in imo cœli, dat uulnera, malum finem, pessimam famam post mortem.

Sol, significat acquisitionem castrorum, & locorum habitabilium, quibusdã regnandi potestatem, thesaurum, & apertionem futuri, laudem, sublimitatem, significat etiã diuitias in bonis immobilibus, & magnos honores in senio, uel in fine suæ uitæ erit laudatus, poterit ex instinctu naturali iudicare de rebus futuris, sepeliẽtur in loco honorato, & erit etiã laudatus post mortem.

Venus significat hæreditates rerum immobilium, & quòd parentes nati erũt in honore hominum, inueniet non cogitata, & habebit domus et possessiones pulchras, ac magnificas, pater eius erit honoratus, et longæ uitæ, sed ipse habebit tristitiã pro matre in principio, et in fine lætitiã. Finis nati erit laudabilis, erit honoratus in sua morte, sepeliẽtur in locũ honoratum, habebit etiã bonã famã post mortem.

Mercurius, acquirẽt res immobiles ingenio, et cura propria, uaria cũ prouidentia, significat etiã moerorẽ, contentionẽ, uel fastidiũ, et uerba cũ suis, si ipse est infortunatus, erit deditus agriculturæ, et ædificijs, et studiosus, cumulandi pecuniam.

Luna, facit natũ prosperum habere statum, cum matre sua, et quòd piscinas et molẽdina lucrabitur. Si natiuitas fuerit diurna, erit in principio suæ uitæ infelix, sed in fine laudabilis, et erit multũ deditus agriculturæ, et ædificijs, et augẽdis opibus.

Caput dat res stabiles, et magnas diuitias, inueniet thesauros, aut bonum non cogitatum, facit patrem nobilem, et longæ uitæ. Sed in aqueo signo significat impedimentum in re prædicta.

Cauda, ruinã patrimonij, et rerũ stabilium, significat etiã quòd quidquid natus acquisierit, destruetur, facit quærere res de quibus nunquã utilitatem habebit, pater erit uilis, et pauca uitæ.

De quin.

¶ De quinta domo.



SATVRNVS in quinta domo, significat turbationem & diminutionem gaudij, sic quod natus erit tristis, raro lætabitur. Idem sic positus, significat destructionem filiorum, contentionem cum legatis, mortem filiorum, aut quod non habebit unquam filios, semper delectabitur ut male uestitus incedat, etiam si Saturnus esset in domicilio suo.

Iupiter multiplicat gaudium, significatq; gaudium in rebus licitis, honestis, & iustis, significat multos filios bonos, utiles, pulchros, honoratos, & longæ uitæ, habebit dona & oblata ex hominibus potentibus, fungetur officio legati. Quod si fuerit natus ecclesiastes, habebit multa beneficia, habebit diuitias ex hæreditatibus, delectabitur in rebus pulchris, odoriferis, & gemmis.

Mars si fuerit extra domicilium, uel exaltationem suam, minatur paucitatem filiorum & filiarum, ac mortem, remotionem gaudij & delectationis, significat etiam multos filios fornicarios, uel etiam non habebit filios, & si habuerit, morientur. Si uero fuerit in domicilio uel exaltatione sua, dabit filios potentes &c.

Sol significat filios honoratos & gaudium cum principibus, & hominibus in potestate positus, significat etiam reuerentiã à uulgo, non habebit filios, & si forsitan habebit, erunt honorati, habebit dona à magnis uiris, delectabitur ut gerat gemmas & res odoriferas, & utentur eius opera magni domini in legationibus.

Venus significat multitudinem filiorum, gaudium et læticiam, ornamenta uestimentorum, delectationes & conuiuia, & impregnationem, sic quod mulieres ex ipso nato facile concipient, uel tribulationem ex filio, postea gaudium. Dat etiam læticiam de filiis, sed in principio aliquod fastidium. Et si fuerit in Scorpione, Cancro, uel Piscibus, dat multos filios, specialiter foeminas. Sed in signo masculino satis bellos masculos & honoratos, diuites & longæ uite. Ipse erit semper addictus uoluptatibus, conuiujs, saltationibus, cationibus, & Musicis harmonijs, delectabitur ut bene & sumptuose uestitus incedat, & gerat in manibus gemmas & res odoriferas.

Mercurius erit dimicator, ioculator, faciens aliqua per subtilitatem manuum, habebit filios & filias ad quamuis artem appositos, significat epistolas & rumores, & gaudium de mœreore præcedenti, & fortunam per filium, facit equites, legatos, uel homines qui ambulant per mundum, erit deditus conuiujs, uoluptatibus, Musica, & in primis si fuerit cum Venere, & in omnibus fastidijs suis sibi dabit quietem cum exigua cura, habebit faciles & agiles manus, erit bonus pictor & scriba, faciet res ingeniosas & pulchras, habebit dona à magnis dominis.

Luna significat instabilitatem in conuiujs, & quod ipsa eadem multiplicabit, & filios & filias habebit, ac semper bona noua de longinquis regionibus, erit multum deditus itineribus, fiet legatus Reipublicæ, habebit multa dona à populo, et ab uniuersitate, et nobilibus, erit deditus conuiujs.

Caput, dat multos filios fortunatos & longeuos, ac diuitias maximas, aut beneficia, erit missus in legatione, custodietur ab omni periculo malo, delectabitur induere uestimenta splendida et magnifica.

Cauda, natus filiorum uidebit interitum, uel non habebit, et si habebit, malam habebunt fortunam.

¶ De sexta domo.



SATVRNVS in sexta, significat multitudinem infirmitatum, et inobedientiam seruorum, erit inualidus ac infortunatus in animalibus, et patietur dolorem uentris et dentium.

Iupiter minuit ægrotudines, significat paucitatem infirmitatum, sublimitatem per seruos, et profectum à quadrupedibus, erit honoratus à seruatoribus.

Mars

Mars extra domicilium uel exaltationem suam, significat natum paucorum uerborum, et ægritudines multas, præsertim calidas et acutas, mœrorem à seruis, et infortunabit eos, aut dat paucos et odiosas, ac infortunatos, uel dat interitum et damnum per seruos, et illi erunt infortunati, et odiosi, facit hominem lanium, aut carnificem, uel licetorem, dat multas infirmitates, acutam febrem, quæ procedit à multo sanguine. Si autem fuerit ibi in proprio domicilio, uel exaltatione, facit bonos Medicos, et dat seruitores armigeros.

Sol significat ægritudinem cordis et membrorum principalium, tribulationem per seruos et ignobiles, dat multas infirmitates, dat fastidium propter seruos, ipse tamen benefaciet suis seruis.

Venus significat paucitatem ægritudinum, coitus impotentiam ex defectu debilitatis renum, tribulationem per seruos et ancillas, et matres, tamen impetrabit quod uult ab illis, habebit rem cum famulabus domus. Et si fuerit mulier, habebit rem cum suo seruitore. Erit idem natus homo sanus. In mulieris genitura, significat eam laboraturam in partu cum magno uitæ periculo. Et si fuerit in domicilio proprio, aut in sua exaltatione, erit fortis et robustus, et quasi nunquam infirmus, habebit fideles seruitores, et ipse benefaciet illis, habebit utilitatem de animalibus quadrupedibus minoribus.

Mercurius significat cogitationes impeditas, et malam memoriam, et alienatos sensus, imutationem intellectus, obrektionem, deceptionem, per mulieres et luxuriam. Si ibi infortunatus fuerit, facit hominem male loquentem, decipitorem, deditum luxuriæ, et ipse etiam erit deceptus à mulieribus, seruis et ancillis. Et si fuerit cum Marte, uel Saturno, uel cum ambobus, periculum erit, ne occidatur à seruis, aut à famulabus, aut ueneno tollatur, aut moriatur in carcere. Vel erit malæ loquelæ. Si in sexta fuerit Mercurius, erit quasi insipiens, uel conuertetur à fide sua in altam. Et si ibi fuerit impeditus, morietur in carcere.

Luna significat multitudinem ægritudinum, et defectum cerebri, rixam à parentibus, lucrum ex quadrupedibus, dat rixas et contentiones cum consanguineis, et inimicitias cum muliere, et negocia cum gente uili plusquam cum nobili. Si Luna fuerit fortunata, erit sanus, & si fuerit infortunata, erit quasi semper infirmus. Caput liberat natum de infirmitatibus, dat multos seruos fortunatos.

Cauda dat multas infirmitates, seruos pigros et infirmos, erit infortunatus in animalibus minoribus, et in seruis, qui erunt malæ uoluntatis in dominum, uel natus habebit incommodum ratione seruorum.

¶ De septima domo



SATVRNVS in septima extra domicilium uel exaltationem suam, significat malam et prauam uxorem, et natus abhorrebit ab ea, significat etiam destructionem uxoris et effectum malum in fine, nam malam minatur mortem, et uidebit ruinam inimicorum suorum. Si fuerit in signo aqueo, patietur hemorroides, aut fistulam in pudendis. Si fuerit in domicilio uel exaltatione sua, dat potentes inimicos, & mulierem diuitem.

Jupiter significat uxorem probam, honestam, uiuentem in timore Dei, ac legitimum matrimonium, significat etiam gaudium à mulieribus, & uictoriam super omnes inimicos, uxorem pulchram, diuitem, senectus eius erit honorata.

Mars, natus erit homicida, mulieres eius morientur. Si fuerit in domicilio suo, dat potentes inimicos, & uxorem bestialem. Si natiuitas fuerit mulieris, fa-

cit maritum bestialem, facit hominem litigiosum, qui se inquinabit omni coitu, dat damnum in omni re, & malum finē, ac forte abscidentur ei manus, & pedes. Sol, natus acquireret uxorem magistrorum, & potentum, significat etiam contrarietatem à potentibus, & diuitibus, erit in senio multum honoratus, faciet coniugium malum in pueritia sua cum meretrice, dolebit ex oculis, habebit membra tremula, damnum erit in substantia parentum. Si fuerit in dignitatibus suis, & fortis, remitteretur malum.

Venus significat multitudinem nuptiarum, ac societatem cum mulieribus pulchris, & paucitatem contentionis, seu rixarum, dat senectutem foelicem, & lætitiā cum uxore, quæ erit bella, & nobilis, abundans in re familiari, habebit bonum exitum in rebus desideratis. Ducet uxorem postq̃ canus effectus fuerit, erit tamen potens in coitu.

Mercurius, delectabitur in computationibus, & numeris, & contemptores nati erunt astuti multum, significat etiam contentionem à mulieribus, & luxuriam. Natus erit bonus, & pius, sed habebit uxorem necromanticam. Et si cum Marte fuerit, uel cum Saturno, occidetur, & occidet uxorem suam, habebit potentes inimicos, patietur tractum chordæ, erit iudicio damnatus, morieturq̃ propter iudicium, uel propter iustitiam.

Luna, significat multitudinem contentionis, natus cupiet exire locum suum natiuum, habebitq̃ bonum à mulieribus. Si ibi fuerit fortunata, dat honestam mulierem, inimici non poterunt nocere ei, senium eius erit honoratum, habebit uxorem bellam, & diuitem. Si uero fuerit infortunata, erit contrarium.

Caput, dat gratiam nato, & forte cum muliere bella, sua senectus erit honorata, & laudata, in fine gloriosa, habebit malum in oculis.

Cauda, dat mortem uxoris, & inimicos publicos, significat uxorem ualitudinariam, atq̃ etiam uiro præmorituram. Si sit mulieris natiuitas, uir uxori præmorietur, significat etiam detrimentum, & euacuationem inimicorum.

¶ De octaua domo



SA T V R N V S in octaua, non in domicilio, uel exaltatione sua, significat malam mortem, mœrorem, & tristitiam causa mortis, & longam lamentationem, non habebit hæreditatem. Si fuerit in proprio domicilio, aut exaltatione, habebit hæreditates, & morietur bona morte, ex longa infirmitate, uel morietur ex peste, uel de fluxu, & de infirmitate frigida, sicca, & longa.

Iupiter destruit malam mortem, significat laudabilem finem, cadet in manus inimicorum, & de hoc habebit finem laudabilem, dat longam uitam, hoc est annos 72. Erit honoratus, & laudatus, habebit aliquam hæreditatem, non morietur morte uiolenta.

Mars extra domicilium, uel exaltationem suam, significat mortem uelocem, aut epidimialem, uel interfectionem, aut abscisionem manuum, & pedum, dat paupertatem, & tandem uituperio adfectos, occisosue significat. Et si cum illo fuerit Caput, suspendetur. Si fuerit in domicilio suo, dat magnas diuitias, sed cum rixa, & lite extra domum suam.

Sol, significat nato mortem, cum positus fuerit in dignitate, & quod honorabitur in morte per reuerentem sepulturam, perditionem, mortem, & ablationem principum, significat mortem patris, dat hæreditates, sed dat magnum damnum in rebus familiaribus, quæ ab illo auferentur, per magnos uiros, morietur bona morte, excepto si Saturnus, aut Mars aspexerint Solē de maligno aspectu. Tum enim

enim si fuerit in signo aqueo, facit mortē in aquis. Si in igneo, morietur per ignem, aut per ferrum. Et si in terreo, morietur ex aliqua ruina, quæ super ipsum cadet, uel quod ille cadet de alto. Si fuerit in Scorpione, facit illum mori in peste, uel de rebus uenenosis, aut per morsum serpentis, aut canis rabidi. Et si Sol fuerit in signo aëreo infortunatus à Saturno, aut Marte, suspendetur, aut tractum chordæ patietur, aut conijcietur in carcerem.

Venus, significat leuitatem mortis, propter leuitatem ægritudinis, & remouet malam mortem, & horribilem, sed eadem mortem quoq; matris, & nutricum, & maiorum nati significat, dat diuitias, & hæreditates, & talis natus uiuet longo tempore, & non morietur mala morte.

Mercurius, significat nato mortem ex difficultate cogitationis, & mirabili occultatione rerum agendarum, sed inimicitias maximas à uicinis, & mendacia causa mortuorum notat, ac facit infortunatos, propter maximas inimicitias cum uicinis, & dat infortunium in hæreditatibus. Et si Mercurius fuerit in domo sua, aut in sua exaltatione, aut in bono aspectu Iouis uel Veneris, habebit hæreditatem, & diuitias. Sed si coniunctus cum Marte, aut cum Saturno fuerit, morietur mala morte.

Luna, significat mortem facilem, ac interitum, & depositionem regis, falsum testimonium, rixas, fugam, & anxietatem, qualem lunatici patiuntur. Dat hæreditates, diuitias, & longam uitam. Sed si est infortunata, uiuet parum, & erit lunaticus, & persequentur illum magni uiri, erit falsificator testimoniorum contra ipsum, & multas rixas, & carceres habebit.

Caput, facit robustos, animosos, dat paucos dolores, dat diuitias, & hæreditates, & multos honores, erit liberalis, prodigus magis quam avarus.

Cauda, dat horrendam mortem, facit perdere hæreditates, nihilominus, facit diuitem, & avarum.

¶ De nona domo.



SATVRNVS in nona, significat malam fidem, & exitum ad malum, facit hominem parum deuotum, & erit monachus, aut sacerdos, non credet admodum de fide sua, erit hypocrita, infortunatus in itineribus, somnia eius erunt terribilia, & uana. Et si fuerit in domo sua, erunt somnia horribilia, & pro maiori parte uera. Verum talis erit etiam hypocrita, sed honoratus in itineribus.

Iupiter significat bonam, & perfectam fidem, timentem Deum, & Dei cultum procurantem, & in hoc laborantem, dat lætitiā, & utilitatem in itineribus, erit honestæ uitæ, deuotus, & firmus in sua fide.

Mars, si non fuerit in domo sua, significat heresim, & fidei peruersitatem, deonestat legem, dat falsa somnia, dat infortunium in longis uiajijs, erit incredulus in sua fide, & impedit cultum diuinum, delectabitur in armis, & equis. Ac significat etiam potationem uini, incontinentiam, infidelitatem, multa somnia falsa, erit prauus, audax, incontinens infidelis. Si fuerit in domo sua, uel exaltatione, dat bonam fortunam in itineribus, & erit terribilis, & delectabitur in necromantia.

Sol, significat multitudinem peregrinationum in causis honoris, ac dignitatis, & magnitudinem & fortitudinem fidei, & timorem Dei, facit magnum Prælatum, & religiosum. Et si fuerit in Ariete, Leone, uel Sagittario, facit Cardinales, aut Papam, aut magnum principem, erit honoratus in longis itineribus, erit honoratus in suo exercitio, Somnia eius erunt pro maiori parte uera.

Venus, significat bonitatem fidei, & prosperitatem in itineribus longinquis, & multitudinem pollutionum in somnijs, & quod uidebit se iacere cum mulieribus, actum cum eis perficiendo per apparentiam, quæ in somnijs ei aduenit, facit magnum Prælatum Ecclesiasticum, uisitat mundum totum, honoratus, & laudatus in suo magisterio, & somnia eius erunt uera. Sed dat animum abhorrentem à coniugio.

Mercurius, significat bonitatem fidei, & contemplationē diuinæ Trinitatis, admirabitur de iustitia dei, & de admiranda sapientia operum ipsius. Erit mercator in terris longinquis, sapius cogitabit de Deo, de Angelis, & spiritibus. Idem significat disciplinam, sapientiam, Astronomiam, laudem à notis, dat multa itinera, & facit honoratos in illis, dat magnum lucrum, & utilitatem, & maxime cum Ioue, & Venere, erit laudatus ab omnibus, erit doctus in Astrologia, & omni Mathematica, & in rebus ecclesiæ habebit bonam fortunam.

Luna multiplicat somnia, & longa itinera, malas cogitationes, mutationem per regiones, & depositionem regni, delectabitur in rebus uarijs, & diuersis malis cogitationibus, peregrinabitur per mundum, aliquando priuabitur sua dignitate. Et si nona fuerit domus Mercurij, erit magnus Astrologus. Si fuerit domus Veneris, delectabitur in musica. Si fuerit domus Martis, delectabitur in armis, & agricultura. Si fuerit domus Saturni, erit Alchymista. Si domus Iouis, erit magnus in religione. Si fuerit domus Solis, habebit scientiam, & prouidentiam de animalibus quadrupedibus. Si fuerit in Cancro domus hæc nona, habebit scientiam de omni re aquatica.

Caput, facit deuotos, & Prælatos, in suis operibus fortunatos, in professionibus acquirunt famam, honorem, & lucrum, sed erunt infortunati in fratribus, & sororibus, somnia eorum erunt uera.

Cauda, facit uolubilem in fide, & deuotum, infortunatum in itineribus longis, & in suo exercitio.

¶ De decima domo.



SATURNVS in decima domo, non in domicilio, uel exaltatione sua, significat infortunium, & malam prosperitatem in officijs, & dignitatibus nati, mater eius morietur subito, erit de uili conditione, pauperum honoris habebit, & dignitatis, tenebitur diu in carceribus, causa magnorum uirorum. Si decima fuerit Leo, & fuerit Sol, uel Luna in ea, morietur in carcere, morte condemnatus. Si Iupiter fuerit dominus decimæ, occidetur sine culpa sua. Si Mars fuerit dominus decimæ, morietur ex culpa sua. Si Mercurius fuerit dominus decimæ, morietur per falsum testimoniū cū magna infamia, & si Venus aspexerit, aut fuerit cum Marte, cedetur uirgibus, & torquetur, & erit condemnatus ad mortem. Si Saturnus fuerit ibi, in domicilio, uel exaltatione sua, dat dignitates, & honores, & mater eius erit honorata.

Iupiter, significat magnitudinem honoris & dignitatum, & Prælaturam, erit iustus rector, seu gubernator, dat maximos honores, & dignitates, specialiter in rebus ecclesiasticis, erit honoratus in suo magisterio.

Mars non in exaltatione, uel domicilio suo, facit hominem uilem, & spreptum, iniustum, callidum in causis iudiciorum, & dat flagella, & pericula, paupertates, malum finem, & inimicitias omnium suorum consanguineorum, etiam patris, & matris. Si uero ibi fuerit in domicilio, uel exaltatione sua, facit hominem ualidum in armis, habebit etiam bonam fortunam in armis, stipendium in bello
extra

extra patriam suam, faciet multas rixas & lites, de rebus quæ non pertinent ad ipsum, significat hominem fastuosum, arrogantem, cum deiectione honoris, & dignitatis.

Sol, significat statum multum honorabilem, & magnæ dignitatis, attinget officia magna, & prælaturas, erit rector in populo, imperabit pluribus. Si fuerit in Ariete, uel Leone, facit magnos dominos, dat regnum, & dominium magnum, iuxta conditionem genealogiæ nati, dat diuitias eximias, honorem altum, & magnum nomen ex suo exercitio, & magisterio. Et si fuerit pauper, natus de obscuris parentibus, facit magnum uirum, diuitem, & potentem, ultra suam conditionem.

Venus, significat honorem magnum, & amorem à regibus, & alijs potentibus, amabitur ab eis, & consequetur gratiam, aut aliquod bonum ab eis, habebit lætitiâ per magnos dominos, & principes aut reges, acquirat diuitias ab illis, erit plus honoratus quàm ipse merebitur in sua conditione, mater erit honesta, longæ uitæ, & multum honorata.

Mercurius, significat natum futurum cancellarium regis, principis, aut saltem aliquem ex consiliarijs eius, negociabitur, & tractabit apud principes secreta plurima, unde secretarius regis, aut principis erit, habebit bonam fortunam in scripturis, mercaturis, Arithmetica, Geometria, & Astrologia, & erit laudatus propter uirtutes suas ab omnibus in mundo. Si fuerit infortunatus cum Marte, in suo fine erit infœlix, & pessimus.

Luna, multiplicat honores, dat utilitatem ex magnis principibus, & dominis, etiam à populis, acquirat quæ desiderabit, ac habebit multos filios.

Caput facit deuotum, & magnum principem, uel dominum, ex suo magisterio acquirat honorem, & famam ac lucrum, erit longæ ac honestæ uitæ.

Cauda, natus deponetur ab officio, cadet ab alto, mater eius erit infortunata, & breuis uitæ.

¶ De undecima domo.

SATVRNVS in undecima, non in domicilio uel exaltatione sua, significat damnum ex amicis, uel amissionem amicorum, & dat amicitiam cum uillanis, Iudæis, & fratribus, habebitque fastidium propter amicos, aut non habebit aliquem unquam, & nunquam habebit illum quem desiderat, quoniam eius negotia erunt ut plurimum uana, significat etiam multum mœrorem in amicis. Si Saturnus fuerit in domicilio, uel exaltatione sua. Dat amicitiam cum Saturninis, sicut sunt magni uiri, maxime senes.

Iupiter, significat nato multitudinem fortunarum, & prosperitatum, & quod rerum sperandarum prosperum, & fortunatum consequetur effectum, dat etiam multos bonos, fideles, & utiles amicos, multos filios, & primus erit masculus, habebit bonum finem de rebus desideratis.

Mars extra domicilium, uel exaltationem suam significat paucitatem fortunæ, & quod spes, & fiducia nati destruetur, & dat inimicitias cum amicis. Si autem fuerit in domicilio, aut exaltatione sua, facit hominem amicum dominis, armigeris, & militibus, habebit honorem, & utilitatem in armis, significat etiam quod talis natus parum fideliter, concorditerque cum domino suo sit uicturus.

Sol, significat spem, & fiduciam bonam in rebus pertinentibus, ad honores, ac dignitates, & perfectionem officiorum, dat amicitiam magnorum dominorum, & magnum gaudium per amicos ditissimos, & per filios, & seruitores, & ingenium in hominibus.

Venus significat fortunam, spem, & fiduciam bonam in rebus, & quod spem suam consequetur sine perditione, dat amicitiam amicorum nobilium, & bonam fortunam cum illis, habebit multos filios, spes eius non erit uana, sed pro maiori parte obtinebit suum propositum.

Mercurius significat fortunam in spe & fiducia in perdiscendis scientiis, doctrinis, & rebus occultis, dat amicitiam cum hominibus laudatis, & honestis, erit ab omnibus amatus, habebit fortunam bonam in omnibus rebus quas incipiet.

Luna multiplicat spem & fiduciam, dat letitiam, honorem, & utilitatem a magnis principibus, siue dominis, & a populis, acquirere, quae desiderabit, habebit multos filios.

Caput largitur amicitias magnorum hominum, utilitatem & honorem per illos. Sed erit infortunatus in filiis.

Cauda dat modicam gratiam cum amicis, Sed aliquos filios fortunatos, & amicorum diminutionem.

¶ De duodecima domo.



A T V R N V S in duodecima, non in suo domicilio uel exaltatione, significat multitudinem angustiarum, tribulationem cum multitudine inimicorum, erit infortunatus in animalibus maioribus, erit timidus in suis negotiis, & infortunatus, stabit in carcere, aut erit demandatus exilio, & quot planetae fuerint in duodecima domo, tot uicibus conijcietur in carcerem, maxime si Mars fuerit in angulo, significat etiam impedimentum a Rege, & quod capietur ab inimicis. Si uero fuerit Saturnus in domicilio uel exaltatione sua, significat natum fieri fortunatum in animalibus maioribus.

Iupiter facit ut crescant inimici nato, & grauamen habeat a uiris altis & potentibus, nam dat inimicos fortes & potentes nato nocituros, dat carceres, seruitutes, paupertates. Si uero fuerit in domicilio uel exaltatione sua, dat omnium dierum contrarium.

Mars significat tribulationem, angustias multas, uexationes uarias, cum grauitate sustentationis, significat etiam carceres captiuitates, percussiones, & similia, ex quibus oritur periculum, dat multos inimicos, sed obruet illos, ingeniosus futurum faciendo, infortunatus in bestiis maioribus, tenebitur in carcere, habebit aliquid quod malum, aut uulneratus erit in pedibus. Significat etiam quod inimici nati extollent se super eum, facient ei malum si fortis fuerit Mars. Si uero debilis fuerit, erunt debiles, nec ei nocere ualebunt.

Sol significat inimicitias a Regibus, potentibus, principibus, ac magnis uiris, ab eisque angustias patietur, & tribulationes, dat carceres uel exilium propter aliquid quod homicidium, uel propter iram domini, perdet rem familiarem, uel substantiam atque honores, a seruatoribus tribulationes habebit & per homines uilis conditionis. Sed e contra, bonam fortunam in magnis animalibus.

Venus remouet hostes & carceres, tollit tribulationes, & angustias, facit fortunatum ex equis & caeteris animalibus quae equitantur, dat fastidium & rumorum causa mulierum, uel propter mulieres, aut propter amorem, & praesertim mulierum de uili conditione, carceres aut exilium. Et si fuerit in Virgine, Capricorno, aut Aquario, & specialiter coniuncta cum Sole, Saturno, aut Marte, minabitur periculum occasione, uel causa amoris. Et si natiuitas fuerit masculi, facit eum mollem, & cinedum publicum. Si foeminae, facit meretricem publicam, & inhonestam. Tamen Venus in duodecima, dat bonam fortunam in animalibus maioribus.

Mercurius

Mercurius significat quod natus habebit inimicitias à doctis, & similibus Mercurialibus, facit infortunatum hominem, aliquantulum leuem ingenio, & semper queret de rebus sine fundamento, habebit multos inimicos, & sæpe uersabitur in carcere, significat etiam fornicationes turpes, & deceptiones. Et si fuerit fortunatus, habebit bonam fortunam ex animalibus quadrupedibus, & non impeditus, solet facere homines literatos, & Philosophos, peritos in omni scientia.

Luna multiplicat hostes, & inimicos. Si fuerit infortunata, dat multa impedimenta carceris, exilij. Et si fuerit combusta, coniuncta cum Sole, aut Saturno, aut Marte, iudica nato infinita infortunia, & erit breuis uitæ, morietur ferro, aut peste, aut in aqua, erit infortunatus in animalibus quadrupedibus. Et si fuerit fortunata, non significat tantum malum.

Caput, significat bonam fortunam in animalibus magnis, infortunium in seruis, & seruabus, dat inimicos occultos potentes, & paucas diuitias.

Cauda dat ruinam inimicorum, & damnum in animalibus magnis &c.

CAPVT QVINTVM.

¶ De significatione planetarum in domo propria, uel alterius.

¶ Primo de Saturno.



SATVRNVS in domicilio suo in diurna genitura, dat amicitiam nobilitum, & magnas diuitias, & specialiter in ascendente cum Parte fortunæ, facit hominem grauem, sapientem, superbum, & melancholicum, erit primogenitus, uel nobilior inter fratres. De nocte dat multas infirmitates, & labores.

In domicilio Iouis, dat pulchritudinem, facit hominem ueridicum, & multarum diuitiarum. In nocturna dat contentiones, cum nobilibus, citam mortem patris.

In Martis domicilio, facit hominem duri cordis, sicut saxum, sine misericordia, & dat iram maximam.

In Solis domicilio, in diurna, fortunam patris auget.

In Veneris domicilio, facit incredulum in sua fide, amabit mulieres pauperes, & uiles, & de illis habebit damnum, uerecundiam, & magnum impedimentum. Propter coitum superfluum, aut per multam crapulam, habebit multas infirmitates.

In mercurij domicilio, dat ingenium, & scientias, faciet res occultas, per quas patietur damnum, habebit nonnihil linguam tardam, in furore subito faciet omne malum, premetur inuidia, & reprehendetur sine iusta causa.

In Lunæ domicilio, dat multas infirmitates nato, morietur cito, diruet rem familiarem matris, habebit malum in oculo sinistro in diurna natiuitate. In nocturna uero habebit malum in oculo dextro, faciet iter de quo nunquam redibit, uel tarde redibit cum magno labore. Et idem est siue natus est de die, siue de nocte.

¶ De Ioue.



IVPITER in domo Saturni, facit hominem parui animi, qui semper cogitat mala, & de isto habebit mala, erit infortunatus in rebus ecclesiasticis, sed erit multum diues, & semper dicet se esse pauperem.

In domicilio suo, significat hominem multum diuitem, & honoratum, potentem, præsidem magni uiri, specialiter in decima, uel in ascendente. Et si Iupiter fuerit in secunda, dat diuitias infinitas. In nona, decima, uel undecima, facit magnos Prælatos.

In Martis domicilio, facit multum fortunatos, & socios regis, aut magni principis. Et si fuerit in angulo, aut succedenti, aut in signo masculino, dat conditionem magnam in exercitu. Si autem fuerit in signo foemino, dat minus stipendium, uel minorem conditionem in bello.

In Solis domicilio, facit hominem sapientem, bono ingenio præditum, amatum à magnis uiris, & à populo. Et si fuerit in angulo, aut succedenti, specialiter de die, erit rex, aut similis regi.

In domicilio Veneris, dat amicitiam, & negotia cum nobilibus, & lætitiā, & magnam utilitatem à mulieribus, aut erit magnus in religione, & honoratus, habebit magnas diuitias ecclesiasticas.

In Mercurij domicilio, facit hominem doctum, magnum mercatorem, fidelem, acquirere diuitias plures quàm sui socij, & consanguinei.

In Lunæ domicilio, in angulo, aut succedenti, dat practicam cum magnis uiris, erit homo multum fortunatus, cognitus per multas regiones.

¶ De Marte.



MARS in domicilio Saturni, facit audacem, finiet quidquid incipiet, usurpabit rem familiarem consanguineorum, morientur ipsi fratres maiores.

In Iouis domicilio, facit natum nobilem, amatum magnis dominis, erit magnus ductor exercituum, maxime si Iupiter fortunatus in domicilio Martis existat.

In domicilio proprio, erit magnus rationalis Geometer, maxime in nocturna. In diurna si non aspexerit Iouem, aut Venerem, erit malignus, & ui coget alios cum superbia, habebit dolores occultos, & cadet ab alto.

In Solis domicilio, significat destructionem nati, infirmitatem, & dolores oculorum, & stomachi. Mors eius erit subitanea, aut occidetur per ferrum, aut ignem, morietur extra patriam, delectabitur in uita sua in rebus de ferro, & igne.

In Veneris domicilio, facit hominem furiosum, qui rem habebit cum consanguineis, uel ducet sponsam unam, quam primo stuprauerit, unde illi ueniet malum. Sed in Tauro dat falsitates, & traditamenta. In Libra, dat uulnera ex ferro, uel igne, in loco cooperto.

In Mercurij domicilio, facit pigros, & negligentes, sed prudentes, & astutos, uincet socios malitia, lucrabitur malo animo, faciet res falsas cum penna, & falsas scripturas, docebit artem sagittariam, & militiae, negotiationes, & contentiones, & perdet res multas.

In Luna

In Lunæ domicilio, facit hominem leuem ingenio, quæret res subtiles, & profundas, erit audax facere mala, in loco occulto patietur malum, & in oculis, dissipabit rem matris, quæ habebit longissimam infirmitatem.

¶ De Sole.



SOL in domicilio Saturni, in diurna natiuitate, significat quod erit perfectus in omnibus suis operibus, In nocturna erit instabilis.

In Iouis domicilio, erit magnus in ecclesia, erit maior domus sue luxuriosus, & fornicator, habebit rem cum consanguinea.

In Martis domicilio dat infirmitates in epate, pater morietur pessima morte, quando fuerit in Scorpione, sed in Ariete, significat exaltationem nati, & pater eius non morietur mala morte.

In domicilio proprio, in angulo, aut succedenti de die, facit regem, aut magnum principem, aut erit diues potentissimus, robusti corporis, habebit diuitias non cogitatas, habebit bonam fortunam in itineribus, sed de nocte significat tristitiam, & citam mortem patris.

In domicilio Veneris, facit expositorem somniorum, erit uerax, & inuestigator rerum occultarum, & amabit itinera,

In Mercurij domicilio, dat multas scientias, & bona opera, erit Astrologus, amatus à nobilibus si diurna fuerit genitura. Si autem fuerit nocturna, erit pauper, faciet multa mala, maxime in iuuentute. Sed in media sua ætate, abundabit diuitijs, dolebunt ei oculi, & stomachus, immiscebit se rebus magnis, & diabolicis.

In Lunæ domicilio, maxime coniunctus Caudæ, Saturno, uel Marti, dat malum oculis, faciet multa itinera, sustinebit periculum in aquis.

¶ De Venere.



VENUS in domicilio Saturni, facit fornicatorem cum mulieribus desponsatis, & Sodomitam, aut scortatorem in pueritia, cinedum, & mollem, morietur cito uxor eius, mater erit inhonesta, aut adultera.

In Iouis domicilio, dat bona per mulieres, uel per ecclesiastica, erit discretus, honestus, & integer, sed aliquando habebit rixas cum suis.

In Martis domicilio, facit natum implicare se meretricibus in iuuentute, & si duxerit uxorem, uerberabit eam sæpe, uel occidet eam. Sed Aries, facit quod odio habebit mulieres, & amabit masculos iuuenes, uel habebit rem cum muliere meretrice, & inhonesta, non tenebit legem in coitu, nec Deum timebit, & si addiderit Mars ibi testimonium suum, non curabit mori pro libidine, & turpitudine. Qui habuerit Venerem, & Lunam in Ariete, & specialiter quando Sol fuerit in signo masculino, erit inimicus mulierum.

In Solis domicilio, amabit mulieres minores, & pueros, erit luxuriosus ultra modum, significat natum contrahere matrimonium cum meretrice, mulieremque esse immensæ libidinis, & amoris.

In domicilio proprio, significat magnam prosperitatem, & lætitiã, sed amabit mulieres stultas, & mulieres de quibus dicitur malum, erit fortunatus in omni re, habebit bonum effectum, & exitum foelicem in omni suo opere.

In Mercurij domicilio, facit conuersatorem cum personis religiosis, amabit multum luxuriã in iuuentute, erit cinedus, & effœminatus, sed ipse delectabit se potius cum mulieribus, quàm cum masculis.

In domici

DE SIGNIFICATIONE PLANETARVM IN

In domicilio Lunæ dat luxuriam impetuofam, facit inftabilem in omni re, & fic in omnibus fignis mobilibus, ficunt funt Aries, Libra, Cancer & Capricornus.

¶ De Mercurio,



MERCVRIVS in domicilio Saturni, facit linguam impeditam, aut balbutientem, uel malè dicentē, negotia habebit cum religiofis, & hominibus fapientibus, erit profundi ingenij, in omni fcientia.

In domicilio Iouis, facit hominem iuftum legalem, qui conuerfatur cum rege, & magnis uiris.

In domicilio Martis facit malignum, falſum, nequam, mendacem, malitioſum, nugacem, loquacē, & falſidioſum in petendo, uult obtinere res iniuſtas. Dat etiam facundiam, præſertim in Ariete, ſed erit perfidus, & aſtutus, affectabit neccromantiam, & amabit operadores huiusmodi rerum, erit malæ ſuſpitionis, feſtius in ſuis negotijs.

In domicilio Solis, facit ſcriptorem bonæ memoriæ, & intellectus, & profundum in omni ſcientia.

In domicilio Veneris, facit deditum rebus, magnis uoluptatibus, & muſicis, dat multitudinem amicorum nobilium.

In domicilio proprio, facit ingenioſum, aſtutum, cautum in omni arte, & ſcientia induſtrium, præſertim in Mathematica, Philoſophia, Poëſi, & arte oratoria. Erit aptus facere omnia quæ uidet.

In domicilio Lunæ, facit hominem bonæ uoluntatis, caſtum, fidelem, fortunatum in mercatura, habet enim numen in cancro, quoniam mittit antiſcium ſuum in Geminos.

¶ De Luna,



LUNA in domicilio Saturni, facit pigrum, malæ famæ, dat tuſſim, & malum per tuſſim, debilitatem uel malum in oculis, mater ipſius habebit aliquam infamiam, morieturq; repente.

In Iouis domicilio, facit inter amicos primum, ſicut regem, de bona fama, ſed multum luxurioſum, erit pro maiori parte ſanus, & longæ uitæ.

In domo Martis, facit natum præticare cum malis hominibus de mala uita, ſtabit in periculo ſubmerſionis, mater eius morietur ſubito.

In Solis domicilio, dat præticam, & lætitiã cum magnis dominis; erit infirmus, & debilis in oculis, & uiſu, dat dolores capitis, & ſtomachi, & multam iram.

In Veneris domicilio, facit fatiſ amabilem, habebit utilitatem à mulieribus, & uxoribus.

In domicilio Mercurij, erit bonæ uitæ, & intelligentiæ, amabit mulieres iuuenes, erit fortunatus in mercaturis.

In domicilio proprio, cum bono aſpectu fortunæ, hoc eſt Iouis, uel Veneris, dat ſanitatẽ corporis, & conuerſationem cum magnis dominis, cum utilitate, & honore. Sed infortunata à Saturno, uel Marte, dat diuerſas infirmitates, malum in oculis, & ſubitam mortem matris, natus erit in periculo in aquis, & itineribus, &c.

Caput

CAPVT SEXTVM.

¶ De significationibus domini ascendētis.



ATURNVS dominus ascendētis in bono loco non impeditus, natus erit magnanimus, pius, magnæ exaltationis, notabilis in consilijs. Sed impedito eo, uel in malo loco, erit parue rationis, & animi, deceptor publicus, occultator sstrarum cogitationum.

Iupiter dominus ascendētis in bono loco, non impeditus, prudentem animo, exaltatum honore regni. Si impeditus uel cadens fuerit, maliciosum, grossi animi, iniuriatorem, deceptorem, mendacē, & significat qui plus consumit quam lucratur.

Mars dominus ascendētis in bono loco non impeditus, audacis animi, ductorem populi, ac bellatorem uictoriosum facit, habebit nomen principale coram principibus & populis. Et si Mars fuerit in loco malo, uel impeditus, natus erit paruus animi, maliciosus, inuidus, timidus, suspiciosus, deceptor, multi mali consilij.

Sol dominus ascendētis, liber in bono loco, non impeditus, natus erit abundans, uelociter discens, ueram & claram scientiam magnarum rerum, boni & magni nominis. Si uero Sol fuerit impeditus, uel cadens ab angulis, erit simplicis & leuis animi, paruæ potentia, modicæ scientia & cognitionis, cadens a bono statu in peiorem.

Venus domina ascendētis in bono loco in angulis uel succedentibus non impedita, natus erit pulcher, pius, uelox, dulcis loquelæ, acceptus, & lætabundus. Si fuerit mali esse impedita uel cadens, erit immundus, menstruosus, occulti secreti, & muliebris uitæ.

Mercurius dominus ascendētis in bono loco non impeditus, natus erit bonus Orator, sapiens, pinguis, pulcher, philosophus & poëta, consul principum. Si impeditus fuerit, erit mendax, exercens falsitatem, magis stultus quam sapiens &c.

Scias autem quod cuiuscumque planetæ Mercurius iungitur in illius naturam conuertitur. Nam si Saturno iungitur, natus erit grauis linguæ, inuidus, occultator suæ maliciæ, Chyrurgicus, philosophus, luxuriosus contra naturam. Si Ioui per coniunctionem uel aspectum, mundum, ueracem, discretum, honestorum uerborum, Cantuarium, & consulem principum significat. Si Marti, facit mendacem totum, deceptorem omnium, etiam ad mulieres & uirgines. Si Soli, sociabitur Regibus & scriptoribus. Si Veneri, erit amator omnium scientiarum, bene loquens, bonus arbitrator & procurator. Et nota quod hæc prædicta omnia de Mercurio conueniunt etiam Mercurio in domibus et terminis planetarum eorundem, perinde ac si eis coniungeretur &c.

Finis secundilibril de iudicijs natiuitatum.

... ..

De significationibus huiusmodi

A T V A 2.



... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

XCV

LIBER TERTIVS

DE IVDICIIS NATIVITA

tum D. Ioannis Schoneri Carolostadij, Professoris
diuinæ Matheſeos in celebri Germa-
niæ Noriberga.

PRAEFATIO.



DOCTRINA Genethliaca in dua-
bus rebus consistit in disquisitione apote-
lesmatum, seu euentuum, & definitione
temporis decreti. Hactenus priorem par-
tem duobus libris tractauimus. Tertium
alteri parti tribuemus, Quemadmodum
autem sequens doctrina sine præmissa
non potest consistere, ita præcedens sine
sequenti parum momenti habet. Est enim
complementum seu perfectio Genethlia-
cæ doctrinæ futuri euentus tempus, quo
se is potissimum ostensurus sit, posse defi-
nere. Quare omnes qui aliquid operæ posuere in artem hanc inquirendi
ac definiendi euentus & accidentia nati, maxime in hoc incubuerunt, ut
per summas etiam difficultates tempora euentuum disquirerent. Proinde
de ego quoque diligentissime quicquid usquam dignum relatu de hac do-
ctrinæ parte inuenero in hunc librum congeram. Quid præstiterimus
iudicent, quibus hæc nostra sunt futura usui, Nos certe uix cum maxi-
mis laboribus ex his difficultatibus sumus eluctati. Alij inscribunt hanc
doctrinæ partem, de Reuolutionibus, ego non facile à Ptolemæo disce-
do, qui etsi multum tribuit transitibus stellarum, tamen neque introitus So-
lis in puncta cardinalia obseruat, sed Coniunctiones & Oppositiones
proxime præcedentes, neque in rebus Genethliacis circa discussionem
thematis Reuolutionis occupatus est. Quod autem Ptolemæus hoc sibi
sequendum duxerit, factum puto, quod propter Eclipses in Coniuncti-
onibus & Oppositionibus Lunæ, motus satis certus habeatur. Immensa
autem difficultas obstet, quo minus Solis motus ad aliquod scrupula ex-
acte habeatur, tum propter instabilem & fluxam anni quantitatem, tum
quia constat per instrumenta nulla ratione ad exactam præcisionem, quæ
certe hac in parte requirebatur perueniri posse. Ne igitur à Ptolemæi
sententia discederemus initio docuimus, quomodo per progressiones
& transitus tempora euentuum præuideri debeant. Deinde his attexui
mus Arabum, & aliorum traditiones, quas etsi non contemnendas cen-

a seo

seo, tamen potiores partes Ptolemæo semper tribuendas esse iudicauimus. Id quod iam multorum annorum usus nos edocuit. Bene uale, & nostris foeliciter fruire laboribus.

CONTENTA HVIVS LIBRI TERTII.

- Caput primum. Qua ratione perquirenda et præparanda sint ea, quæ requiruntur ad dijudicationem eorum, quæ euentura sunt nato, iuxta distributionem temporum ætatis nati.
- Caput secundum. De generalibus gubernatoribus septem ætatum.
- Caput tertium. De uitæ spacio et temporibus euentuum, per locorum Hylegialium progressiones, siue directiones iuxta mentem Ptolemæi.
- Caput quartum. De generibus euentuum ex progressionibus siue directionibus præcipuorum Hylegialium locorum.
- Caput quintum. De planetis, quos domini generalium progressionum sibi in societatem asciscunt, seu de Algebuthar, id est diuisoribus annorum.
- Caput sextum. De directionibus seu generalibus progressionibus iuxta Arabum et aliorum sententiam.
- Caput septimum. De reliquis progressionum seu profectionum generibus. Item ibidem de domino anni, ac dominis aliorum progressionum.
- Caput octauum. De Arabum temporum arbitris, quos uocant Alfridarios planetarum.
- Caput nonum. De Chronocratoribus seu Decenniorum dominis.
- Caput decimum. De domino orbis.
- Caput undecimum. Quomodo in genere iudicandum sit ex positu stellarum in mundo, et themate Reuolutionis tempore, de ijs quæ nato eo anno euentura sint.
- Caput duodecimum. De situ planetarum in signis Reuolutionis tempore, siue de reditu planetarum etc.
- Caput decimumtertium. De translatione planetarum, de domibus radicis ad domos reuolutionum.
- Caput decimumquartum. De transitu planetarum per loca septuaginta duo necessaria.
- Caput decimumquintum. Quomodo ea, quæ in hoc tertio libro de euentibus et eorum temporibus dicta sunt, ad usum sint accommodanda.
- Caput decimumsextum. Quomodo pro ratione cuiusque geniture sint eligenda idonea tempora actionum, aut negotiorum.
- Caput decimumseptimum. Qui uestium et equorum colores, quæ metalla, qui preciosi lapides, qui septimanæ dies magis minusue sint nati idonei, aut foelices, infœlicesue.

Caput

CAPVT PRIMVM.

Qua ratione perquirenda & præparanda sint ea, quæ requiruntur ad dijudicationem eorum, quæ euentura sunt nato iuxta distributionem temporum ætatis eius. Sunt autem octo requisita. Primo namq; explorandum est, sub cuius planetæ ætate sit natus, & quis eius ætatis generalis Gubernator sit.



V A E R E annum ætatis tuæ currentem in Tabula hac septem ætatum, quem si præcise ibidem annotatum inueneris, scias eodem anno currente tuæ ætatis, mox sequentem ætatem in nato inchoare. Si autem annus fluens tuæ ætatis ibidem expressus non inuenitur, Vide tum sub quibus duobus numeris, minori scilicet & maiori eo, annus tuus propositus comprehendatur. Quoniam tunc natus erit sub tali ætate, quæ inter duos tales numeros comprehenditur. Vt si aliquis esset natus, & esset in ætate 16 annorum, annus iste 16. & si non expressus in Tabula ista ponitur, tamẽ cõprehenditur sub annis 14 & 22. Quare dico natum hunc fore sub ætate adolescentiæ, & eius generalem Gubernatorem fore Venerem. Sequitur Tabula septem ætatum.

I. ¶ Tabula septem ætatum.

☽	4	Nutritionis & infantia.
♀	14	Pueritiæ.
♀	22	Adolescentiæ.
☉	41	Iuuentutis.
♂	56	Virilitatis.
♄	68	Senectutis.
♃	98	Decrepitæ ætatis.
☽	102	Infantiæ rursus.


II. ¶ De directionibus, sunt autem Hylegialia loca dirigenda.



V O D Græci περίπλτων, recentiores directionem uocant, Latine uero Profectionem, Progressionem, Inambulationem, proprie dixissent. Dirigere enim significat latine, obliquum emendare. Verum cum planetæ post regressionem dicantur directi, eo quod obliquum cursum emendant, ac progrediuntur, puto receptum, ut reliquæ etiam planetarum progressiones ratione motus diurni, appellentur directiones, licet contra latini sermonis proprietatem. Cum autem Hylegia stellæ, aut planetarum aspectus diurno motu progrediuntur, fit ut mutuo ad consimiles situs in mundi globo deducantur, Veluti quando benefica aut malefica ad horizontem meridianum, aut circum positionis peruenit, quo in situ Hylegialis locus fuerat, aut contra Hylegialis locus peruenit ad consimilem situm alicuius stellæ uel aspectus. Talis autem progressio unius loci in cœlo ad consimilem situm alterius, dicatur sane generalis progressio, cum per eam generales Chronocratores, seu temporum arbitri constituantur. Tempus uero quod labitur dum locus quispiam cœli ad consimilem situm alterius deducitur, metitur periodum nati, aut definit tempus alterius cuiuscunq; euentus

tus, si id in æquinoctialis partes seu tēpora reducatur, & pro singulis temporibus annus Solaris, mensis, dies, aut hora, pro ratione & quātitate earundem partiū accipiatur. Quando stella seu aspectus quispiam in consequentibus signis deducitur motu diurno ad consimilem situm Hylegij, tūc tempus quod interea elabitur simpliciter, sicut dictū, definit annum futuri euentus, ideoq; hic progressiois modus dicitur à Græcis ἀκτινοβολία, id est, radiorum projectio, quod sine alia obseruatione ex sola radij deductione ad consimilem situm Hylegij tempus futuri euentus colligatur. Sed quando contra Hylech motu diurno deducitur ad consimilem situm stellæ aut aspectus in signis antecedentibus, tempus quod interea elabitur, non definit tempus futuri euentus, sed si bonis planetis, aut eorū aspectibus prius occurrat Hylech tempus excrescit, si malis aut eorum infaustis radijs, tempus decrescit ratione distantia planetæ, seu aspectus ab Horoscopo & temporum, ac horarum inæqualiū. Dicitur autem hic progressiois modus ἀρημικία, quod præter progressiois tempus obseruentur horaria tempora locorum addentium uel diminuentium. Nam si planeta aut aspectus in ortu sit, quotquot fuerint horaria tempora eius diurna in diurnis natiuitatibus, aut nocturna in nocturnis, tot annorum numeros integer addendus est ad annos inuentos per progressioem Hylegij ad locum in antecedentia, & quot deinde horis ab Horoscopo distiterit planeta addens uel minuens, tot decidunt horarijs temporibus asses, ita ut in occasu nihil remaneat quod tempori prædicto addatur, uel ab eo dematur. Priori modo progressiois seu directionis (ut delemæus in inquirenda periodo nati, quando Hylech inter Medium cœli & Ascensum dens fuerit, quia locus interimens peroritur supra Hylech. Posteriori uero, quando Hylech est inter Medium cœli & occasum, uult enim in tali Hylegij situ eum tantū zodiaci locum, qui sit in occasu natum interimere. Porro notandum etiam quod Hylech aut alius locus, cuius progressio consideratur, dicitur significator. Sequens autem locus, uel antecedens ad quem fit respectus, dicitur promissor. Quod autē supra diximus, hos progressiois modos, generales dici debere, fecimus ut esset discrimen inter eas progressiones, & progressiones annorum, mensium, & dierum, quæ uulgo uocantur Projectiones, quasi non sit eadem progressiois et projectionis significatio. His, quo rectius intelligantur Ptolemæi aphorismi, explicatis, proponemus deinceps breuem formulam dirigendi cum exemplo, uberiora uero præcepta requirant studiosi in Tabulis Regionontani de directionibus.

Ad



RATIO DISTRIEVENDI TEMPORA

¶ Exemplum genituræ propositæ.

Longitudo.	Latitudo.	Declinatio	Ascensio recta	Distantiæ à me.	Circulus positus.	Ascensiones & descensioes obliq.
♄ 8 31	0 51 S	22 23 M	279 13	14 40	11	252 23 Desc. ob.
♃ 22 10	1 56 S	4 53 S	173 35	89 2	47	168 8 Asc. ob.
♂ 11 40	2 45 S	19 58 S	134 57	50 24	34	111 9 Asc. ob.
☉ 10 41	0 0	4 14 S	9 49	74 44	46	14 32 Desc. ob.
♂ 28 0	6 0 S	16 23 S	23 46	60 47	39	42 50 Desc. ob.
♂ 17 45	2 0 S	8 46 S	15 35	68 58	44	25 30 Desc. ob.
♃ 18 8	4 58 S	12 29 M	227 5	37 28	29	241 19 Asc. ob.
♄ 3 39	0 0	12 46 S	31 24	53 9	37	45 58 Desc. ob.
Med. C. II 25 0	0 0	0 0	84 33	0 0	Asc. r.	84 33 Asc. re.
I. C. 25 0	0 0	0 0	264 33	0 0	Asc. r.	264 33 Asc. re.
Ascen. 26 0	0 0	0 0		0 0	Rec. 48	174 34 Asc. ob.

¶ Directionis Horoscopi ad promissores sequentes.
Polus 48, Ascensio obliqua ascendens 174.34.

	Longitudo.	Latitudo.	Declinatio.	Ascensio recta	Asc. ob. ad po. 48	G. M. direct.
□ ♄ d.	8 31	0 0	3 23 M	187 48	191 34	17 0
♂ ☉	10 40	0 0	4 14 M	189 48	194 31	19 57
* ♂ si.	11 39	1 23 S	3 21 M	191 15	194 58	20 24
♂ ♀	17 45	2 0 M	8 53 M	195 35	205 25	31 1
♂ ♀	28 0	6 0 M	16 23 M	203 46	222 50	48 16
* ♄ d.	8 31	0 26 S	13 58 M	216 23	232 26	57 52
□ ♂ si.	11 40	0 0	15 22 M	219 13	236 59	62 25

¶ Directiones Lunæ ad promissores.
Circulus positionis Lunæ 29, Ascensio obliqua Lunæ 241.19

△ ☉ de.	10 40	0 0	22 26 M	249 4	13 0	262 4	20 45
△ ♂ si.	11 41	1 23 M	23 37 M	249 57	14 2	293 59	22 40
△ ♀ de.	17 46	1 0 M	23 56 M	256 36	14 14	270 50	29 31
□ ♄ si.	22 10	0 0	23 16 M	261 28	13 48	275 16	33 57
△ ♀ de.	28 8	3 0 M	26 30 M	267 55	16 2	283 57	42 38
♄	8 31	0 51 S	22 23 M	279 36	13 12	292 48	51 29
□ ☉ de.	10 40	0 0	23 4 M	281 36	13 40	295 16	53 57
□ ♀ de.	17 45	0 0	22 19 M	289 15	13 9	302 24	61 5
	Longitudo.	Latitudo	Declinatio	Ascensio recta	Diff. r. asc.	Ascensio obliqua	G. M. Direct.

Directi

¶ Directiones Solis ad promissores.

¶ Circulus positionis Solis 46. Descensio obliqua eius 14. 32.

Δ ☉ d.	11 41	1 23 M	3 22 S	11 16	3 30	14 46	0 14	
♀	17 45	2 0 S	8 49 S	15 35	0 14	24 49	10 17	
♀	28 0	6 0 S	6 23 S	23 46	17 43	41 29	26 57	
⊕	3 28	0 0	12 42 S	31 13	13 30	45 33	30 31	
Δ ♃ si.	8 31	0 26 M	13 58 S	36 16	14 56	51 12	36 40	
□ ☉ d.	11 40	0 0	15 22 S	39 13	16 32	55 45	41 13	
♃	18 8	4 58 M	12 29 S	47 5	13 15	60 20	45 48	
Δ ♃ d.	12 11	0 58 M	17 26 S	50 18	18 59	69 0	54 28	
* ☉ si.	10 4	0 0	22 6 S	69 4	24 52	93 56	79 24	
		Longi- tudo.	Latitudo.	Declina- tio.	Ascen- sio recta	Diffe- rentia ascen.	Descen- sio obli- qua.	G. M. Directio- nis.

¶ Directiones Medij cœli ad promissores.

¶ Ascensio recta. Medij cœli 84. 33.

* ♀ si.	27 52	3 0 S	87 37	3 4		
♃	8 31	0 51 M	99 13	14 40		
□ ☉ si.	10 40	0 0	100 56	16 23		
□ ♀ si.	17 45	0 0	109 15	24 42		
Δ ♃ de.	18 14	2 29 M	109 24	24 51		
* ♃ de.	22 9	0 58 S	114 6	29 33		
□ ♀ si.	28 0	0 0	120 6	35 33		
Δ ☉ si.	10 40	0 0	133 8	48 35		
♂	11 40	2 45 S	134 57	50 24		
Δ ♀ si.	17 46	1 0 M	139 54	55 21		
□ ♃ d.	18 8	0 0	140 35	56 2		
♃	23 50	0 0	146 10	61 37		
		Longi- tudo.	Latitudo.	Ascen- sio recta.	G. M. Directio- nis	

RATIO DISTRIBVENDI TEMPORA

☿ Directiones ☉ ad promissores contra
successionem signorum.

☿ Ascensio recta
☉ 31 24.

♀	28	0	6	0	S	16	23	S	26	0	58	33	38	13	22	39	22	44	46	5	24
♀	17	45	2	0	S	8	49	S	15	35	68	58	44	8	37	24	12	40	1	15	49
Δ ♂ d.	11	41	1	23	M	3	22	S	11	16	73	17	46	3	30	14	56	34	54	19	58
☉	10	40	0	0		4	14	S	9	48	74	45	46	4	24	14	12	35	48	21	36
☿ h. si.	8	31	0	0		3	23	S	7	48	76	45	46	3	21	11	9	44	45	33	36
♂ ♀	22	10	1	56	M	4	53	M	353	35	89	2	47	10	15	343	20	21	9	37	49
Δ ♀ si.	18	14	2	29	M	6	57	M	350	8	85	35	47	7	31	342	37	23	53	41	16
* h. si.	8	31	0	26	S	8	0	M	340	0	75	27	45	8	5	331	55	23	19	51	24
* ♀ de.	27	52	3	0	S	9	26	M	329	0	64	47	43	8	55	320	5	22	29	62	24
	Longi- tudo.	Latitu- do.	Declina- tio.	Ascensio recta	Distan- tia à me- ridie.	Cir- cul. pos.	Diff e- rētia a- scen.	Descen- sio obli- qua.	Descen- sio obli- qua ☉	G. M. Direc- tionis.											

III. ☿ Pro gradu diuisionis & diuifore quem
Algebuthar uocant.

PRIMO præparanda erit tibi Tabula in hunc modum. Quere ascensionem obliquam ascendentis pro Algebuthar ascendentis. Deinde adde pro quolibet anno ætatis gradum unum dictæ ascensionis obliquæ ascendentis, & proueniens quare inter ascensiones obliquas, Tabulæ tuæ regionis ad cuius directum uersus sinistram, reperies gradum & minutum zodiaci, qui erit gradus diuisionis animi tui. Vt Ascensio obliqua fuit 174. 34. sub latitudine regionis 48 graduum. Volo gradum diuisionis ad annum ætatis nati 27 completum. Adde igitur 27 gradus pro annis 27 ætatis, & prosilient gradus 201. 34. Hos quæro in Tabula ascensionum 49 graduum, & reperio gradum diuisionis ascendentis 15. 51 Libræ. Sic quoque age pro reliquis Algebuthar domorum, secundæ, terciæ, &c. etiam pro locis planetarum, ac partis fortunæ iuxta polos eorum sicut hæc sequens Tabula pro genitura propolita ordinata ostendit.

Tabula

12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

Anni curren.	g. diuis.		Diuisor		g. diuis.		Diuisor		g. diuis.		Diuisor		g. diuis.		Diuisor		g. diuis.		Diuisor		g. diuis.		Diuisor	
	48	Ascendētis	50	Secūda.	29	Tertia.	Recta	Quarta	29	Quinta	50	Sexta.	48	Septim.	50	Octaua	29	Nona.	Recta	Decim.	29	Undeci.		
	♄	♃	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	
1	26	0	♂	19	4	17	♂	25	♂	3	♂	3	♀	26	♂	19	♂	17	4	25	♂	3	4	
2	26	44	♂	20		18		26	♂	26	4	5	♀	28	♂	28	21	♂	20	18	26	♂	3	4
3	27	28	♂	20		19	4	27	♂	5	7	7	♀	0	♂	23	♂	19		27	♂	4		
4	28	12	♂	21	♂	21	19	28	♂	6	9	9	♀	2	♂	25	♂	20		28	♂	5		
5	28	56	♂	22		20		29	♂	7	7	11	♀	4	♂	27	♂	21	♂	29	♂	6	♀	6
6	29	41	♂	22		21		29	♂	8	7	11	♀	4	♂	27	♂	21	♂	29	♂	6	♀	6
7	0	15	♂	22		22		0	♂	10	10	13	♀	6	♂	29	♂	23	♂	22	♂	7	7	7
8	1	10	♂	23		23		1	♂	11	11	15	♀	8	♂	1	♀	24	♂	0	♂	8	8	8
9	1	53	♂	24	♂	24	♂	2	♂	12	12	20	♂	10	♂	12	♂	5	♂	26	♂	9	9	9
10	2	38	♂	25		25		3	♂	13	13	22	♂	14	♂	7	♂	27	♂	3	♂	10	10	10
11	3	22	♂	26		25		4	♂	14	14	24	♂	17	♂	9	♂	28	♂	4	♂	11	11	11
12	4	6	♂	27		26		5	♂	16	16	27	♂	19	♂	11	♂	29	♂	5	♂	12	12	12
13	4	50	♂	27		27		6	♂	17	17	29	♂	21	♂	13	♂	0	♂	6	♂	13	13	13
14	5	34	♂	28	♂	28		7	♂	19	19	1	♂	23	♂	14	♂	2	♂	7	♂	14	14	14
15	6	18	♂	29		29		8	♂	20	20	4	♂	25	♂	16	♂	3	♂	8	♂	14	14	14
16	7	2	♂	0	♂	0	♂	9	♂	21	21	6	♂	26	♂	17	♂	4	♂	9	♂	15	15	15
17	7	45	♂	0		0	♂	10	♂	22	22	8	♂	28	♂	19	♂	5	♂	10	♂	16	16	16
18	8	31	♂	1		1	♂	10	♂	23	23	10	♂	0	♂	21	♂	6	♂	11	♂	17	17	17
19	9	15	♂	2		2	♂	11	♂	24	24	12	♂	2	♂	22	♂	7	♂	11	♂	18	18	18
20	9	59	♂	2		3	♂	12	♂	26	♂	14	♂	4	♂	24	♂	8	♂	12	♂	19	19	19
21	10	43	♂	3		4	♂	13	♂	27	27	17	♂	6	♂	25	♂	9	♂	13	♂	20	20	20
22	11	27	♂	4		5	♂	14	♂	29	29	19	♂	7	♂	27	♂	10	♂	14	♂	20	20	20
23	12	11	♂	5		6	♂	15	♂	0	♂	21	♂	9	♂	28	♂	11	♂	15	♂	21	21	21
24	12	55	♂	5		6	♂	16	♂	1	♀	23	♂	11	♂	29	♂	12	♂	16	♂	22	22	22
25	13	39	♂	6		7	♂	17	♂	3	♂	25	♂	12	♂	1	♂	13	♂	17	♂	23	23	23
26	14	25	♂	7	♀	7	♂	18	♂	4	♂	27	♂	14	♂	2	♂	14	♂	18	♂	24	24	24
27	15	7	♂	7		8	♂	19	♂	6	♂	29	♂	16	♂	4	♂	15	♂	19	♂	25	25	25
28	15	51	♂	8		10	♂	20	♂	7	♂	1	♂	17	♂	5	♂	16	♂	20	♂	26	26	26
29	16	34	♂	9		11	♂	21	♂	8	♂	3	♂	19	♂	6	♂	17	♂	21	♂	26	26	26
30	17	18	♂	10		11	♂	22	♂	10	♂	5	♂	20	♂	7	♂	18	♂	22	♂	27	27	27
31	18	2	♂	11	♂	12	♂	23	♂	11	♂	7	♂	22	♂	9	♂	19	♂	23	♂	28	28	28
32	18	46	♂	11		13	♂	24	♂	12	♂	9	♂	23	♂	10	♂	20	♂	24	♂	29	29	29
33	19	30	♂	12		14	♂	25	♂	14	♂	10	♂	25	♂	11	♂	21	♂	25	♂	30	30	30
34	20	14	♂	12		15	♂	26	♂	15	♂	12	♂	26	♂	12	♂	22	♂	25	♂	31	31	31
35	20	58	♂	13		16	♂	27	♂	17	♂	14	♂	27	♂	13	♂	23	♂	26	♂	32	32	32
36	21	42	♂	14		17	♂	28	♂	18	♂	16	♂	29	♂	14	♂	24	♂	27	♂	33	33	33
37	22	25	♂	15		18	♂	28	♂	19	♂	17	♂	0	♂	15	♂	25	♂	28	♂	34	34	34
38	23	10	♂	15		18	♂	29	♂	21	♂	19	♂	1	♂	16	♂	26	♂	29	♂	35	35	35
39	23	53	♂	16		19	♂	0	♂	22	♂	20	♂	3	♂	18	♂	27	♂	0	♂	36	36	36
40	24	37	♂	17		20	♂	1	♂	24	♂	22	♂	4	♂	19	♂	28	♂	1	♂	37	37	37
41	25	20	♂	17		21	♂	2	♂	25	♂	24	♂	5	♂	20	♂	29	♂	2	♂	38	38	38
42	26	4	♂	18		22	♂	3	♂	27	♂	25	♂	7	♂	21	♂	29	♂	3	♂	39	39	39
43	26	48	♂	19	♂	23	♂	4	♂	28	♂	27	♂	8	♂	22	♂	0	♂	4	♂	40	40	40
44	27	32	♂	20		24	♂	5	♂	29	♂	28	♂	9	♂	23	♂	1	♂	5	♂	41	41	41
45	28	15	♂	21		25	♂	6	♂	0	♂	29	♂	10	♂	24	♂	2	♂	6	♂	42	42	42
46	28	59	♂	21		26	♂	7	♀	7	♂	0	♂	11	♂	25	♂	3	♂	7	♀	43	43	43
47	29	43	♂	22		27	♂	8	♂	4	♂	2	♂	12	♂	26	♂	4	♂	8	♂	44	44	44
48	0	26	♂	22		28	♂	9	♂	5	♂	3	♂	14	♂	27	♂	5	♂	9	♂	45	45	45
49	1	10	♂	23		28	♂	10	♂	7	♀	6	♂	15	♂	28	♂	6	♂	10	♂	46	46	46
50	1	54	♂	24	♂	29	♂	11	♂	8	♀	6	♂	16	♂	29	♂	7	♀	11	♂	47	47	47
51	2	38	♂	25		0	♂	12	♂	10	♂	7	♂	17	♂	0	♂	8	♂	12	♂	48	48	48
52	3	22	♂	25		1	♂	13	♂	13	♂	11	♂	18	♂	0	♂	9	♂	13	♂	49	49	49
53	4	6	♂	26		2	♂	14	♂	12	♂	10	♂	19	♂	1	♂	10	♂	14	♂	50	50	50
54	4	49	♂	27		3	♂	15	♂	14	♂	11	♂	20	♂	2	♂	11	♂	15	♂	51	51	51
55	5	33	♂	27		4	♂	16	♂	15	♂	12	♂	21	♂	3	♂	11	♂	16	♂	52	52	52
56	6	17	♂	28		5	♂	17	♂	17	♂	13	♂	22	♂	4	♂	12	♂	17	♂	53	53	53
57	7	0	♂	29		6	♂	18	♂	18	♂	14	♂	23	♂	5	♂	13	♂	18	♂	54	54	54
58	7	43	♂	0	♂	7	♂	19	♂	19	♂	15	♂	24	♂	6	♂	14	♂	19	♂	55	55	55
59	8	27	♂	1	♂	8	♂	20	♂	21	♂	16	♂	25	♂	7	♀	15	♂	20	♂	56	56	56
60	9	10	♂	1		9	♂	21	♂	22	♂	18	♂	26	♂	8	♀	15	♂	21	♂	57	57	57

¶ Quibus diebus planeta incipiet fieri diuisor ascendentis.



VIDE in Tabula Algebutiar sub columnula Ascendentis planetam diuisorem, cuius numeros graduum & minorum mox precedentē et sequentem extra scribe ad partem, subtrahendo minorem à maiori et colliges differentiam eorum, quæ erit numerus primus. Secundus erit semper 365 dierum, scilicet anni. Tertiū autē numerū sic habebis: Subtrahe minorem eorum à termino talis planetæ, et eorum differentia est tertius numerus. Duc secundum in tertium, et productum diuide per primum, et proueniens ostendit tibi dies, numerandos à die natalis, iuxta ordinem rectum, et ubi terminatur numerus, eo die incipiet planeta fieri Diuisor ascendentis. Exemplum genituræ propositæ. Anno tertio ætatis nati currente, peruenit diuisio ad 27.28 Virginis, eodem anno erit diuisor ascendentis Saturnus. Subtrahō igitur 27.28 ab 28.12, ueniunt 44 minuta, primus numerus et diuisor, secundus numerus semper 365. Subtrahō nunc 27.28 ab 28 gradibus, scilicet termino Saturni, ueniunt 32 minuta tertius scilicet numerus. Multiplico 365 per 32, proueniunt 11680, quæ diuidendo per 44, ueniēt dies 265, hos si numerabo à die natiuitatis scilicet à 22. die Martij, perducor ad 12 diem Decembris, eo etenim die incœpit Saturnus fieri diuisor.

III. **¶** Ad quæ signa profectioes annuæ quinq; locorum Hylegialium in annis ætatis nati pertinent inquirere.



FORMABIS Tabulam profectioinum tali ordine. Pone in primū ordinem annos ætatis nati ab 1. in 12. In secundum ordinem annos à 13 in 24. In tertium ab 25 in 36, et sic consequenter usq; ad annos ultimos ætatis nati. Et in capitibus illorum annorum ætatis scribe annos Christi, sic uidelicet, In primo ordine supra 1 annum ætatis scribe annos Christi currentes tue genituræ, quibus adde 12 annos, et collectum hoc pone supra 13 annum ætatis, et sic semper addendo 12 annos, usq; in ultimum ordinem annorum ætatis. Deinde ad dextram illorum annorum ætatis, pone in directo 1 annum ætatis, Signum ascendentis, deinde signum Lunæ in secundo ordine. Item signum Solis in tertio ordine. Deinde signum Mediæ cœli. Ultimo signum partis fortunæ. Demum à capitibus illorum ordinum descendendo scribe sequentia signa secundum ordinem signorum, et parata erit Tabula. Huius rei exemplum uide hanc Tabulam sequentem genituræ propositæ.

Tabula Radicum profectioum.

Anni Christi	1459	1471	1483	1495	1507	Ascē den= tis	Lunæ	Solis	M.C.	R. ier= tunæ
1						♌ 26	♌ 18.8	♌ 10.40	♌ 25	♌ 3.29
2	13	25	37	49		♍	♍	♍	♍	♍
3	14	26	38	50		♎	♎	♎	♎	♎
4	15	27	39	51		♏	♏	♏	♏	♏
5	16	28	40	52		♐	♐	♐	♐	♐
6	17	29	41	53		♑	♑	♑	♑	♑
7	18	30	42	54		♒	♒	♒	♒	♒
8	19	31	43	55		♓	♓	♓	♓	♓
9	20	32	44	56		♈	♈	♈	♈	♈
10	21	33	45	57		♉	♉	♉	♉	♉
11	22	34	46	58		♊	♊	♊	♊	♊
12	23	35	47	59		♋	♋	♋	♋	♋
13	24	36	48	60		♌	♌	♌	♌	♌

Ex hac Tabula inuenies quolibet anno ætatis nati ad quod signum aliqua profectio annua pertingat, ut anno ætatis nati, cuius hæc est Tabula 16. currente, uel inchoante, id est anno Christi 1474. fuit profectio ascendētis ad 26 gradum ♌, profectio Lunæ ad 18.8 ♌. Profectio Solis ad 10.40 ♌, & sic de alijs &c.

Pro dispositione Tabulæ profectioum pro die quo profectio hæc annua ad certum aspectum uel locum cœli pertinet, ita procede: Primum scribe dies 31, ad leuam tabulæ. Deinde in capite tabulæ duodecim menses, ut Ianuarius, Februarius &c. iuxta ordinem. Deinde impone numeros graduum & minorum ad arē Tabulæ, incipiendo numerum graduum & minorum, scilicet 0.0. in die natiuitatis. Deinde mox sequentem diem 0.5, ad tertium 0.10, & sic consequenter iuxta ordinem sicut habet tabula sequens, & erit completa.

Exemplum genituræ propositæ.

Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cœli pertinet.

dies.	Januar. G. M.	Febru. G.M.	Mar. G.M	Apr. G.M	Mai9 G.M	Junio9 G.M	Julius G. M.	Augu. G. M.	Septē. G. M	Octo: G. M.	Nouē. G. M.	Decē. G. M
1	23 26	25 57	28 15	0 50	3 17	5 50	8 18	10 51	13 24	15 52	18 25	20 52
2	23 30	26 2	28 20	0 55	3 22	5 55	8 23	10 56	13 29	15 57	18 30	20 57
3	23 35	26 7	28 25	0 59	3 27	6 0	8 28	11 1	13 33	16 2	18 34	21 2
4	23 39	26 12	28 30	1 4	3 32	6 5	8 33	11 6	13 38	16 6	18 39	21 7
5	23 44	26 17	28 35	1 9	3 37	6 10	8 38	11 11	13 43	16 11	18 44	21 12
6	23 49	26 22	28 40	1 14	3 42	6 15	8 43	11 16	13 48	16 16	18 49	21 17
7	23 54	26 27	28 45	1 19	3 47	6 20	8 48	11 21	13 53	16 21	18 54	21 22
8	23 59	26 32	28 50	1 24	3 52	6 25	8 53	11 26	13 58	16 26	18 58	21 27
9	24 4	26 37	28 55	1 29	3 57	6 30	8 58	11 31	14 3	16 31	19 3	21 32
10	24 9	26 42	29 0	1 34	4 2	6 35	9 3	11 36	14 8	16 36	19 8	21 37
11	24 14	26 47	29 5	1 39	4 7	6 40	9 8	11 41	14 13	16 41	19 13	21 42
12	24 19	26 52	29 10	1 44	4 12	6 45	9 13	11 46	14 18	16 46	19 18	21 47
13	24 24	26 57	29 15	1 49	4 17	6 50	9 18	11 51	14 23	16 51	19 23	21 52
14	24 29	27 2	29 20	1 53	4 21	6 54	9 23	11 55	14 28	16 55	19 28	21 56
15	24 34	27 7	29 25	1 58	4 26	6 59	9 27	12 0	14 33	17 0	19 33	22 1
16	24 39	27 12	29 30	2 3	4 31	7 4	9 32	12 5	14 38	17 5	19 38	22 6
17	24 44	27 17	29 35	2 8	4 36	7 9	9 37	12 10	14 43	17 10	19 43	22 11
18	24 49	27 22	29 40	2 13	4 41	7 14	9 42	12 15	14 48	17 15	19 48	22 16
19	24 54	27 27	29 45	2 18	4 46	7 19	9 47	12 20	14 53	17 20	19 53	22 21
20	24 58	27 32	29 50	2 23	4 51	7 24	9 52	12 25	14 57	17 25	19 57	22 26
21	25 3	27 37	29 55	2 28	4 56	7 29	9 57	12 30	15 2	17 30	20 2	22 31
22	25 8	27 41	0 0	2 33	5 0	7 34	10 1	12 35	15 7	17 35	20 7	22 36
23	25 13	27 46	0 5	2 38	5 5	7 39	10 6	12 40	15 12	17 40	20 12	22 41
24	25 18	27 51	0 10	2 42	5 10	7 43	10 11	12 44	15 17	17 45	20 17	22 46
25	25 23	27 56	0 15	2 47	5 15	7 48	10 16	12 49	15 22	17 50	20 22	22 50
26	25 28	28 0	0 20	2 52	5 20	7 53	10 21	12 54	15 27	17 55	20 27	22 55
27	25 33	28 5	0 25	2 57	5 25	7 58	10 26	12 59	15 32	18 0	20 32	23 0
28	25 38	28 10	0 30	3 2	5 30	8 3	10 31	13 4	15 37	18 5	20 37	23 5
29	25 43		0 35	3 7	5 35	8 8	10 36	13 9	15 42	18 10	20 42	23 10
30	25 48		0 40	3 12	5 40	8 13	10 41	13 14	15 47	18 15	20 47	23 15
31	25 53		0 45		5 45		10 46	13 19		18 20		23 20

¶ Quomodo dies exploretur quo profectio annua ad certum locum figuræ cœli perueniat.



X tabula Radiationum atq; aspectuum locorum genituræ propositæ quæ supra, libro primo, pagina sexta ponitur, excipe locum aspectus, cuius diem quæris, quem ad partem notabis. Deinde subscribe illi Signum, gradum & minutum profectiois annuæ ex tabula Radicum profectiois, & eum numerum subtrahe à primo, & ueniet differentia inter signum & gradum &c. radice profectiois, & locū aspectus, cuius diē quæris. Ut si radix profectiois ascendenti anno 16 ætatis nati fuit 26 gradus Sagittarij, uolo inuestigare diem quando pertinget ad corpus Saturni, fuit autem Saturnus in 8. grad. 31 minut. Capricorni, operare ut infra.

Sig.	grad.	minut.	
9	8	31	Corpus Saturni
8	26	0	radix profectiois annuæ S;
0	12	31	distãtia inter radicē profectiois et corpus Saturni.

Hos gradus 12, mi. 31 quæro in tabula præcedenti, & reperio e uiciniorẽ 12.30. in cuius numeri capite

ponitur mensis augustus, & ad leuam tabulæ in ordine dierum 21. Dico igitur diē 21 augusti profectioem annuam pertingere ad corpus Saturni.

Profectioes mensurnas atq; diurnas si cupis, consule tabulas Directionum M. Ioannis de Monteregio.

RATIO DISTRIBVENDI TEMPORA

Tabulæ duæ Alfridariæ uniuersales omnibus genituris hominum inseruientes.

Pro diurnis natiuitatibus.

Pro nocturnis natiuitatibus

Anni dies			Anni dies			Anni dies			Anni dies		
☉	1	156	♃	52	260	☽	1	104	♀	50	52
☉ ♀	2	313	♃ ♂	54	156	☽ ♃	2	208	♀ ♀	51	104
☉ ♀	4	104	♃ ☉	56	52	☽ ♃	3	313	♀ ☽	52	156
☉ ☽	5	260	♃ ♀	57	313	☽ ♂	5	52	♀ ♃	53	208
☉ ♃	7	52	♃ ♀	59	208	☽ ☉	6	156	♀ ♃	54	260
☉ ♃	8	208	♃ ☽	61	104	☽ ♀	7	260	♀ ♂	55	312
☉ ♂	10	0	♃ ♃	63	0	☽ ♀	9	0	♀ ☉	57	0
♀	11	52	♃ ♂	64	0	☽ ♃	10	208	♀ ♀	58	313
♀ ♀	12	104	♃ ☉	65	0	☽ ♃	12	52	♀ ☽	60	260
♀ ☽	13	156	♃ ♀	66	0	☽ ♂	13	260	♀ ♃	62	208
♀ ♃	14	208	♃ ♀	67	0	☽ ☉	15	104	♀ ♃	64	156
♀ ♃	15	260	♃ ☽	68	0	☽ ♀	16	313	♀ ♂	66	104
♀ ♂	16	313	♃ ♃	69	0	☽ ♀	18	156	♀ ☉	68	52
♀ ☉	18	0	♃ ♃	70	0	☽ ☽	20	0	♀ ♀	70	0
♀	19	313	♃ ☽	73	0	☽	21	260	♀ ☽	73	0
♀ ☽	21	260	♃	75	0	☽ ♂	23	156	♀	74	0
♀ ♃	23	208	☉	76	156	☽ ☉	25	52	♀	76	104
♀ ♃	25	156	☉ ♀	77	313	☽ ♀	26	313	♀ ♃	77	208
♀ ♂	27	104	☉ ♀	79	104	☽ ♀	28	208	♀ ♃	78	313
♀ ☉	29	52	☉ ☽	80	260	☽ ☽	30	104	♀ ♂	80	52
♀ ♀	31	0	☉ ♃	82	52	☽ ♃	32	0	♀ ☉	81	156
☽	32	104	☉ ♃	83	208	♃	33	0	♀ ♀	82	260
☽ ♃	33	208	☉ ♂	85	0	♃ ☉	34	0	♀ ♀	84	0
☽ ♃	34	313	♀	86	52	♃ ♀	35	0	♀ ♃	85	208
☽ ♂	36	52	♀ ♀	87	104	♃ ♀	36	0	♀ ♃	87	52
☽ ☉	37	156	♀ ☽	88	156	♃ ☽	37	0	♀ ♂	88	260
☽ ♀	38	260	♀ ♃	89	208	♃ ♃	38	0	♀ ☉	90	104
☽ ♀	40	0	♀ ♃	90	260	♃ ♃	39	0	♀ ♀	91	313
♀	41	208	♀ ♂	91	313	☉	40	156	♀ ♀	93	156
♀ ♃	43	52	♀ ☉	93	0	☉ ♀	41	313	♀ ☽	95	0
♀ ♂	44	260	♀	94	313	☉ ♀	43	104	♀	96	260
♀ ☉	46	104	♀ ☽	96	260	☉ ☽	44	260	♀ ♂	98	156
♀ ♀	47	313	♀ ♃	98	208	☉ ♃	46	52	♀ ☉	100	52
♀ ♀	49	156	♀ ♃	100	156	☉ ♃	47	208			
♀ ☽	51	0				☉ ♂	49	0			

VI. In ordine nunc de domino Orbis ac domo figuræ cœlestis, quam idē dominus orbis gubernabit determinandum. Pro hac autem re formabis tibi tabulam, ut in promptu omnia habeas ad manus. Pone in primum ordinem omnes ætatis nati tui secundum ordinem pro primo anno, colloca planetam dominū horæ tuæ genituræ. Pro secundo anno planetam mox sequentem in ordine orbium planetarum descendendo, & sic in finem usq; annorum tuorum. In tertium uero ordinem, pone domos, primam pro primo anno, secundam domū pro secundo anno, ut in sequenti tabula, quæ pro genitura proposita in exemplum dictorum ponitur.

Anni ætatis nati	Dominus orb.	Domus	Anni ætatis nati	Dominus orb.	Domus
1	♀	Prima	31	♃	Septima
2	♁	Secunda	32	♄	Octava
3	♂	Tertia	33	♅	Nona
4	♆	Quarta	34	♁	Decima
5	♂	Quinta	35	♂	Vndeci.
6	♁	Sexta	36	♀	Duodeci.
7	♂	Septima	37	♁	Prima
8	♀	Octava	38	♂	Secunda
9	♁	Nona	39	♄	Tertia
10	♂	Decima	40	♅	Quarta
11	♆	Vndeci.	41	♁	Quinta
12	♂	Duode.	42	♂	Sexta
13	♁	Prima	43	♀	Septima
14	♂	Secūda	44	♁	Octava
15	♀	Tertia	45	♂	Nona
16	♁	Quarta	46	♄	Decima
17	♂	Quinta	47	♅	Vndeci.
18	♆	Sexta	48	♁	Duode.
19	♂	Septima	49	♂	Prima
20	♁	Octava	50	♀	Secunda
21	♂	Nona	51	♁	Tertia
22	♀	Decima	52	♂	Quarta
23	♁	Vndeci.	53	♄	Quinta
24	♂	Duode.	54	♅	Sexta
25	♆	Prima	55	♁	Septima
26	♂	Secunda	56	♂	Octava
27	♁	Tertia	57	♀	Nona
28	♂	Quarta	58	♁	Decima
29	♀	Quinta	59	♂	Vndeci.
30	♁	Sexta	60	♄	Duodeci.

VII. Tabula Chronocratorū siue dominorū decenniorū constituere.



In hac distributione serua ordinē sequentē, in diurnis genituris incipe à Sole, cui succedat planeta proxime ipsum in ordine figuræ natiuitatis sequens secundū signorum sequelam. In nocte autem à Luna incipe. Deinde subiunge alios planetas, qui eam in ordine signorum sequuntur. Et secundum hunc modum Sol dat annum unum, & dies 210, secundum tabulam uniuersalem sequentem.

Plane

RATIO DISTRIBVENDI TEMPORA

Planeta	Anni	Dies
☉	1	210
☽	2	30
♃	2	180
♂	1	0
♁	1	90
♀	0	240
♁	1	240

} Vniuersalis distributio temporum dominorum decenniorum.

Ad formandum autem ex his tabulam Chronocratorum, Pone in primum ordinem tabulae planetas iuxta ordinem signorum figurae natiuitatis. Nam in diurna genitura, pone primo Solem. In nocturna Lunam, deinde alios iuxta ordinem figurae natiuitatis. Quibus ita dispositis, ascribe Soli uel Lunae, secundum quod fuerit natiuitas diurna uel nocturna, annos suos ex praecedenti parua tabula. Deinde illis annos & dies mox sequentis planetae in ordine figurae natiuitatis, quibus collectis ascribe hoc collectum suo planetae. Deinde adde etiam huic collecto annos & dies alterius etiam mox sequentis planetae, & sic quemlibet numerum annorum & dierum, sic ex crescentem, appone tali planetae sequenti, & sic usque in finem annorum nati. Exemplum accipe propositae geniturae quae fuit diurna, planetae fuerunt in themate natalitio hoc ordine post Solem, Mercurius, Venus, Mars, Iupiter, Luna, Saturnus.

Tabula Chronocratorum geniturae propositae.

		Anni	Dies			Anni	Dies
☉	♀	1	210	♀	♀	32	50
☉	♁	3	85	♂	♁	33	140
☉	♀	3	325	♂	♁	34	140
☉	♂	5	50	♂	☽	36	170
☉	♁	6	50	♂	♃	38	350
☉	☽	8	80	♂	☉	40	195
☉	♃	10	260	♂	♀	42	70
♀	♀	12	135	♂	♀	42	310
♀	♀	13	10	♁		43	310
♀	♂	14	100	♁	☽	45	340
♀	♁	15	100	♁	♃	48	155
♀	☽	17	130	♁	☉	50	0
♀	♃	19	310	♁	♀	51	240
♀	☉	21	155	♁	♀	52	115
♀		22	30	♁	♂	53	205
♀	♂	23	120	☽		55	235
♀	♁	24	120	☽	♃	58	50
♀	☽	26	150	☽	☉	59	260
♀	♃	28	330	☽	♀	61	135
♀	☉	30	175				

VIII.

¶ Conuersiones siue Reuolutiones Lunæ
Menstruas perscrutari,



ENSIVM conuersiones fiunt diebus uigintiocto, horis duabus, ac minutis circiter 18. Quos si adieceris diebus, horis, & minutis, annuæ conuersionis, resultabit sequens conuersio menstrua. Sin autem addideris dies 56, horas 4, minuta 35, prodibit tempus secundæ conuersionis menstruæ, & sic de cæteris, ut in Tabula sequenti. Si enim cū earum congerie per singulos menses figuras cœlestes erexeris, quæ quodammodo futura sit nato uirtus uegetandi, itemq; corporis atq; animæ connexiones com- monstrabunt.

¶ Tabula conuersionum menstruarum Lunæ.

Mēses p̄fec.	Dies	Horas.	Minuta.	Secunda
1	28	2	17	37
2	56	4	35	14
3	84	6	52	51
4	112	9	10	28
5	140	11	28	5
6	168	13	45	42
7	196	16	3	19
8	224	18	20	55
9	252	20	38	32
10	280	22	56	9
11	309	1	13	46
12	337	3	31	23
13	365	5	49	0

CAPVT SECVNDVM.

¶ De generalibus Gubernatoribus
septem ætatum.



VNA gubernatrix generalis ætatis infantia ab hora natiuitatis in finem quatuor annorum, cum sit frigida & humida natura, disponit infantem iuxta sui naturam, cum multis humiditatibus, unde & linguæ eorum graues ad loquendum, sicut etiam notatur in illis, qui bibunt ad ebrietatem usq;. Sunt enim infantes mobiles, ueluti Luna, unde & ex quacunq; leui causa alterabitur infans, præsertim quando Luna in figura radicis atq; reuolutionis fuerit male disposita. Si uero bene disposita fuerit, uiuet sanus.

Mercurius quinto anno ætatis nati accipit cum Luna gubernationem generalem annorum pueritiæ, usq; in 14 annum ætatis nati, qui ex natura sua propria

c

frigi-

frigidus, & siccus existit, si nulli planetarum commiscetur. Si uero alicui commiscetur, induit naturam talis planetæ, ut si in radice habuerit commixtionem cum planeta calidæ, & siccæ naturæ, tunc exacuet linguam nati, & loquelam, item rationem, & intellectum pueri, fietq; idoneus ad disciplinas capeffendas, si Mercurius bene dispositus fuerit, præsertim in aliquo domicilio Saturni. Si uero cum planeta frigidus, & humido commiscetur, uel si repertus fuerit in Tauro, uel Scorpione male dispositus, & infœlix, tunc pueri lingua & loquela tardabitur, & impediatur, eritq; ingeniorudis. Et quodcumq; in reuolutione Mercurius bene dispositus fuerit, in illo anno ad disciplinas propensior erit. Si contrarium fuerit, contrarium dicito.

Venus in 15 anno ætatis nati, accipit cum Mercurio regimen hoc generale annorum adolescentiæ, usq; in 22 annum ætatis, quæ est naturæ frigidæ, & humidæ, natum ad res Venereas, uoluptates gaudia, amores, & musicam tunc inclinabit. Quæ si in radice fuerit, in masculino signo, erit pronus ad Venerem, eiusdem generis, Si in fœminino, ad fœminas. Quod si in Virgine, aut Capricorno fuerit ab infortunis impedita, erit mollis, & impudicus. Si fuerit sic in mulieris generitura, erit meretrix, uel infamis. Quod si tunc etiam Venus fuerit domina anni, fiet feruentissimus in amore, utetur rebus odoriferis, pulchris ornamentis, musica, lautis conuiujs, uenationibus, aucupijs, & similibus quæ animû delectabunt. Hæc gubernatio erit secundum esse Veneris, ut quando boni esse fuerit, natus completus erit, & quando mali esse, deficiens in rebus Venereis.

Sol anni 23 ætatis nati fit gubernator generalis ætatis iuuentutis cum Venere, usq; in annum 41, ætatis nati, qui natura calidus, & siccus est, animum nati ad rebus Venereis, aliquantulum declinare faciet, & ad gloriæ cupiditatem inclinat, audacem in rebus suis facit, acutum, sagacem, audum ad opes parandas, & honores, ac magistratus. Erit tunc amans iustitiæ, retrahet se à ludibrijs, & ludis, & ad seria se conferet, perquiretq; gloriæ, honorem, & bonum nomen. Si Sol gubernator generalis fortunatus fuerit in radice natiuitatis, erit eius gubernatio bona, & completa. Si infortunatus, nato accidet damnum in gubernatione eius.

Mars 42 anno fit gubernator generalis annorum uirilitalis cum Sole usq; ad finem anni 56 ætatis nati, natura calidus & siccus, natum ad magistratus petendos, & ad rem parandam inclinabit, fiet tum plus auarus quàm prodigus, iracundus, cholericus, aliquando aduersas ualitudines experietur. Sed animus semper altiora petet, Vires corporis incipient tum deficere, multa inchoabit, sed uix ad finem usq; optatum perducet. Mars itaq; cum gubernator generalis fortis fuerit, & in radice, ac reuolutione bene dispositus, acquiret magistratum &c. Si non, minime consequetur.

Iupiter anno ætatis nati 57, incipit gubernationem senectutis cum Marte, usq; in annum 68 ætatis nati, natura calidus, & humidus, qui hoc suo tempore inclinabit natum ad res diuinas, ac religiosas, retrahetq; se à curis, ac laboribus mundanis, exhibebitq; se ipsum otio, & quieti, nolens se ulterius exponere periculis, quod indies cogitabit turpia & dicta, & facta relinquere, & ad æterna mentem diriget.

Saturnus in anno 69 ætatis nati fit gubernator decrepitæ ætatis cum Ioue usq; in annum ætatis 98, natura frigidus, & siccus. Debilitat igitur isto suo tempore corpus nati, & incuruat, qui tremulus, & baculo innixus, difficulter ambulabit, molestus omnibus, gaudia & solacia non curabit, sed odio eos habebit, qui gaudijs, & lætitijs uacant, nam alijs rebus ipse semper intentus, ideo de suis factis loquitur. Si quis autem nonagesimum octauum annum superauerit, incipient tunc

tunc secundario in eo anni ætatis Lunæ cum Saturno, fietq; tunc talis ut infans, quoniam tunc est sub annis secundis infantia, usq; in finem annorum 02, ultra hos annos pauci uitam agunt, nostro hoc sæculo. Si uero hosce transuerint annos, sicut sibi ipsis, atq; alijs tædiosi.

Notandum tamen quòd planeta generalis ætatis nati, si bene dispositus, atq; foelix, & saluus, tam in radice, quàm in reuolutione natiuitatis inuentus fuerit, significata sua etiam foeliciter, & bene tali anno absoluet. Si debilis, & infortunatus, debiliter, & malè significabit. Vt exemplo etiam lucidius capias, Sit Sol in radice foelix, & in reuolutione similiter, fueritq; in reuolutionis figura in quinta domo, significabit tunc fortunam ex significato gubernatoris, scilicet Solis, & de natura domus quintæ, ut fortunam quandam per uoluptates, & mulieres. Si infortunatus in radice, & reuolutione, & in figura reuolutionis in 12 domo, significabit damnum significati Solis, ratione significationis 12 domus tali anno reuolutionis.

CAPVT TERTIVM.

¶ De uitæ spatio, & temporibus euentuum, per locorum Hylegialium progressiones, siue directiones, iuxta mentem Ptolomæi.



V A ratione ex Arabum doctrina uitæ periodus inquiratur, initio huius operis ostendimus. Verum Ptolomæi ratione, quæ ex directionum doctrina dependet, placuit in hunc locum differre. Duximus enim ex re studiosorum fore, si ueluti in fasciculum, totam rationem præuidendi ex progressibus, ea quæ euentura sint nato, cum in animi, ac corporis, tum in fortunæ bonis, unum in locum colligeremus. Initio uero Ptolomæi hac in parte sententiam, quantum fieri poterit dilucidissime explicabimus, cui deinde subiungemus quæ nobis præcipua, & maxime utilia ex aliorum traditionibus esse uidebuntur. Non autem oscitantem, aut fugitantem laboris eum Mathematicum esse oportet, qui iuxta Ptolomæi sententiam, periodum uitæ nati constituere uoluerit. Et si enim uitæ dator, seu hylech non difficilis inuentu fuerit, tamen quando uis datoris uitæ extinguatur, & quæ stella sit ἀτροπος seu interemprix nati, nõ est mediocris operæ, & prudentiæ prospicere. Consentaneum quidem est physicis rationibus interimere corpora maleficarum, & earum quadratos & oppositos aspectus. Itè sextiles earundem maleficarum quos proijciunt in obedientia signa, quibus tanquàm tyranni imperent, aut in antisca suorum locorum, cum in his uires suas exerceant, non aliter ac in locis in quibus commorantur. Hylegij quoq; sinister quadratus, item sextilis de signis multorum temporum ascensionum, & trinus paucorum temporum ascensionum, si sint infecti, uitæ nati insidiari uidentur. Præterea quando Luna adepta fuerit Hylegialem potestatem, Solis locus etiam interimit. Verum enim uero hæc loca non perpetuo interimunt. Cum namq; Hylech sit aut in orientibus partibus à Medio cœli, aut in locis declinatibus à Medio cœli, si in his fuerit occasus tantum Hylech occultare, & uitæ dominium auferre censebitur, occursum autem interimentium locorum diminuire, pro ratione supra exposita de temporibus, seu annis generalis progressions, cum interimentia loca subeat, neq; ipsa datorem uitæ inuadant. At si Hylech in orientalibus locis fuerit, quanq; interimentia loca deducantur ad consimilem situm Hylegij, & Hylech, seu uitæ datorum hostiliter inuadant, tamen tum demum interimunt, quando sunt infecta, neq; sunt in beneficarum finibus, aut uis interimentium locorum per applicationem, uel defluxum de trino, quadrato uel opposito beneficarum non infringitur, sic tamen ne lu-

piter, aut eius dicti radij, ultra duodecim partes, aut Veneris ultra octo, ab inter-
 mente loco distent. Impeditur etiam nocens vis interimentis, quando eius non eam-
 dem cum Hylegio latitudo fuerit. Quemadmodum igitur peritus dux rei milita-
 ris prudenter de euentu militie ratiocinari potest, cum utriusque exercitus duces mi-
 litem sociorum subsidia, & auxilia inter se contulerit. Ita sagax & prudens Mathe-
 maticus si tanquam duos exercitus, Hylech quod uitam nati defendit, & interemptores
 qui eandem oppugnant conferat, de euentu pugne erudite ratiocinabitur. Triplicem autem
 euentum pugnae fore necesse est, aut enim uictoria erit penes interemptorem, & tum
 nihil certius est morte nati. Aut penes datorem uitae, & haec aut est cruenta, cum sum-
 ma difficultate, summoque periculo uitae, aut est minus cruenta uictoria, nempe cum
 aliquo paruo uitae periculo. Quis enim unquam congressus cum hoste sine damno ab eo
 abcesserit. In diiudicatione uero cui cedat uictoria, duo expendenda sunt. Primum in
 Hylegio ne plus uirium, an in loco interemptore insit. Cui nempe plures astipuletur,
 & opere ferat, quis eorum sit efficacior, Hylech ne an interemptor, cuiusque astipulatores
 sint maiore in dignitate positi, aut efficaciores: ut si unius astipulatores essent in lo-
 cis suis, seu praerogatiuis, & orientales, alterius autem non essent in suis locis, & occi-
 dentales. Stellae uero a Solis radijs oppressae, neutri parti subsidio esse possunt, nisi
 in Lunae directione, quando est Hylech. Quia enim Solis locus interimit maleficae
 coniunctus, eius nocendi uis sit uehementior, praesertim si hoc malum nulla benefica
 rum auertat. Alterum autem est, ut consideremus quibus in locis stellae comorentur,
 ea in reuolutione quae sequitur finem annorum, quos definit progressio interempto-
 ris, dum ad consimilem situm Hylegij deducitur. Proinde cum interemptor plus uirium ha-
 buerit, quam uitae dator, & insuper praecipua geniturae loca malignis stellarum radijs,
 ut dictum, progressionis generalis tempore, infecta fuerint, uitae dator succumbet,
 & imminet uitae certissimus finis. Sin autem interemptor potens sit, praecipua
 uero geniturae loca tempore decreti a beneficiis foueantur, aut contra interemptor
 parum habeat uirium, praecipua uero loca sint infecta, Clima ceteras, & maxima uitae
 pericula imminere censendum est. Denique si Hylech satis uirium habuerit, & praeci-
 pua loca non sint infecta, tamen interemptor natum laedet, aut imbecillum reddet.
 Quod si adhuc de uitae termino dubitaueris, & nescias cui loco uim interimendi tri-
 buas, positus stellarum in genitura diligentius considera, & quid maxime tempera-
 mento, seu naturae nati conueniat, aut aduersetur, exquire, & coniecturam deinde fa-
 cito de occurribus qui tali temperamento, seu complexionis infestissime aduersentur.
 Item quid prohibet quominus ad instar diligentis medici explores, quid nato ab ines-
 ante aetate euenerit, quam discrasiam corporis, aut quos morbos senserit, & quo aeta-
 tis tempore. Deinde singulos occursum in utroque progressionis modo sub conspe-
 ctum ponas, & consideres quibus occurribus, quibusue alijs causis pro geniturae rati-
 one talia euenta respondeant, ac inde erudite de sequentibus occurribus conicias.
 Sin autem omnia adhuc nihilominus uideantur equalia, exquiras quae directiones,
 seu qui occursum, uel ratione aetatis, uel uniuersalium causarum, quae ad totas regio-
 nes pertinent, uel propter praeteritos occursum, quae naturam debilitauerint, uel alijs simili-
 bus de causis, si exitiales sint, in nocendo adiuuent, uel si boni sint, deprauentur, ut pa-
 rum subleuare natum queant, ac pro rerum circumstantijs, mortis tempus aestima. Porro quae ad
 modum in progressionis Hylegij occursum interemptricum stellarum mortis tempus, sicut os-
 tensum, indicat, ita Hylegiorum progressionis, quae, & quo tempore, in omnibus uitae
 partibus euenturum sit nato, definiunt. Ascendens progressio quae corpori euentura sint,
 & peregrinationes determinat. Partis autem fortunae progressio notat ea fata, quae bo-
 nis, & facultatibus nati impendent. Lunae progressio, animi mores, & nati conuer-
 sationes describit. Ex Solis autem progressionis, de dignitate, & gloria nati coniectu-
 ram facimus. At Mercurij coeli progressio, ceteras uitae actiones, & amicitias regit,
 ac prolis procreationem fouet. Proinde quando tempore decreti ad Ascendens benefica
 deducitur, bonum corporis habitum, & faelicis peregrinationes nato decernemus.
 At si malefica Horoscopo occurrat, contra discrasiam corporis, & infelicis peregrinatio-
 nes nato praedicemus. De reliquorum Hylegiorum progressionibus, eodem modo, in

is que significat fortunā, aut infortunū pronūciabimus. Si tñ omnibus, aut plerisq; Hylegijs occurrāt loca fortunata, summa felicitàte natus utē, sicut Alexander magnus, aut Timoleon. Cōtra si omnibus, aut plerisq; Hylegijs infausta occurrēt loca, natus in summā calamitatē incidet, ueluti in Biblijs Iob, aut in historijs Phocion, & Bellafarius. Sed hęc summa felicitàtis, aut miserīe exēpla rariora sunt, Deo hęc ita gubernāte. Cū hęc imbecillis natura impar sit tāto oneri, ut summā felicitàte, summāue miserīa sustinere queat. Erudite igitur dicit in fabulis, Iouē alternatim nūc felicitàtis, postea miserīe pocula mortalibus ministrare, ut nihil sit ex omni parte be- atū. Ita unus ex carcere ad regnū euehit, quod Mathie Regi Vngarię accidit. Alius de summis honoribus deturbatur, aut etiā a suis deserit, & in exiliū eijcitur, quod Ciceroni euenit. Alij in una uitę parte sunt foelices, in alia uero miserīmi, ut si quis excellat ingenio, affluat diuitijs, & in dignitate sit cōstitutus, sed sit morbosus aut podagricus quale fatum Pyreckamerus noster subiit. Anthonius de Leua præstātissimus dux exercitus podagricus res maximas sub Impatoris auspicijs gessit. Dux Saxonīe Georgius princeps prudentissimus, iam orbis liberis euita decessit. Sed desino exempla colligere, cū tota uita humana taliū exēplorum sit plēnissima. Vni uersa autē hęc fortunę uarietas ex occurribus stellarū ad Hylegia dependet, ut dū Solis generalis progressio a beneficis gubernat, natus dignitate p̄minet, at cōtra deuoluto dominio ad maleficā de honoribus deijcit, aut in exiliū extrudit. Ad di- uersa Hylegia, ut qui corporis ualitudine gaudet, eius Hylegi, aut ascendentis pro- gressio a beneficis fouetur. Sed si Mediū coeli, aut pars fortunę a maleficis infici- tur, natus in eā in omnibus negotijs suis, amicitijs, & facultatibus aduersam sentiet fortunā, quoniā hij euetus a diuersis occurribus ad Hylegia, quę nihil cōmune ha- bēt, gubernatur. In inquirēdo autē uitę spatium, de Hylegio, & interēptricibus tantū stellis sumimus iudiciū. In reliquis autē euetibus totius uitę, de singulis Hylegijs, uniuersis stellis, & non solū corporalibus cōiunctionibus, quadratis & oppositis ra- dijs, sed etiā de Trigonis, & sexilibus fatalia decreta p̄quirimus. Quare prædictā fortunę uarietatē in euentibus totius uitę p̄uidere, & tēpus decreti definire, plus aliquātulū negotij solerti etiā Mathematico faciet, q̄ periodi uitę inquisitio. Tota aut huius rei dijudicatio in q̄q; rebus cōsistit. In electione Chronocratorū & positu stellarū tēpore decreti. In cōsideratiōe p̄rogatiue, quā habēt in gubernatiōis ordine a definitione proprię, & cōtēpate Chronocratorū nature respectu Hylegi, Itē in cō- ueniētia, aut discrepātia locorū significatiū cū Chronocratoribus, & stellarū positu. Deniq; in solerti uniuersaliū p̄ceptorū ad pticulares significatiōes pro re nata acco- modatione. In electione Chronocratorū is qui in cuiuslibet Hylegi progressione per corpus, aut aspectū Hylegio applicat, primū sibi tēporis dominū uendicat, & regnat usq; ad occursum proximę sequentis stellę, aut aspectus. Sed si neq; stella quępiā iūgatur, aut cōfiguretur Hylegio, stella uel aspectus qui proxime Hylegio p̄cedit, tēpus decreti usurpat, usq; dū alia stella, uel aspectus occurat. Hoc modo deinceps per progressiones generales usq; ad periodicū uitę finē eliguntur singulis Hylegijs euentū generales gubernatores. Finiū autē dñi in q̄bus occurfus fieri cō- tingit, gubernatiōis participes sūt, ita ut stella quę ex occurfu ad Hylegiālē locū do- miniū suscipit, sit ceu rex qdā, aut generalis gubernator. Dñs autē finiū sit locū tenēs seu q̄ eius uicē gerat. Porro q̄ dū Hylegia motu diurno p̄grediunt singula zodiaci Dodecatemoria, seu signa Horoscopū, Mediū coeli, & reliqrū Hylegiorū positionū circulos p̄tergrediuntur, singulis etiā signis eius annui magistratus tribuit, patrifami- lias autē, seu dño signi cōsulatus assignat. Huic annuo magistratui subleguntur men- strui, & diurni. Menstrui quidē tredecim sunt, at longe plures diurni, quia singulis mensuris tredecim diurni attribuunt. Quibuslibet nāq; 28 diebus & duabus ferē horis signo annuę progressiōis ordine singula attribuuntur signa, & eorum do- mini mensium sunt gubernatores. Similiter duobus diebus, & trienti signum as- cribitur, cuius dñs diurnū magistratū gerat, atq; hac lege ordine primo uniuersales, deinde annuos mensiū, & dierū Chronocratores, seu temporis dños Mathematici

eligendos censuerunt. Vniuersis Hylegiorum chronocratoribus in unum locum collectis, obseruatis etiam quibus in locis stellæ tempore decreti commorentur. Stellæ uero quæ occupant, aut inuadunt loca generalium progressionum, plurimū momenti in dijudicatione euentuum habent. Cæterum Saturnus propter tarditatem, uires suas in generalibus locis maxime exercere solet, Iupiter in annuis locis, in singulis signis progressionis annuæ, quia singulis annis unum tantum signum perambulat. Mars, Sol, Venus, & Mercurius in mensium signis, quia per menses in signis commorantur, Marte excepto, qui cum duos etiam menses signo insidet, duorum etiam mensurorum signo ex iure suo dominium sibi uendicat, Luna uero quia est uelocissimi cursus, in signis diurnæ progressionis imperium suscipit.

Porro in decernendis euentibus, in ijsc̄q̄ perficiendis maioris autoritatis, & efficaciz sunt generales Chronocratores occursum uidelicet, & finium domini. Particulares autem Chronocratores adiuuant generalium Chronocratorum decreta, si his cum illis naturalis conuenientia intercesserit, aut contra, decretis illorum nonnihil derogant, si nulla inter eos conuenientia intercedat. Planetæ uero qui commorantur in locis occursum, aut ea aspiciunt, augent, uel imminuunt præfinita accidentia. Hylegij autem locus, & dominus generalium temporum, cum finium domino, ideo reliquis temporum dominis præferuntur, quòd in genere euentuum propriam qualitatem, & ad quod tempus effectus portendatur, significant, quia singulæ stellæ ijs locis quorum dominium initio natiuitatis sortitæ sunt, familiariores fiunt, ut de cætero quasi hospitij iure liberius in eis iurisdictione exercent.

Verum in bonam ne potius an in contrariam partem euentus se inclinauerit depræhendetur, tum de Chronocratorum naturali, aut temperata naturæ proprietate. Si sint de beneficarum, seu de maleficarum natura, tum etiam de familiaritate, aut inimicitia eorum cum loco qui occupatur, id est in quo sit occursum, & unde dominium sibi arrogant.

Ad quod autem tempus euentus se magis ostensurus sit, depræhendetur per configurationes signorum annuarum, & mensium progressionum ad locos, quæ causam euentus præbent, & ad eos locos in quibus stellæ corpore, aut aspectibus inambulant. Item de aspectibus Solis, & Lunæ, ad annua & mensium signa. Quicumq̄ enim conueniunt cum locis qui à genituræ initio euentum aliquem significauerint, si etiam conuenienter illis in transitu, seu inambulatione configurentur, bonos euentus efficiunt, si uero non apte cum prædictis locis configurantur, imbecillem potestatem in decernendo euentu habent. Contra qui non conueniunt, aut contrariæ conditionis sunt cum locis, qui natiuitatis tempore euentum decernebant, & in transitu eosdem quidem oppositis, aut quadratis radijs pulsant, malorum euentuum autores sunt, de reliquis uero aspectibus non item. Sin autem hæc eodem stellæ, & Chronocratores sint, & propter inambulationes, uel transitus dominantur euentui, excellens aliquid, & impermixtū decernent, siue natura euentus ad bonum, siue ad malum inclinet. Hoc autem non tantum fit ratione transitus, quàm propterea quòd sint chronocratores, & dominantur generi causæ, à genituræ usq̄ tempore. In omnibus autem simul fortunantur, uel infortunantur, quando aut unus, & idem locus per generales progressiones omnibus, aut plerisc̄q̄ Hylegij occurrit, aut quando diuersi planetæ, uel radij Hylegij eodem tempore occurrunt, qui omnes, uel plures benefici, aut malefici sunt.

Hactenus pro uirili Ptolemæi sententiam de uitæ spatio, & reliquis euentibus indagandis minus fortasse subtiliter, at diligenter tamen explicauimus: copiosius fortasse quædam prosequutus fuisset, nisi plerac̄q̄ ex sequentibus perfectius intelligi posse sperassem. Tradidit autem Ptolemæus quomodo uniuersaliter qualitas euentuum, & decreti tempus præuideri possit. Sed de euentuum generibus singulorum temporum præcepta his subiungere præter rem esse putauit.

Requiret

Requirat enim solertem Mathematicum, qui propria sua industria, ingenij dextertate per scientiam, seu præcepta uniuersalia euentuum genera apre ratiocinetur. Verum quo lecturis nostra aliquam occasionem ad eã rem præberemus, sequens caput de generibus euentuum instituiamus. Iudicaturi autẽ non ad uerbum hæc in sua iudicia desumant, sicut quidam faciunt, sed iuxta Ptolemæi, & aliorum sententiam, reliquas etiã circumstantias, & obseruationes diligenter perpendãt, nisi temeritatis, & uanitatis crimen subire malint, unde tum sibi ipsis, tum prestantissimã de effectibus siderum doctrinã sint dedecori.

Anteq̃ autem ad euentuum genera tractanda accedamus, duximus quorundam uocabulorum rationem tradendam esse. Non ignoramus eam rationem quẽ de temporibus equinoctialis Chronocratorum sumit in tertio de iudicijs à Ptolemæo *ἡ ἀποκρίσις* uocari, & à reliquis rationibus discerni, quibus annuos mensium, & dierum Chronocratores eligimus. Cum autem diuersæ hæ rationes à se mutuo discernendæ essent, illas directionum doctrinam, has profectioum, recentioribus appellare libuit. Nos quia inter has quoq̃ rationes censemus discrimen esse oportere, concinnius fortasse illas generales progressiones, has uero annuas mensium, uel dierum progressiones uocabimus, ut ita utraq̃ rationes sub eodem progressiois nomine complectamur. Siquidem in definiendo genere alicuius euentus, eodem modo de omnibus Chronocratoribus iudicamus quacumq̃ ratione sint electi. Et eam ob causam crediderim Ptolemæum eodem *περί πλάτων*, nomine utraq̃ rationem comprehensisse. Hæc tamen non adeo stricte obseruabimus, sed prout usus exigit tum directionis & profectiois, tum etiã progressiois nomine utemur, ita tamen ut nostra sententia, semper intelligatur. Et potuissimus ubiq̃ receptis uocabulis uti, nisi Ptolemæi sententiam hac ratione sentiremus rectius intelligi posse. In reliquorum traditionibus per censendis, parum aut nihil à cõmuni consuetudine discedemus. Porrò per hanc oratiõis formulam cum Solis directio ad Iouem peruenit, uel similes, intelligimus plerumq̃ primũ modum generalis progressiois, hoc est, quando Iupiter qui est in signis consequentibus motu diurno deducitur ad circulum positionis Solis, Quandoq̃ etiã accipitur hæc formula pro altero modo. Nos quando dicemus Soli per progressionem generalem occurrere Iouem secundũ primum modũ generalis progressiois, is occurfus intelligi debet. Sed quãdo uniuersaliter, ut in sequenti capite dicimus, Soli per progressionem generalem occurrere Iouem, loquimur tam de directionibus q̃ de profectioibus. Item quando dicimus Solem accedere ad Iouem, intelligimus progressionem generalem Solis in antecedentia ad circulum positionis Iouis.

CAPVT QVARTVM.

¶ De generibus euentuum ex progressionibus siue directionibus præcipuorum locorum Hylegialium.

¶ De progressionibus ascendentiũ aut loci Hylech.



Ascendẽtis aut Hylegij progressionẽ perpendimus ad prænoscedos eos euentus qui hominibus contingũt ratione complexionũ in bona uel aduersa ualitudine. Quando igitur ascendenti, uel loco Hylegij per progressionẽ occurrit Saturnus, uel eius quadratus, aut oppositus, portendet is occurfus nato frigidos & siccos morbos, uel redundantia flegmata. Item melancolicas animi perturbationes.

Hic occurfus periculosus & funestus senibus esse solet. Præterea impedit omnem successum in consilijs & negotijs nati. Item prospiciat sibi quisq̃ sub tali tempore decreti, ne detrimentũ capiat à senibus, aut alias à Saturninis, & ab omnibus ijs quæ Saturno subiecta sunt. Hi enim natũ oderũt, & ceu instinctu quoddam ei aduersabũtur, quod & magistratus faciet. Inuoluit etiã hic occurfus natũ curis grauioribus, & eum animi doloribus quasi opprimit.

Cæte

Cæterum diligenter aduertendum si ascendenti, Lunæ, uel loco Hylech, Saturnus, aut eius radij occurrant in signis igneæ naturæ, sicut sunt Aries, Leo, & Sagittarius, eos minari nato discrasian, de frigidis, & calidi inter se pugna, quæ corpus nati infestet. At in signis terreis, ut in Tauro, Virgine, & Capricorno, uitiosos, melancolicos humores, & melancolica apostemata. In signis aëreis, ut in Geminis, Libra Aquario, excitat de signi natura uentos, aut flatus, quæ totum corpus imbecille reddant. Denicq; in aqueis signis, ut Cancro, Scorpione, & Piscibus, flegmaticos humores & frigidos morbos suscitatur. Porro Saturnus nonnunq; deformat nati corpus cicatricibus, aut alijs læsionibus, seu uitijs quibus membra functiones suas amittant, ut in cōtractionibus, idq; ijs in partibus corporis efficit, quod signi naturam respicit, in quo infaustus iste fit occurfus.

Quando uero Ascendenti, uel loco Hylegij occurrat Trigonus, uel Hexagonus Saturni, natum eo tempore magistratus, senes, & Saturnini diligenter, atq; ex uero nati fuerit, tum cum his conuersari, & ea agere, seu tractare quæ de Saturni natura sunt, ut si colat agros, ædificiorum fundamenta iaceat, puteos fodeat, aut simile quid tractet, Item hæreditates adeat, aut de immobilibus bonis se intromittat, thesauros, aut metalla effodeat, aut aliarum rerum curam suscipiat, quæ à maioribus natu proficiuntur, aut de terra sumuntur.

Ascendenti, aut Hylegio si occurrat Iupiter, uel eius sextilis, trinus, aut terminus, promittit nato corporis bonam, & prosperam ualeitudinem. Item fœlices successus in conuersationibus & negotijs cum Episcopis, Prælati, iure consultis, & præstatoribus uiris equestris ordinis, ac facile impetrabit tēpore huius decreti quæ à prædictis petiuerit. Imo negotia, & quidquid susceperit, ei ex uoto, & animi sententia succedent, & præcipue ad rem familiarem, & opes augendas prospera omnia experietur, augebitur & soboles nati. Præter ista nato etiam aliquod emolumentum accedet de natura, & proprietate domus in qua natiuitatis tempore talis occurfus contigit.

Quando autem Ascendenti, uel Hylegio occurrat quadratus, aut oppositus Iouis, natus sentiet religioni addictos, iudices, iuriconsultos, & de nobilitate honestissimos quosq; omnesq; ordines, & homines Ioui subiectos, aut de eius natura sibi aduersari, & intelliget se sub amicitia specie ab ijs circumueniri, dolis, & iniurijs peti. Quare ne ideo damnum accipiat, sibi prudenter prospiciat.

Ascendenti, aut Hylegio si occurrat Mars, eius quadratus, oppositus, uel terminus, plurima pericula minabitur nato per calidas ægrotudines, pestilētes febres, iracundiã, seditiones, tumultus, & bella, infœlicia itinera, uulnera, læsiones ab igne, casus ab alto, dissenteriam, redundantiam cholera, captiuitates, dispoliationes, aut similia quæ Marti sunt propria. Item negotia nati propter contentiones, & similia impedientur.

Verum quando Ascendenti, aut Hylegio Mars, aut eius infœlices radij occurrunt in signis igneis, uehementes ardores suscitatur in uniuerso corpore, quæ causam præbeant acutis morbis, calidis apostematis, febribus, aut huiusmodi morbis, quæ de calidis, & siccis causis generantur. In terreis signis, lætalem casum hic occurfus minatur, & humores exsiccat, & adurit. In aëreis signis, diuersa calida symptomata inducit. In queuis signis, animo intemperatam qualitatem corporis reddit.

Quando uero Ascendenti, uel Hylegio occurrat trinus aut sextilis Martis, tū is reddit natum audacem, & fortem, qui in contentionibus, aut bellis uictoriam obtineat, Item efficit natum gratum, & acceptum nobilitati, equitibus, militibus, & omnibus ordinibus, ac personis sub Martis præsidio. Erigit nati animum ad bellicas artes exercitandas, ut delectetur armorum tractatione, hastiludijs, & aueat serio etiam cum hoste congregari. Porro tempore huius occurfus non infœliciter tormenta bellica, sicut bombardas tractabit, & quidquid arte quadam per ignem, & metallo

metallorum fusiones, ut in Alchymisticis tentabit, pro rei natura nihil aduersæ fortunæ experietur.

Ascendenti uel Hylegio, quando occurrit Sol, aut eius trinus uel sextilis, conciliat nato beneuolentiam regū, principum & magnatū, redditq; eis adeo acceptum, ut ipsi plurimū fidei & authoritatis tribuāt. Quare natus bona cū spe, principū amicitiam hoc tempore ambire poterit, inde namq; honores & emolumenta consequetur, facit & talis occurfus natum cordatum, magnanimum, magnificum, & appetentem honorum & gloriæ.

Cæterum si Solis corpus occupat, non nihil corpus calidibus, & oculorum doloribus, uel uitijis infestat, eandem corporis inæquabilitatem producit occurfus quadrati uel oppositi Solis ad Ascendens uel Hylech. Quo tempore contra etiam suspectam habeat amicitia Regum, principū, & magnatū. Eos namq; à se alienos sentiet, & nisi sibi loco cauerit, in pericula & damna ab ipsis incurret.

Ascendenti uel Hylegio quando occurrit Venus, aut eius trinus, sextilis, uel terminus, corpus nati salubre reddit, & iucunditate, & hilaritate quadā perfundit, facit etiam eum acceptum, ac charū uirginibus, & omnibus mulieribus. Quare hoc tempore foeliciter eorum amorem studebit promereri, aut de quibuscunq; rebus alijs cū ipsis agere. Conciliat etiam hic occurfus nato nuptias, & suggerit foelices successus in rebus ac negocijs omnibus. Efficit sectatores conuiuiorum & ueluptatum, & mirabilem amorem exuscitat ad Musicam exercendam aut audiendam, & hoc tempore natus rebus odoriferis præcipue delectabitur.

Contra uero cū Ascendenti uel Hylegio occurrit quadratus uel oppositus ueneris, natus occasione uirginū, mulierū, libidinū intemperantiæ in cibo uel potu, uel medicinæ ratione subibit aliquid periculi, siue mortis, seu aduersæ ualitudinis, aut hostiū, & captiuitatis alicuius, uel etiam contentionis aut discordiæ cum cōiuge, aut alia muliere, idq; pro natura & proprietate domus, in qua talis occurfus fit.

Ad ascendens aut Hylech quando Mercurius, eius trinus, sextilis, uel terminus per progressionem uoluitur, natus agiliorem & habiliorē se ingenio & intellectu fieri percipiet ad studia sapientiæ & eloquentiæ, omniāq; ea, quæ de Mercurij natura sunt, ut est inuentio & exercitatio tam mechanicarum quam liberalium artium, indagatio causarum abstrusarum in rerum natura, mercatura, pictura etiā. Magno autē studio ad eadem se conferet, & foeliciter hoc tempore cum Mercurialibus conuersabitur, quibus se miro studio conformari cupiet.

At quando quadratus uel oppositus Mercurij ad Ascendens aut Hylegij locum per progressionem perueniet, nō pauca infortunia & contentiones natum excipient, maxime Mercurialium gratia, à quibus in contractibus, & alijs Mercurialibus negotijs decipietur, & suas res amittet furto, confictis sermonibus, falsis rationibus suppositiuis literis, & similibus technis. Item hic occurfus ubi in infantia nati contigerit, reddit hebetiores, & qui ingenij culturam non admittant. Præterea uariolis infantium corpora hic occurfus infestat. Item elocutionem aliquando impedit per dolores aut uitia dentium, linguæ, gutturis, uel similes causas.

Ascendenti aut Hylegio, quando Lunæ corpus, eius quadratus, uel oppositus occurrit, nato suscitatur frigidas & humidas ægritudines, & aduersus natum mulierū, ac uulgi odia ciet, & exasperat. Item si natiuitas nato pericula uitæ in aquis aut humidis locis minatur, tunc sibi tempus huius decreti prudenter prospiciat, ut hoc potissimum tempore eadem pericula deuiter, quia progressionis euentus, quæ in natiuitatibus præsignantur, in actum deducere solent cum eadem significant. Potissimum uero si quadratus uel oppositus occurrat, tum natus in altercationes & dissidia conijcietur, quæ ferè ei cum improbis mulieribus et effœminatis uiris futura sunt. Item toto hoc tempore maxime inconstantem et uariam fortunam cum luna tribus habebit, quo etiam tempore uix aliquod in uisu nocumentum euadet.

Contra uero ad trinum uel sextilem Lunæ, quando Ascendenti uel Hylegio occurrit, gratum & charum reddit nobilibus mulieribus, & uulgo, ex quorū cōlue tudine gaudia & utilitatem consequetur. Hoc tempore natus animi gratia itinera suscipiet, quæ ei ex uoto succedent. Cum matre aut alijs mulieribus, cognatis, aut sanguine iunctis, quicquid negotij egerit, in suum cōmodum conuertetur, ma trimonium quandoq; perficit hic occurfus, cum natum mulieribus peculiariter acce ptum faciat. Cæterum auuiditatem quandam cognoscendi historias, aut alias res no uas & inauditas nato ingerit. Item ut cū ipse in uarias oras, literas aut mandata mis tet, tum à diuersis partibus terræ, literas ut accipiat, natum promouet.

Ascendenti aut Hylegio, quando occurrit Caput, bonam ualetudinem nati, & æquabilem complexionem denotat.

At cum Cauda occurrit ascendenti uel Hylegio, caueat sibi natus, ne à ueneæ no aut rebus uenenatis, uitæ discrimen incurrat. Inducit hic occurfus uentris etiam profluuiâ, & morbis de Saturni, Martisq; natura corpus nati impugnat, uisum dea bilitat, ani dolores uel partium ani, aut fluxum hemorroidarum prouocat. Item redi git eum in potestatem inimicorum suorum.

Ascendenti, Lunæ, uel Hylegio, dum fiunt obuiam signa sanguineæ naturæ sicut Gemini, Libra, & Aquarius, bona corporis ualetudine fruetur natus, & ad his laritatem & mentis securitatem propensus erit. Signa cholericæ, ut Aries, Leo, & Sagittarius, faciunt natum pronum ad iram, audacem, temerarium qui re non delibe rata se negotijs ingerat. Reddunt etiam procliuum ad calidas & siccas ægritudines. Signa melancholica, ueluti Taurus, Virgo, & Capricornus, animi perturbationes & melancholicas curas in nato excitant. Flegmatica autem signa, sicut in Cancro, Scorpione, & Piscibus, reddunt hominem somnolentum & pigrum ad omnia munera subeunda, & multis uitiolis & fluentibus humoribus corpus nati replent. Verum hæc quæ de signis diximus augentur, uel minuuntur de natura planetæ aut aspectus ad signum in quo fit occurfus.

¶ De progressionibus Lunæ.



V A E per progressionem Lunæ occurrunt, præmonstrant eos euen tus, qui contingunt natis in moribus, animorum affectionibus, & in cō uersationibus cum hominibus, ut cū compositis sint moribus, graues, prudentes, placidi, honesti, mites, magnanimi, aut contra leues, insipien tes, dissoluti, truculenti, suspicaces. Item quando hilares, læti, amato res, deliciarum studiosi, aut contra tristes, tetrici quærentes latebras, omnem muna diciam fugientes. Porro Lunæ in nocturnis natiuitatibus, tanquam matris significa toris occurfus notamus, perficiunt & quandoq; nato, quæ Lunæ occurrunt tempus coniugij.

Cum igitur Lunæ occurfus Saturnus, eius quadratus, oppositus, aut terminus mouet natum ad tristes & melancholicas cogitationes, quibus perturbatus & agi tatus facile in febrim incurrat, de humorum redundantia. Hic occurfus implicat na tum multis curis & sollicitudinibus, & anxietate animi, quasi opprimit, quam mētis ægritudinem, necessario, corporis languor, & alia incommoda ualetudinis comiten tur. Matri uero nati morbos, & quandoq; mortem portendit.

Verum cū ad Lunā trinus uel sextilis Saturni peruenit, natū idoneū, ac agilem efficit ad excogitanda & tractanda ea, quæ sunt de agrorum cultura, hæreditatibus & ædificijs. Hoc tempore foeliciter cum Saturninis conuersabitur, à seruis & anie mantibus minoribus hic occurfus promittit nato utilitatem. Item matri mediocrē corporis, & animi habitum, dummodo hic cœli influxus tempore geneleos nati non refragetur.

Ad Lunam deuolutus per progressionem Iupiter, eius trigonus, hexagonus, aut terminus, tum corpus tum animū ornat multis modis, facit letos, iocundos, suauiter fruētes bonis, propensos ad amorem conjugalem, aut aliās tales, qui puellis & mulieribus studeāt blanditijs, gestu, incessu, & omnibus modis placere. Sunt & hic occurfus foelices & commodi matri nati.

At Lunæ si occurrat quadratus & oppositus Iouis, facit animum nati fluctuantem uarijs, & pugnantibus affectibus. Item aduersus natum extimulat iureconsultos, religioni addictos, ut prælatos, pontifices, eosq̄ omnes qui de Iouis conditione sunt.

Lunæ quando occurrit Mars, eius quadratus, oppositus, aut terminus, dissidia & contentiones nati cū Martialibus suscitāt, qui animi motus occasionē preberint mutatiōi alicui periculosaē corporis nati, & uehementiori alicui dolori oculorū. Quandoq̄ mortē significat coniugis, aut alterius matrone, nato sanguine iuncta.

Sed quando trigonus, uel hexagonus Martis Lunæ occurrit, nati animum sedatū & hilarē reddit, & industriū in ijs quæ Maris proprietatē, aut naturā sapiūt. Sectabitur hoc tempore natus suauiores conuersationes & ludos cū Martialibus.

Lunæ quando occurrit Sol, eius quadratus uel oppositus, animum nati ad irā frequenter prouocat, & iracundum reddit. Item magnates instigat, ut aduersus natum similitates suscipiant, caueat sibi natus à calida & uehementiori feбри, & à doloribus oculorum.

Contra uero cum Lunæ occurrunt fausti Solis radij, ut trinus, uel sextilis, conciliat natum nobilissimis mulieribus, ut cum eis suauiter, & summa cum hilaritate & solatio conuersetur. Similiter magnates quoq̄ beneuolentiā & officijs natū prosequuntur, hoc decreti tempore.

Quando uero Lunæ occurrit Venus, eius trinus, sextilis, uel terminus, nato commodum tempus, et salubre hæc progressio denotat, reddit animum omnibus curis solutum, suauem, cōuictorem, mulieribus charum, charā coniugem tribuit, uulgus hoc tempore natū suspiciet, & honoribus prosequetur. Est & matri foelix & fauista progressio, pro animi & corporis bonis.

Contra uero Luna si occurrat quadrato uel opposito Veneris, decernit hæc progressio mulierum gratia infortunium, & propter fornicationes, infamiam.

Lunæ quando occurrit Mercurius, eius trinus, sextilis, uel terminus, animum nati eruditus cogitationibus reficit, & auidū facit earum artium, quæ Mercurio tribuunt, quare Mercuriales sectabitur, qui uicissim eum amore, & omni officiorum genere prosequuntur.

Contra ad Lunam per progressionem occurfus quadrati, uel oppositi Mercurij, natum auertit ab eruditus, uel de Mercurialibus artibus, cogitationibus, & inuisum reddit artificibus de Mercurij dominio, ac inter natum, & eos serit contentiones seu altercationes gratia alicuius doli aut criminis falsi commissi in literis, uel rationibus, uel contractibus. Hic etiam occurfus facit, ut natus male audiat præter suam culpam, Verum hæc omnia pro genituræ modulo accipienda sunt.

Lunæ occurfus, cum ad suum quadratum uel oppositum aspectum, efficit corpus nati languidum, & inclinatum ad ægrotudines de frigidis & humidis causis. Hoc tempore natum oderunt tum mulieres, tum uulgus.

Contra Luna, cum ad suum trinū aut sextilem per progressionem peruenit, conciliat nato fauorem nobilium mulierum & uulgi. Hoc tempore latam fortunam in itineribus, & reliquis negotijs omnibus experietur.

Quando Lunæ occurrit Caput, uisui infert imbecillitatem quandam, cætera satis fausta & læta promittit.

At Lunæ quando occurrit Caudæ, præterquam quod nocet uisui, conciliat natum in uehementes animi motus, iram & cōtentiones. Caueat etiam sibi a uenenis

DE MEDII COELI PROGRESSIONIBVS
in cibo aut potu, aut à profluuio uentris, præcipue si tale quid influente cœli natiuitatis tempore significauerint.

¶ De mediij cœli, & eius domini progressionibus.



MEDII cœli, & eius domini progressionibus obseruamus ad præuidendos euentus de magistratibus, & honoribus, quos subditi in natum collaturi sint. Hæ namq; progressionibus præmonstrant ad quæ reipublicæ munia subditi uocaturi sint natum, quæ nati sit futura auctoritas, præminetia, aut amplitudo in magistratu, & quantos nato discernent honores. Præter hæc obseruamus progressionibus mediij cœli, & domini eius, pro dijudicatione actionum, studiorum, & artis genere, seu magisterio nati. Item pro accidentibus nati.

Quando igitur Medio cœli, aut eius dño occurrit Saturnus, eius quadratus, oppositus, aut terminus, iudicamus subditos aduersaturos dignitati, & honoribus nati ueluti si cogant natum ut à magistratu cum ignominia discedat, & eum omni dignitate, & honoribus spolient. Item tempore huius directionis studia, & artes nati sibi infœliciter cedunt, adeo ut etiam per eas damnum faciat. Actiones, & negotia nati ita differuntur, ut uix tandem, & cum detrimento perficiantur. Apud agricolas, & senes in odio erit. Matrem uero nati, aut occidit hic occurfus, aut graui ualitudine, affligit.

Contra, quando Medio cœli, aut eius domino occurrit trinus, uel sextilis Saturni, subditi, & maxime qui de Saturni proprietate fuerint, natum ad honores, & dignitates euehent, in magistratum eligent, publica reipublicæ munia ei committent, & quantum poterunt commodis, & honoribus nati studebunt. Cæterum in ædificando, agricultura, & quibuscunq; artibus, aut rebus Saturno subiectis, hic occurfus natum fœlicem fore promittit, pro genituræ tamen ratione.

Medio cœli, aut domino eius si occurrit Iupiter, eius trinus, sextilis, uel terminus, confert nato dignitates, & honores per personas religioni addictas, sicut sunt Pontifices, Prælati &c. Item subleuat natum etiam ex infima sorte ad honores, & magistratus, pro genituræ tamen ratione. Porro tempore huius occurfus natus ex suis actionibus, studijs, aut artificijs, honorem, & utilitatem habebit. Item natus, & mater eius bona corporis ualitudine fruentur, modo Luna à maleficis non inficiat.

Sed cū Medio cœli, aut domino eius occurrit quadratus, uel oppositus Iouis, contra religioni addicti, item iuris consulti, iudices, & Iouiales nati honoribus, actionibus, & negotijs aduersabuntur, & omnibus conatibus natum impugnabunt.

Medio cœli, aut domino eius si occurrit Mars, eius quadratus, oppositus, aut terminus, facit infensos nato Martiales homines, ut opponant se honoribus, & dignitatibus nati. Quare prudenter sibi natus caueat, ne ab ipsis, aut eorum gratia deponatur magistratu, & præparet se ad ferendas iniurias, & calumnias Martialium publice, & priuatim. Hoc enim tempore sese offerent occasiones, quibus specimen suæ modestiæ natus præbeat. Item hic occurfus matri grauem morbum, aut mortem minatur.

At contra, Medio cœli, aut domino eius quando occurrit trinus, uel sextilis Martis, honores, dignitates, magistratus, aut publica officia à Martialibus, uel eorum gratia largitur, uel natus eadem consequetur ex artibus, uel actionibus de natura Martis, per militiam, ut per aliquod fortiter factum in acie, aut aliqua oppugnatione, uel per artem aliquam tractandi tormenta bellica, ponendi insidias, ad oriendi hostem &c.

Quando Medio cœli, uel domino eius occurrit Sol, eius trinus, uel sextilis, efficit ut magnates, equestris ordo, & in genere omnes magistratus, nato honores, & dignitates

& dignitates conferant, & eum summo favore, & benevolentia prosequantur, & in magistratum sibi adiungant, ac publica committant munia. Porro hic occurfus natus quoque facit magnanimum, honorum appetentem, nihil humile cogitantem, & nullius præterquam laudis avarum. Quare omnes actiones suas natus eo dirigit, ut reipublicæ profint, & sibi laudem, & claritatem pariant, quæ de sui natura committuntur commoda quam plurima. Sicut autem eadem hæc matri sunt consolationi, & uoluptati, ita etiam iste occurfus bonam ualitudinem matri decernit, ac reliqua omnia prospera.

Sed quando Medio cœli, & eius domino quadratus, uel oppositus Solis occurrit, leditur autoritas, & dignitas nati per aliquem magnatem, uel equestris ordinis hominem. Aut enim per tales priuatur publico munere, aut magistratu iubetur discedere, aut aliâs actiones, & magisteria eius impediuntur. Denotat hic occurfus matri calidas ægrotudines.

Medio cœli, aut domino eius quando occurrit Venus, eius trinus, sextilis, uel terminus, per matronarum, & mulierum fauorem, euehit natus ad honores, & dignitates, Huius occurfus tempore natus dignitates, aut publica munera à personis de Veneris natura consequitur, & præficitur quandoque Gyneceis non inuitus, conuersationem enim cum mulieribus omnibus horis sectatur. Cæterum actiones suas, studia, & artes utiliter, & cum dignitate natus tempore huius occurfus exercet. Est & matris conditio foelix, & fausta.

Sed Medio cœli, aut domino eius quando occurrit quadratus, uel oppositus Veneris, implicatur natus contentionibus, & altercationibus quibusdam, quæ famam nati aliqua ex parte denigrent, idque mulierum gratia. Hic occurfus matris conditioni etiam aduersatur.

Medio cœli, uel domino eius occurfus Mercurij, eius trini, sextilis, uel terminus, facit ut nato Mercuriales honores exhibeant, aut ut Mercurialium gratia ad honores prouehatur. Quod si natus in nullo esset publico munere, tum huius directionis tempore promoueretur ad aliquod in re publica officium quod sub Mercurij esset præsidio, sicut sunt à libellis, aut præfectum rationum esse, aut tale quid, fortunat hæc directio nati actiones, & magisteria, & si mercaturam exercet, eo foelicus nato succedent actiones. In talibus enim prudentius, & cum maiori animi affectione uersabitur.

Sed Medij cœli, uel eius domini occurfus quadrati, uel oppositi Mercurij contra honores, dignitatem, officia, & omnes actiones nati officio personarum de Mercurij natura impugnat. Hi namque insidijs, dolis, mendacijs, uarijsque technis natus turbare honoribus, & magistratu conabuntur, idque facile perficient, nisi genitura repugnet. Item mater nati æque inclementem occursum sentiet.

Medio cœli, aut eius domino occurfus Lunæ, eius trini, uel sextilis, per popularem fauorem, aut nobilium mulierum gratia, nato honores, & dignitates tribuit. Item decernit aliquod publicum officium, & munera, & nonnunquam coniugem.

At Medio cœli, aut eius domino occurfus quadrati, uel oppositi Lunæ, impedit natus per uulgos, aut nobiles mulieres, in honoribus, & omnibus actionibus, & negotijs, ac notat præterea natus aliqua infamia. Eandem experietur mater fortunam.

Medio cœli, & eius domino occurfus Capitis, accumulatur honores, & dignitatem nati, & eum in omnibus actibus, & partibus uitæ foelicem efficit. Est & hoc tempus matri prosperum, & lætum.

Sed cauda, nati dignitatem, & honores obscurat, Item actionibus, & negotijs multa infert damna. Matri uero melancolicas ægrotudines parit, & uentris profluuium.

De progressionibus Solis.



SOLIS progressionibus obseruamus ad preuidendos euentus de dignitate & honoribus, qui nato conferuntur à Regibus, principibus, aut à quocunq; magistratu seu ordine preeminentioris dignitatis. Per Solis namq; progressionibus eruditè licet æstimare æquone & beneuolo, an iniquo animo principes, & qui rerum gubernaculis præsentent affecti sint erga natum. Item in diurnis natiuitatibus Sol cum sit significator patris, pro acciditibus patris occurfus perpendimus.

Quando igitur Soli occurrit Saturnus, aut eius quadratus, oppositus, uel terminus, natus experietur principes, magistratus, aut qui eorum sunt loco, alieno semper erga se esse animo. Patri uero denotat hæc directio egritudines melancholicas, capitis dolores, uentriculi imbecillitatem. Item tertianam uel quartanam febrem.

Sed ad Solẽ occurfus, trini uel sextilis Saturni, confert nato honores & dignitates per principes, aut magistratus idèq; ratione agriculturæ uel prædiorum, quæ nato per hæreditatem obueniunt aut occasione architectonicæ, uel alterius rei quæ de Saturni dominio sit. Hic occurfus patri est salutifer.

Quando Soli occurrit Iupiter, eius trinus, sextilis, uel terminus, portendunt nato honores, dignitates, publicam quandam preeminentiam, aut officium quod natus à principibus, aut publicis magistratibus consequetur. Patris etiam cõditio hoc tempore fœlix & fausta erit.

Sed quando Soli occurrit quadratus uel oppositus Iouis, Iurisconsultos aut perfonas religioni addictos, ut odio natum persequantur, exstimulat.

Quando Soli occurrit Mars, eius quadratus, oppositus, uel terminus ab alieno principum, aut eorum qui loco principum sunt animos à nato. Hanc postea ab alienationem subsequuntur alia infortunia, sicut si cum quadam ignominia nato eripiantur publica officia, aut eiciatur in exilium. Verũ talia mala intenduntur, si Sol & Mars sint in duodecima domo natiuitatis, & pro natura, domus in qua uel ambo sunt, uel occurfus contingit, est pronuntiandum de euentu huius occurfus, de re in fortunata, aut magnitudine fortunæ. Dicitur solet, nullam calamitatem solam esse, ita hic occurfus non solum honores nati impugnat, sed etiam corpus infestat, aut morbis siccis & calidis, aut conijcit eum in pericula ignis domi suæ, aut equo aliquo deturbat cum uitæ periculo. Patrem uero exagitat litibus ratione honorum & officiorum suorum &c.

At contra quando Soli occurrit trinus uel sextilis Martis, natus subleuatur ad honores, & dignitates à Principibus, & ijs personis uel ordinibus, qui sunt sub Martis fœlici, aut fausto dominio. Tales autem honores nato contingunt de actionibus aut artibus Martialibus, sicut ex militia, legationibus, tractatione, armorum expeditionibus, hastiludijs, aut similibus. Item cum in iudicio aduersario superior euadit. Item rem familiarem quidem natus hoc tempore augebit, uerum cum labore, & non sine periculo.

Porrò quando Soli occurrit suus trinus, uel sextilis, claritatem & emolumenta à principibus & superioribus ordinibus nato pollicetur, & simul etiã patri fœlicitatẽ

Contra uero, quãdo Sol occurrit suo quadrato uel opposito, cõtra etiam significat nato indignationem principum, & morbos calidos corpori nati periculosos.

Solis occurfus Veneris, eius trinus, sextilis, uel termini, efficit ut occasione nobilium mulierum, uel ornamentorum, aut aliarum preciosarum rerum de Veneris dominio, à principibus natus honoretur, ad dignitatem aliquam euehatur, aut rem faciat. Item decernit lætas ac honorificas nuptias nato, patri etiam fœlicem statum.

Contra

Contra, occurſus quadrati uel oppoſiti Veneris ad Solem, natum propter illius citos, aut inhoneſtos mulierum amores notat infamia, & reddit apud bonos natum odioſum.

Soli, quando occurrit Mercurius, eius trinus, ſextilis, uel terminus, excitatur natus ad literarum ſtudia, & ingenij culturam, & promouetur in actionibus, & officijs Mercurialibus circa principes, primates, aut perſonas de Mercurij dominio.

Contra uero quando Soli occurrit quadratus, uel oppoſitus Mercurij, deſiciatur natus de officijs Mercurialibus, & conijcitur in lites, & altercationes. Quare diligenter caueat ſibi ne ſuſtineat calumniam de crimine falſi à Mercurialibus. Hic præterea occurſus animum nati multis & grauibus perturbationibus inuoluit.

Quando Soli occurrit Luna, eius trinus, uel ſextilis, nato decernitur, honeſtus, & liberale coniugium, ſecundam fortunam in dignitatibus, honoribus, officijs omnibusq; actionibus negotijs eius propter fauorem, & beneuolentiam tam ſuperiorum ordinum, quam uulgi.

Sed quando Soli occurrit Lunæ quadratus, & oppoſitus, uulgi odium in natum commouetur, quare ſe preparet natus aduerſus uulgi oblocutiones, & calumnias. Hic occurſus ſecreta, & arcana nati in lucem profert, & eſt inſuper infeſtus oculis.

Occurſus capitis draconis Lunæ ad Solē, gratū reddit primatibus, quorū opera hoc tempore ad dignitates, & publica munia promouebitur. Significat & hæc directio patri proſpera omnia.

At quando Soli occurrit Cauda, eſt inimica oculis, debilitat uiſum, & præcipue dextro oculo malū portendit, Aduerſatur etiā dignitati, officijs, & honoribus nati. Eſt etiam patri hoſtilis directio.

¶ De progreſſionibus partis fortunæ.

PARTIS fortunæ progreſſiones obſeruamus, ad præuidendos euentus, qui accidunt hominibus ratione facultatum, diuitiarum, & rei familiaris. Hinc namq; diſcimus quæ tempora commoda ſint congerendis facultatibus, quæ incommoda, quando lucrum expectandum ſit, quando damnum.

Quando parti fortunæ, aut eius domino occurrit Saturnus, eius quadratus, oppoſitus, uel terminus, accidit damnum nato in facultatibus, & re familiari, per homines Saturninos, aut res Saturninas. Imo quandoq; euertunt facultates nati, ut quandoq; redigatur ad paupertatem.

Contra, parti fortunæ, aut eius domino, quando occurrit trinus, uel ſextilis Saturni, nato acceſſionem rei familiaris ex ædificijs, re nautica, agricultura, hæreditatibus, aut quibuſcunq; rebus, & perſonis de Saturni natura decernunt.

Si Parti fortunæ, aut eius domino, occurrit Iupiter, eius trinus, ſextilis uel terminus reddit natū felicē, in omnibus actionibus, & negotijs, maxime uero fortuna natus hoc tempore ſplendet in adminiſtratione negotiorum, & rerū principū, magnatum, aut perſonarum religioni addictarum.

Contra, Partis fortunæ occurſus, aut eius domini quadrati uel oppoſiti Iouis, dat nato in facultatibus damna ratione Iouialium.

Occurſus partis fortunæ, aut eius domini ad Martē, eius quadratū, oppoſitū, aut terminū, efficit ut natus rei familiaris iacturam faciat, aut amittat facultates ſuas, per Martiales perſonas, aut ratione hominum Martialium, & actionum, ac rerum de Martis dominio. Ut ſi quis ſuis fortunis ſpolietur à latronibus, prædonibus furibus, aut perdat res ſuas in Alchymia, bello, aut ſimilibus occaſionibus.

Sed par

DE PROGRESSIONIBVS.

Sed partis fortunæ, aut eius domini occurfus, ad trinū aut sextilē Martis, dat facultates, & auget rem familiarē, per personas Martiales, & per artes, seu actiones, & res de natura Martis, ueluti si ex gubernatione exercituum, emptionibus, aut uenditionibus armorum, equorum, tormentorum, & earum rerum quæ ad militiæ usum attinent, rem faciat, aut etiam ex Alchimia, & metallorum fusionibus, & ijs artibus quæ per ignem perficiuntur.

Occursus partis fortunæ, & eius domini ad Solē, eius trinū, uel sextilē, auget diuitias nati, fauore principū, aut alijs occasionibus de dominio Solis, ueluti si quis negotietur cum auro, uel hyacinto, aut præficiatur alicui præfecturæ.

Contra, parti fortunæ, & eius domino, quando occurrit quadratus, uel eius oppositus Solis, euertit facultates, per personas, actiones, aut res de Solis dominio. Hæc etiam directio nati corpus quandoq; calidis ægritudinibus, affligit.

Quando parti fortunæ, aut eius domino, Venus, eius trinus, sextilis, aut terminus, promittit nato diuitias per amicos, mulierum donationes aut per alias occasiones a mulieribus, Item auget facultates nati ex mercatura, seu negociatione cum gemmis, unionibus, preciosis uestimentis, ornamentis muliebribus, rebus odoriferis, & id genus rebus alijs de Veneris dominio, & quæ habentur in delitijs.

At contra, partis fortunæ, aut eius domini occurfus quadrati, uel oppositi Veneris, cum mulierculis, aut earum causa lites, & contentiones concitat, Tempus etiam huius occurfus dissipat facultates, ratione mulierum.

Quando parti fortunæ, aut eius domino occurrit Mercurius, eius trinus, sextilis, aut terminus, lucrum, & secundam fortunam promittit nato in mercatibus, computationibus, tractatione artium facientium ad farinam, & peregrinationibus.

Contra uero, partis fortunæ, aut eius domini occurfus, quadrati, uel oppositi Mercurij, serit inter natum, & Mercuriales lites, & altercationes, ratione literarū, computationum, aut mercaturæ.

Partis fortunæ, aut eius domini occurfus ad Lunā eius trinū, uel sextilē, locupletat natum fauore uulgi, & nobilium mulierum, uel de ijs rebus quæ sunt de Lunæ dominio, ueluti si augeat diuitias nati de mercatura argenti, cristalli, uitri, piscium, ex molendinis, uel similibus de rebus.

Contra, partis fortunæ, aut eius domini occurfus, quadrati, uel oppositi Lunæ, infortunia, & damna de prædictis rebus, & Lunæ dominio portendit.

Partis fortunæ, & eius domini occurfus, capitis draconis Lunæ, plurimum diuitias auget, per res, aut personas de Iouis, & Veneris significationibus.

Contra, partis fortunæ, aut eius domini occurfus Caudæ, dissipat, & euertit facultates nati per res, aut personas de Saturni, & Martis significatione.

CAPVT QVINVTM.

¶ De planetis quos domini generalium progressionum sibi in societatem asciscunt, seu de Algebutar, id est diuisoribus.



D IUISORIBVS tam beneuolis quàm maleuolis propria quædam inest significatio, in dispositione diuisionis, similiter eis participantibus per corpus, uel radios, habent etiã potentiam significationis ampliorem, & efficaciorē domino anni. Nam dominus anni unius tantummodo anni dominus est, & sua accidentia solum anno tali significat. Diuisor autem significationes suas plures extendit annos, cum planeta qui ei conparticipat, habent enim maximam uim in uita, & rebus nati. Ideo bene considerandi sunt annorum diuisores.

Propria

Pro primo igitur uide si dominus gradus diuisionis fuerit terminus alicuius stellæ infortunantis. Nam si sic fuerit, significat indigentiam illo anno, & laborem, nisi dominus anni, & signi diuisionis, & Luna fuerint in bonis locis, & habuerint testimonia stellarum foelicium. Aut nisi ipsa infortunans fuerit orientalis, & in bono loco, & similiter in radice. Vide etiam quòd non sit damnatum ascendens radicis, quoniam hæc significant meliorationem diuisionis, & significant profectum secundum naturam illius fortunæ, quoniam meliorabitur illius anni dominus.

Et si dominus anni fuerit fortunans stella, similiter conferet, nisi fuerit sub radijs Solis, quia tunc confert illi termino in quo fuerit partitio.

Et quando dominus anni fuerit fortuna, & in radice natalis in bono loco, nato significat bonum, maxime si fuerit orientalis. Infortunantes uero proijcientes suos radios in eum terminum, & sit Luna, Ascendens signi anni, & eorū domini salui ab infortunantibus, cum testimonio fortunantium, significant hæc illo anno bonum secundum naturam dominantis in anno, & diuisionis.

Quando in natali dominus diuisionis fuerit fortuna in malo loco, & damnato, nullum bonum significat, maxime si anni dominus sit damnatus, sed malum significat, & damnum.

Et si dominus diuisionis fuerit fortuna, & in radice in bono loco, & in aspectu fortunantium, multiplicabitur, & crescet illud bonum, & tanto plus, si fuerit orientalis, & in bono loco.

Et quando locus diuisionis in radice natiuitatis, aut reuolutionis infortunatus fuerit per coniunctionem, quadratum, uel oppositum, uel trinum, infortunatur, & diuisio fuerit ad planetam infortunantem aspicientem ipsum. Cum his projectionibus radiorum infortunantium, omnibus modis damnum, & malum significat, maxime si dominus anni, & Luna fuerint infortunati, quia Luna est quæ complet omnes planetarum significationes.

Quando diuisio fuerit ad infortunium, & locus diuisionis in radijs, & reuolutio infortunata, & si habuerint radios in reuolutione illa radicis, & Luna infortunata fuerit in radice, & fortuna non aspexerit ascendens, & infortunæ ibi aspexerint ex opposito, uel quadrato, significant abscisionem uitæ nati in illo anno. Et si radij fortunantium fuerint in illo termino, licet Luna, & Ascendens reuolutionis fuerint infortunati, non timebit natus illo anno mortem, attamen accidet ei graue impedimentum.

Et quando infortunæ applicuerint ad locum Lunæ, & eadem applicante ad ipsam stellam infortunantem in reuolutione, maxime si significator anni fuerit in malo loco. Similiter in domo infortunantium, significant illo anno laboriosam uitam, aut grauem corporis ualetudinem.

Idem etiam erit si Luna applicuerit ad locum infortunæ natalis, & manifestus erit, si hæc applicatio fuerit in ascendente natalis, uel in sexta, uel duodecima domo reuolutionis.

Omnis planeta qui fuerit in sua partitione, proijciens radios ad terminum in quo fuerit in natali, significat illi significationes proprias ipsius planetæ. Exempli gratia. Ponamus Iouem habere dominium in aliqua reuolutione, & sit diuisor, & proijciat radios in termino natiuitatis, & non sit infortunatus in radice, & reuolutione, & sit in bono loco, significat illo anno coniugiū, & filios, & quòd associabitur nobilibus, & ad dignitatem perueniet, secundū quòd fuerit significatio radicis.

Si Sol proiecerit radios suos hoc modo, significat illo anno potentiam, & dominium, associabitur Regibus, ascendet ad famam, & letabitur cum parentibus, & propinquis, & lucrabitur substantiam ex parte parentum suorum.

Et si Saturnus proiecerit radios suos hoc modo, significat tristitiam ratione partem, & filiorum, ualetudines malas, & inuolutionem sensus illo anno &c.

Et si Mercurius hoc modo proiecerit radios suos, significat quòd illo anno natus ascendet ad intellectum, & doctrinam, & loquetur res per quas exaltabitur, & augebitur, ac fama & fortuna tam ipsius, quàm filiorum eius, non parua habebit incrementa.

Et si Venus proiecerit radios suos isto modo, significat illo anno bonum coniugium nobilitum mulierum, & cum his lucrum, & erit in lætitia, cantu, & ludis. Et si cum hoc Iupiter aspexerit Venerem, aut terminum diuisionis, significat maxima lucra, & lætabitur in rebus odoriferis, & uestibus. Et si Venus proiecerit radios suos hoc modo, natus erit in gaudio, & lætitia.

Aspice planetas, dominum termini, uel diuisorem aspicientes, & misce significationes eorum, cum significationibus domini termini, quòd si dominus termini, ac planetæ ipsum aspicientes, fortunæ fuerint, erunt significationes eorum in bonum, si infortunæ, in malum. Et si dominus termini infortuna fuerit, & fortuna ipsum dominum aspexerit, misce earum significationes simul, & secundum hoc iudicanda. Exemplum. Sit Mercurius in aliqua natiuitate dominus termini gradus ascendentis, & si Iupiter ipsum quadrato aspexerit, & Venus trino, Saturnus uero, & Mars ex opposito, Mercurius qui est dominus termini, dabit nato scientiam, & intellectum bonum. Aspectus uero Iouis confert ei ornatum, ac magnum statum inter altos homines, habebit natus sapientum amicitiam, ac Prælatorum Ecclesiasticorum, necnon lucrum ab eis. Similiter aspectus Veneris ad Mercurium dabit nato pulchritudinem, ac amicitiam bonam cum hominibus, ac lætitiã cum uxore, & filijs. Aspectus uero Saturni, qui est planeta doloris, fletus, & tristitiæ, significat quòd aliquis ex filijs nati morietur, aut quòd dolores, ac tristitiæ ipsum propter uxorem, pecuniam, aut melancholiam lucri inuadent. Sed aspectus Martis ad Mercurium, significat ægritudines calidas, & malum per ignem, uel sanguinis effusionem, aut mortis timorem, & forte quòd exulabit, aut ab honore, & statu suo deicietur. Et si nullus planetarum dominum termini aspexerit, ipse dominus termini erit solus dispositor, atq; diuisor.

Quando diuisor bene positus est in radice, significat saluationem, si diuersus, diuersum, si infortunatus, infortunium.

Diuisor ascendentis in termino mali, si postea iterum ad terminum mali peruenierit, interimit natum.

Saturnus si fuerit diuisor, licet non proiciat radios ad terminum diuisionis, & fuerit in malo loco, significat infirmitatem ex frigido, & humido, & abundantiam flegmatis, & humorum crudorum, paralysim, & longas infirmitates, dolores, tristitiam, & malas cogitationes, duritiem, & laborẽ, & tarditatem in negotijs, nec quod optauerit perficiet, uerum si Iupiter aspexerit, dissoluentur hæc quæ dixi, ueruntamen habebit mestitiam filiorum, & fratrum causa. Et si Venus in hoc statu Saturnum aspexerit, coniugium, & filij, & serui erunt nato tristitiæ, aut ex mulieribus & filijs aliqui morientur illo anno.

Et si Mercurius aspexerit illum terminum, significat damnum ratione seruorum, uel scripturarum, & computinomine dandi, & accipiendi. Et si Mars cum hoc aspexerit Mercurium, significat natum in destructionem sui, ratione falsitatis aliquid cuius conuiuisse. Et si Saturnus, & Mars ambo illum terminum aspexerint, sine aspectu Iouis, Solis, & Veneris ad illum locum, uel proiecerint radios de fortibus locis, significant destructionem nati. Et si Mars ille fuerit qui aspexerit, significat impedimentum in fratribus. Et si fuerit Luna quæ aspexerit, significat fortitudinem, auxiliũq; in significationibus Saturni, mortem etiã matris, infirmitates sororum, & mestitiam sensus.

Et si Sol aspexerit ibi euadet à morte, sed significat patris mortem, uel tristitiam magnam ratione patris.

Et si

Et si Mars proiecerit radios ad terminum, Saturnusq; aspexerit Martem a quouis loco, & non fuerint ibi radij fortunæ, ægritudinem significat periculosam uitæ, aut mortem per manus inimicorum. Et si in hoc fuerit Saturnus in bono statu cum Ioue, significat illo anno augmentum secundum naturam significatoris Saturni, ut in hæreditatibus mortuorum, & suis agrorum redditibus.

Iupiter diuisor, non participante, uel aspiciente aliquo planetarum, secundum figuram natiuitatis, si fuerit in bono loco, significat natum optimæ uxori coniungi, in tempore diuisionis filios charos habere, loquetur cum regibus, & principibus, & cum nobilibus, conciuibusq; suis, augmentabitur dignitas eius, honor, & gloria, & si fuerit natus mediocris fortunæ, habebit principatum super his qui eiusdem fuerint ordinis, dominabiturq; Sympatriotis suis, & adipiscetur diuitias. Si uero fuerit superioris fortunæ, obtinebit dignitatem super ciuitates, & gentes & earum inhabitatores, augebuntur gloria eius & diuitiæ, nascetur ei filius, uel eius filio. Si Saturnus ei participat, corrumpit, & destruit diuitias suas paternas, ac testimonia maiorum suorum, lædetur filius eius, atq; parentes contristabit, & defectiorem animi patietur, erit tardus in operationibus suis, & impediatur in negotijs suis, erit malè tractabilis, ægrotabit diuersa ægritudine, sed restituetur & conualescet. Si Mars ei participauerit, significat bonorum confiscationes quæ diximus, quorum significatio est Iouis, & diminutionem, & subtractionem earum. Si Sol ei participauerit, significat ipsum dominari in aliqua dignitate, uel opere, augmentari diuitias, prosperitatem, dignitatem, & gloriam, & loqui eum cum regibus, & principibus, & plures ipsum adibunt, eumq; deprecabuntur, erit honorabilis in omni re, lætabitur cum parentibus, & consanguineis suis, adipiscetur dignitatem, uel hæreditatem. Si Venus ei participauerit, significat ipsum coniungi uxori probæ, consanguineæ, & nobili, habebit utilitatem per eam, perseverabit in cantilenis & ludis, ac delectationibus, obtinebit prosperitates præclaras. Et si secundum natiuitatē configurata fuerit Ioui Venus, augebitur prosperitas eius, & famosas acquirat diuitias, & indumenta noua, induetq; regias uestes, cultu regio decorabitur, multiplicabitur iocunditas eius, si uero fuerit homo mediocris fortunæ, prædicta mediocriter obtinebit. Si mercurius ei participauerit, & fuerit boni esse, significat alacritatē, & utilitatē, propter doctrinā, & disciplinā, crescet eius sapientia, & eloquentia, amicitiam contrahet cum nobilibus, & illustribus procuratoribus, erit fortunatus in operationibus suis, lætabitur super filijs, augebitur prosperitas eius, exaltabitur in dignitate sua. Si uero fuerit mali esse, minuentur bona prædicta, adipiscetur quidem, sed confusionem patietur pro eis. Si Luna participauerit ei, significat sanitatem corporis, & bonam habitudinem, gloriam, & prosperitatem, gratulabitur super sororibus & matre, obtinebit sperata, a pluribus laudabitur, eritq; regibus familiaris.

Mars si diuisor fuerit, & in loco radicis, in exaltatione sua, uel Iouis, uel termino, uel in aliqua dignitatum suarum, & habuerit participationem, aut testimonium Iouis, significat nato bonum, & honorem illo anno, & si nati genus erit nobile, uel hoc patietur, habebit illo anno dominium super prefectos militum, uel duces, intro mittet se rebus militaribus, unde ei lucrū, honoresq; accedent, erit uictor hostium, & bona quæ habuerit erunt per rapinas, prædas, cædesq;. Et si Iupiter aspexerit, indicat quòd reducetur ad mansuetudinem & iustitiam, precipue si Sol aspexerit Iouem, Sole in loco forti existente, uel ex trino aspiciente. Et si Mars fuerit in malo loco, nec habuerit testimonium, nec aspexerit aliquem cum Ioue, indicat ualitudines malas, damna, combustiones, & febres, sanguinis effusionem, uel uulnera. Et si Mars uiderit terminum, indicat natum cadere in manus suorum inimicorum, uel latronum. Et si terminum non aspexerit, iter faciet sine utilitate. Et si cum hoc erit significator anni, & dominabitur in eo, erit illud malum deterius, & diuturnius, & si fuerit ascendens reuolutionis, & Luna similiter infortunata, & Mars similiter, id

erit peius. Quod si Mars termini diuisionis dominiū sortitus fuerit, & Mercurius radios suos ad eundē terminum proiecerit, nō interueniente foelicissimi ac benignissimi Iouis sydere, aut aspectu, portendet nato talis positus, animi cruciatus & angores damnacō & carceres, ex occasione litigiorum, causarum, scripturarum, falsorumue testimoniorum. Euitet igitur natus toto hoc tempore omnes irarum causas, litium semina, contentionū occasiones, forum, actiones forenses, caudicos ac uersum id genus hominum, quod ex calumnijs & aliorum incommodis sua comparat commoda.

De reliquorum planetarum, uel syderibus, uel radijs, termino Martis occurrentibus, simili prorsus ratione iudicabimus, sicut de altera infortuna Saturno supra ostendimus, nisi quod huius cum Marte commixtionem, significant damna, ac frustrationes spei & fiducia.

Si tamen Solis, Venerisue, aut Iouis radij ad eundem terminum accesserint, liberabitur natus, ac obtinebit uictoriam in istis uitae, ac fortunarum periculis, uerum comitabuntur tamen hanc liberationem sua incommoda, & uictoriam praecedent luctae ac pugnae satis atroces, quam quidem satis cruentam habebit.

Ac si Mars quoque Saturno ad terminum ipsius, radios suos proieciente, simul eundem terminum diuisionis, ac Saturnum respexerit, curuulabuntur utriusque infortuna malignitates uniuersae, ac genus omne infortuniorum secundum commixtionem qualitatum, ac naturarum utriusque maleficae cum tristitia, ac perturbatione animorum, angore, labore, penuria, summisque doloribus. Idem natus nec hostiles effugiet manus, uim atque iniurias. Et nisi foeliciores stellae Iouis, aut Veneris, regumue Solis sydus ex fortibus locis ac idoneis, eundem diuisionis terminum lumine suo lustrauerint, natus post exantlatos maximos labores, summaque uitae discrimina infelici, crudeli, ac uiolenta morte peribit.

Verum Iouis ad eum terminum aspectus, dolores ac perturbationes, tristitiaeque luctus, & graues iras a Regibus nato minatur, non sine magnorum dignitatum, honorum, ac officij eius nati periculo, & amissione.

Si uero Venus eodem radios suos proiecerit, damna a mulieribus prouentia, & in filijs suis natus experietur.

Si uero Solis ibidem existant radij, significat combustiones, & damna ex parte patris, principumue, ac regum potentium, uel nobilium uirorum, Sed haec de Marti termini diuisionis domino dicta sufficiant. Reliqua ex ipsa commixtione significationum, ac qualitatum radiorum, eodem in loco concurrentium industrius Mathematicus pro sua prudentia erudite uenabitur.

Iam institutae orationis series, postulat, ut de Venere quoque dicamus, cui si dominiū diuisionis obtigerit, nato res secundas, ac prosperos in coniugio successus largitur, maxime si anni quoque & reuolutionis gubernatrix fuerit, & si applicuerit ad locum in quo fuit pars coniugij in radice natiuitatis. Venus enim fortuna, ac stella foeminina, gaudiorum ac uoluptatum est domina, iucundasque uxores, & dulces natis conciliat amicos. Ac si praeterea eadem radijs suis pertigerit ad illum diuisionis suae terminum, foeminam nobilem nato despōsatam iri significat, ex qua diuitiarum affluentiam, & ornamentorum muliebrum preciosas opes, magnasque conferretur.

Si uero Iupiter terminum diuisionis, ac dominiū Veneris suo illustrauerit lumine, eadem omnia pro naturae suae liberalitate & benignitate, & uberiora & foeliciora nato promittit.

Si Mercuriales ibidem inueneris radios, ingenij & animi dotes diuinis plane augebuntur incrementis. Idem tamen pro mobilitate sua lasciuos ac perulantes motus, uagasque libidines in animis excitat, & illicitum ad illicitos meretricum concubitus. Qui quidem radij si in loco eidem termino opposito fuerint inuenti,

utilia

utilitatem aliquam capiet natus ex muliebribus cōsilijs. Si uero alio quouis aspectu radij Mercuriales terminum diuisionis, ac gubernationis Venereæ tetigerint, dolores & animiegritudinē propter uxore natus habebit, uel mortē cōiugis suę lugebit.

Si Mars lumine suo occupauerit, uel aspexerit prædictum terminum, uxori nati triste minatur fatū mortis, aut lōgarū ægritudinum, aut cōciliat nato lites, damnaue propter mulieres, muliebriauē negotia, aut earū causa forte fustibus ceditur.

His infœlicibus radijs si Mercuriales quoq; accesserint, natus distrahetur, ac cruciabitur damnis grauibus, ac turpibus caulis, ac succumbet in disceptationibus, litigationibus, & actionibus forensibus, cū grauisimis malis suis, maximisq; damnis ac impedimentis.

Si tamen ad hos maleficarum positus, ac intuitus, ac radiorum cōcursus in prædicto termino Iupiter clementissimus respexerit, hæc mala uel euanescent, uel disscutientur, ac sedabuntur reconciliatis cum nato malignis aduersarijs.

Quod si Luna eodem aspexerit, decernet nato nuptias cum aliqua ex suis affinitibus, aut coniugem formosam quidem, sed degenerem, ex qua tamen magnas ac solidas percipiet animo uoluptates.

Verum in quacuncq; genesi Venus proiecerit radios suos ad terminum Martis, dum is fuerit diuisor, aut Mars econtra in terminū Veneris, quando eadem extiterit diuisionis domina, præsertim si in radice natiuitatis hisce stellis aliqua inter ipsas intercesserit commixtio, natus præposteris ac illicitis amoris affectibus, ac fornicationis ardebit, nefarijs ac uagis libidinibus. Nunq; enim casta est Veneris, Martisq; copulatio, uel cōmixtio, sed de Veneris termini diuisionis dominiū obtinētis significationibus, & cōmixtionibus cū reliquis stellis erraticis satis dictū esse puto.

Restat nobis Mercurius, qui si diuisoris auctoritatem & prouinciā consecutus fuerit ab aliorum erraticorum syderum cōmixtione separatus, bonoq; in loco positus, nati ingenium ac iudiciū acuet, augebitq; eius intellectū, magnaq; etiā suppeditata lucra per literas, & negotia, in quorum consideratione, & explicatione eo tempore natus uersabitur.

Quod si diuisore hoc ita cōstituto, Iupiter uel ipse dominus Mercurius terminum diuisionis aspexerit, magna nato decernentur ac sublimia dignitatis insignia, quibus ornabitur propter facundiam singularem & præstantē doctrinam, quibus multis præferetur cum summo honore ac decore.

Si uero Martiales radij ad eundem terminum sese extenderint altera infortante stella in cōmuni signo cū eo existente, incidet forte natus in manus hostiles, aut uulneribus afficietur grauibus, aut incendiorum pericula, & detrimenta eo tempore sentiet, aut epilepsia corripietur, Magicis etiam, aut Necromanticis artibus se inuoluet, diabolicisq; uexabitur præstigijs. Qui quidem Mars, si unā cum domino termini Mercurio quadratis, oppositisue radijs eū locum pulsauerit hostiliterq; inuaserit oppugnaueritq; grauisima ualetudinis impedimenta, aut damnosas contentiones, ac lites nato minabitur. Eruntq; nati cupiditates & affectus hoc tempore turpes nefarij & impij.

Vniuersaliter autem siue in genere, sciendum est Diuisorem seu dominum termini potissimum significare, quibus magisterijs siue artibus natus ingenium & animum suum sit applicaturus. Item significat in genere de facultatibus seu substantia nati, diues uidelicet futurus ne sit natus an pauper. Quibus in partibus dominus quoq; anni ex parte signi applicationis sua sibi iura potestatem, & significata uendicat in statu nati determinando. Aliquanto tamen est potentior dominus anni diuisore &c.

¶ De generalibus progressionibus uel directionibus.

¶ Aphorismi iuxta Arabum & aliorum sententiam.



VI post Ptolemæū scripsere, plurimū tribuūt datis Alchocoden, & inde uitæ periodū colligunt. Et si autem iīdem quemadmodū Ptolemæus Hylegij seu datoris uitæ progressionē obseruant, tamen eorum pleriq; sentiunt occurſus interemptricū stellarum ante datum Alchocoden lætalē quidem morbum, non autē mortem decernere. Nos autem eos potius sequendos putamus, qui Ptolemæi uestigijs insiſtunt. Cæterum quos Græci ἀναισθητοὺς uocāt non usq; adeo inconcinne appellarunt Abscisores, quasi Atropes (sicut est in fabulis) fungantur munere, uerum plures numerant quā Ptolemæus. Si enim maleficæ interficiunt, consentaneum fuerit, reliqua etiam loca, quæ æque maleficam uim habent, similiter esse aduersa uitæ, eamq; abrumpere, sed quo loca malefica omnibus sint in promptu, ea ordine subscribemus.

- | | | |
|--|--|--|
| | Saturnus | } Verum neq; ipsi, neq; eorum aspectus abscedunt, quando sunt uitæ significatores. |
| | Mars | |
| | Sol | |
| | Luna | |
| | Eorum | |
| | Quadratus | |
| | Oppositus | |
| | Cor Leonis. | |
| | Cor Scorpij. | |
| | Caput draconis Lunæ. | |
| | Cauda draconis Lunæ. | |
| | Cuspis sextæ. | |
| | Dominus eius. | |
| Abscisores siue
interfectores
sunt | Cuspis septimæ. | |
| | Dominus eius. | |
| | Cuspis duodecimæ. | |
| | Dominus eius. | |
| | Cuspis octauæ. | |
| | Dominus eius. | |
| | Loca tenebrosa. | |
| | Loca nebulosa. | |
| | Locus eclipsis. | |
| | Mercurij oppositus & quadratus impedit. | |
| Saturni ? | } sextilis in signis paucarum ascensionum; | |
| Martis ? | | |
| Saturni ? | } trinus in signis longarum ascensionum. | |
| Martis ? | | |
| | Cuspis quartæ domus quando aqueus est & infortunatus fuerit. | |
| | Pars mortis. | |
| | Pars Azemene. | |
| | Cometa tempore natiuitatis. | |

PROGRESSIONIBVS

Luna in gradu ascendenti, interficit, & damnat, sicut Mars, maxime si habu-
erit aliquam dignitatem in octaua.

Cū significatores ad prædicta loca interfectoꝝ uenerint, fortes nec impediti
per radios fortunarū, imminet periculū mortis nato. Si aut aliqua fortunarū ad præ-
dicta loca interfectoꝝ radiū suū proiecerit, ex forti radiatione, liberabit natū à peri-
culis. Et si talis plectio fuerit, maxime in termino fortunæ, & aliqua fortunarū aspi-
ciat trino, sextili, quadrato, siue opposito. Iupiter uidelicet cū Venere tuebuntor na-
tum à periculo, Iupiter in distātia duodecim graduum, Venus octo graduum, simili-
ter liberant natum applicatione locali, siue radiorum projectione super locum inter-
fectoꝝ, dummodo interfectoꝝ, & significatoꝝ latitudo fuerit diuersa.

Cum stellæ adiuuantes, uel saluantes, aut interficientes duæ uel tres fuerint in
unoquoꝝ istorum locorum duorum ex applicatione uel radiatione, conuenit ut id
quidquid ipsorum duorum secundum rerum adiuuantium, uel futipius fortitudi-
nem fortius est consideremus. Si enim interfectoꝝ tum radiatione sua, tum aliarum
stellarum subsidio, in interueniendo fortior liberatore fuerit, mortem nato futuram
prædices. Si autem liberator radiū porrigens, aut per corpus applicans, interfe-
ctore ipso existat fortior, tum ratione sui, tum ratione auxiliorum, liberabit natum
à periculo, aliquando in parte, aliquando in toto, dummodo planeta liberans, præ-
ualeat, interfectore ipso existente debili, aut ratione combustionis, aut retrogradati-
onis, uel aliarum accidentium in parte. Quapropter eorum qui sunt sub radijs,
in occidendo, iuuando, uel saluando nos nihil obseruare conuenit, nisi quando Lu-
na fuerit Hylech, tunc enim locus Solis erit interfectoꝝ, & infortuna quæ in Solis
subradijs fuerit, dummodo planeta liberans Solem, eum non intuitus fuerit.

Directiones ad loca, aliquando in puncto ueniunt, aliquando frustrantur, ali-
quando antecedunt, aliquando sequuntur, nunç tamen limitem annorum exce-
dunt. In puncto eueniunt, dummodo significator cum promissore qualitatem con-
trariam in natura habuerit, Interfectoꝝ autem planeta uictoriam omnimodam uni-
us super alium obtineat. Frustrantur autem, quando promissor retrogradatione,
aut combustione comprimitur. Antecedunt autem, quando stellæ adiuuantes in-
terfectoꝝ, influxū suū prius inducunt ex applicatione radiationū præcedentiū ap-
plicationē significatoꝝ cū interfectore, & uicentiū suo influxu directionē interfe-
ctoꝝ. Quare anteq̃ directio potentialis significatoꝝ ad interfectoꝝ peruenerit,
natus successiue debilitatur. Quādo aut significator interfectoꝝ potentialiter cōiun-
gitur, mox natus spiritū emittit, ut experimur in illis qui interficiētibus radijs Satur-
ninis affliguntur, qui licet ad tempus à periculo mortis liberentur, raro tamē pristinæ
restituuntur sanitati. Sequuntur aut quando beneuolæ stellæ proijciētes suas radiatio-
nes super locū interfectoꝝ, sua uirtute uincunt malitiā interfectoꝝ. Tunc ad tem-
pus uitam nati prorogant. Sed postq̃ maleuolæ stellæ uim suam interfectoꝝ porre-
xerint, & uictoriā super liberante stella obtinuerint, mox interficiūt natū, simili mo-
do constituentium dignitatem, substantiarum adeptionē, & fortunarū adauctionē
intellige. Aliquando enim in puncto directionum dignitas euenit, aliquando fru-
stratur. In puncto eueniunt, dummodo significator cum promissore in gradu dire-
ctoꝝ aliquam habuerit conuenientiam. Frustrantur dum promissor combustione
infestatus fuerit, in nullo obtinens auxilium beneuolarum stellarum &c.

Radij, seu aspectus dextri debiliores sunt sinistris, ideoq̃ directiones signifi-
catorum cum perueniunt ad dextros radios promissorum quiddam imbecillius effi-
ciunt, præsertim uero denotant quæ patiēda sunt nato, ut sunt pati accidentia.

Cōtra, directiones ad sinistros radios efficaciores sunt, & ea significāt quæ natus
agere debet, & hoc modo directio dextra imbecillior cēsenda est, q̃ sinistra, & hæc
actiones nati, illa uero quæ ab alijs rebus, uel psonis nato pferēda sūt, significant.

Proinde cōstat directionē sinistra, ad sinistros radios maxime, efficaciorē esse,
& ex ea de nati actiōibus ferēdū iudiciū. Ad dextros aut radios tā de actiōibus q̃

passionibus nati. Simili ratione patet quomodo dextra directio ad dextros radios passionibus nati significet, eadem vero ad sinistros, & actiones, & passionibus nati.

Excellentia, siue intensio significati, per directiones, accipi debet tam a significatore, quam a promissore. Vt exempli gratia. Si Sol dirigitur ad corpus, uel radios louis, & esset Sol potens, & Iupiter similiter potens, ut ambo in angulis, aut suis dignitatibus, quoniam significaret praelaturam, aut iudicij dignitatem maximam, uel administrationem alicuius notabilis rei, uel cum aliquo principe amicitiam.

Quod si significator fortis fuerit, & promissor debilis, imo parum nocebit illa directio, Si uero debilis fuerit significator, & promissor malus fortis, tunc accidens magnitudo erit in eo genere, in quo demonstratur ab ipso significatore.

Vide etiam diligenter an gradus directionis aspiciatur a bono, uel malo planeta. Nam si malus aspicit malam directionem, idest malum promissorem, intendetur significatum hoc multo plus in malum. Si bonus aspicit, minuit maliciam directionis.

Quando significator, & promissor habuerint declinationes, uel latitudines similes, tunc sequitur intensior effectus directionis, quam si essent discordes in latitudine, uel declinatione.

Significatum directionis durat donec idem significator ad alium sequentem promissorem peruenerit, sed maxime apparebit eo anno quo talis contingit.

Quando fit directio significatoris ad aliquam stellam fixam, malignam, primam, uel secundae magnitudinis, ingerit magnum impedimentum nato de natura ipsius stellae.

Quando aliqua directio pertinet ad promissorem malum, & exinde iterum ad malum, erit magnum periculum.

Directio significatoris ad infortunam, peior est quam directio infortunae ad significatorem.

Si ascendens natiuitatis fuerit Hylech, quando perueniet directio eius ad gradum eclipsis, morietur natus.

Si aliquis angulus Eclipsis ceciderit in ascendentem alicuius nati, ui interficiet eum.

Sol, & Luna si ad eundem locum radium quadratum, uel oppositum iaciant, non abscedent propter temperiem resultantem.

Cometa apprens nocte in ascendente, uel cum Luna in nocte, si Luna habet dominium in ipsa natiuitate, abscondit uitam nati.

Luna abscondit ascendens, & ascendens Lunam.

Partes, & planetae retrogradi, diriguntur secundum successionem signorum.

Ptolemaeus dirigit significatores in medietate occidentali, contra successionem signorum, cum quo alij omnes non concordant.

Nota quod semper cum aliquis significator peruenerit per directionem, uel profectionem ad aliquem locorum abscissorum, siue interfectorum, impiedetur natus secundum quod significat significator. Vt si fuerit significator substantiae, in diuitijs. Si fuerit significator corporis, in sanitate, uel aegritudine, & impiedetur natus secundum naturam abscissoris, & loci in quo est, ac etiam domus. Et hoc maxime si fuerit in loco, & termino infortunae. Sed si in dicto loco abscissionis fuerit corporaliter fortuna, uel radij eius boni, significat quod natus non habebit dictum impedimentum, & si habebit erit leue. Et si fortuna aspiciens fuerit debilis, grauabitur natus minori modo, quam si non aspiceret ibi fortuna &c.

Cuspides domorum coeli diriguntur pro suis significatis.

Planetae diriguntur. Nam Saturnus dirigitur pro patre, & senibus progeniei, pro maioribus fratribus, pro rebus occultis, pro infirmitatibus, pro commodo, uel incommodo hereditatum. Iupiter dirigitur ad sciendum fortunam, amorem, laudem

dem, diuitias, auxilium à nobilibus. Mars dirigitur pro militia, ualitudine, uersus milites. Venus dirigitur pro coniugio, & amore nati, profectu à mulieribus, gaudio, statu matris, & sociorum minorum. Mercurius dirigitur pro statu fratrum minorum, loquelæ, magisteriorum, amicitiarum, seruatorum &c.

Albumasar dirigebat per gradus æquales, id est Zodiaci, quod ego in multis natiuitatibus expertus sum bonū sic fore, nam sæpe rei ueritatem sic inueni &c.

CAPVT SEPTIMVM

¶ De reliquis progressionum, seu profectio-
num generibus.
Item de domino anni, ac dominis aliarum progressionum.

¶ Primo de profectio-
nibus Horoscopi, id est partis orientalis
in genitura, Itemq; Lunæ, quid singulis in domibus efficiant.



V M profectio ascendens, itemq; Lunæ peruenerit ad primam domum, alacritas quædam sentiri tolet singularis, experiuntur etiam tunc foelicem fortunam in actionibus, & rebus suis, maxime si luminaria ceciderint, & ipsa in annua conuersione fortunata, ac si profectio habeat prosperas configurationes radiorum geniture. Hoc tempus lucrum, principatusq; ac honores, & caritatem propinquorum spondet. Tunc aptum tempus comparare ea quæ corporis, uitæq; cultus, & cura postulat, uestes, cibum iumenta, arma, & quidquid est homini necessarium ad uictum cultumq; corporis.

Cum uero ad secundam domum peruenerit horum profectio, opera danda erit emptionibus, & uenditionibus, pecuniæ collocationibus, repetendis nuncijs, totiq; rei pecuniariæ. Tum lulis, & gymnasijs uacabimus, sperabimusq; de hostibus uictoriam, sed metuentur domestica damna flammæ, & furto-
rum.

Cum ad tertiam, in itineribus studeant. Hoc tempore cum consanguineis, & religiosis apte negotia gerentur. Sed metuant nati occultos morbos, & odia diurna.

Cum ad quartam, lucrum sperandum, & præcium operæ, Accessio hæreditatis, benignitas, & fauor parentum, quicq; illorum loco sint, Tum thesauros obrutos terra scrutabimur, & argenti fodinas excutiemus, arcana, & abstrusa uestigabimus, possessiones, frumentaq; comparabimus, aut uendemus. Extruemus ædificia, piscinarum lucra quæremus, testamēta condemus, de sepultura mandabimus. Hoc autem tempore sentiemus animi tristitiam, & mortis metum, periculosum tunc fuerit in aquis uersari, in ardua conscendere, militares lusus armorum exercere, glaciem transire, coram regibus, & principibus apparere, itinera longa facere, Vilitas, & contemptio nato accident.

Cum ad quintam, delectationi est puerilis ætas, uoluptatem etiam capiunt de mulierum consuetudine, & ex sodalitijs. Sed pericula impendent mendaciorum, & prodicionis. Tum opera danda liberis, amicitia, conuiujs, colloquijs, & confabulationibus, ac circulis. Aptum est hoc etiam tempus pacificationibus, contractibus, conficiendis literis, mittendis nuncijs, nauigationibus mercatibus, uestibus nouis cum incidendis tum induendis, incq; summa ingenij obsequio. Est enim lætificum, & foelix, presertim si luminaria, atq; adeo ascendens pars fortunæ ceciderint in conuersione annua. Sicq; hæc profectio prosperis configurationibus à radijs natiuitatis imbuatur.

Cum ad sextam, uariorum morborū timenda sunt pericula, odia, & inimicitia
f excita

excitabuntur, quæ tempore longo durent. Et ut semel dicam, nihil fortunabitur rerum omnium. Tunc caute erga famulos, & seruiens mercede nos geremus. Ier non faciemus, non incidentur neq; induentur noua uestimenta. Tempus hoc mercatibus aduersum omnibusq; contractibus, & negotijs, conuentibus, consilijs, de liberationibus aduersum & foundationibus, & inceptuonibus noui operis, quodq; durare uelimus. Magna tamen diligentia uersabimur in usu cibi, & potus, ut morbos effugere possimus, qui de leuissima hoc tempore occasione existere soleant, maxime cum lumina quoq; in annuæ conuersionis domibus infortunatis fuerint, pertigeritq; profectio ad malefica corpora, radiosue geneleos.

Cum ad septimam, tum homines laborant animi quadam morositate, & impatientia, necnon à mulieribus facile ductantur, pericula impendent, & domestica damna à flammis, & furtis, cum mulieribus rem habere conueniens tempus, uxorem petere ducereq; celebrare nuptias, mercaturas facere, persequi fugitiuos, instituere conciliationes, & pacificationes. Bellis, tumultibus, expeditionibus penitus contrarium, maxime si lumina, & ascendens pars in conuersione annua infeliciter ceciderint, aut cum profectio pertigerit ad configurationes noxias. Hoc enim est hostium tempus quo ad nocendum potissime excitari consueuere.

Cum ad octauam, tempus est agrotationum, & detrimentorum, tum uel corpus, uel res affligi solet, tum mendacia, perfidia, prodiones metuendæ, tum ipsa mors ingruit. Quare attenti erimus in uictu, cultuq; ac rebus omnibus de quibus nasci morbi possent. Itinera non facies, consultationes, tractationesq; rerum ac consilia uitabis, nec incidi patiere, nec indues uestes nouas, non mercabere, non uendes, non alex studebis, non dabis mutuum, non spondebis pro altero ad pugnam proficisci, litemue mouere, itemq; uenam incidere, cucurbitulasq; & scarificationes, deniq; medicina uti uitabis, neq; quicquam aggrediere quod periculum contineat, maxime si lumina infortunata ceciderint in conuersione annua, cumq; profectio ad maleficarum configurationes geneleos peruenerit.

Cum ad nonam, tempus conueniens longis itineribus, si qua in geneli forte decernantur, tunc studia litterarum, ac artium colunt, tunc amicitias, & necessitudines externorum, aut ab externis fructus acquirunt, tunc apud principes, & potestifices uersari, coramq; apparere, & benignitatem illorum experiri uelle aptum, studiaq; potissima Astrologica, & Chomayca exercere, literas amanter perscribere, tabellarios mittere, deniq; ingenium, & aciem mentis intendere.

Cum ad decimam, illo in tempore res gerent apud principes, cumq; illis erit, aut magistratu fungentur, potenturue honoribus pro loco, & ordine suo, Si tamen in geneli decernatur, hoc enim est tempus splendoris, famæ, dignitatis, honoris, sed damna domestica flammæ, & furti metuenda, tunc conuenit à regibus, & principibus fortunæ augmenta petere, promittitur enim commode petitionis successus, tunc munera capellenda subeundæ clientelæ, artibus, & disciplinis danda opera, proficiscendum ad bellum, persequendi hostes, uersandum in iudicijs, & foro, faciendum iter, nauigandum, disceptandum de iure, celebrandi conuentus, incidenda, induendaq; noua uestimenta, & ut dicam semel, omnium rerum felices tum inceptiones, & conatus esse solent, maxime si quam prosperitatem genelis decernat, licet lumina loca felicia in annuæ conuersionis themate possideant, cumq; ad prosperas configurationes profectio pertigerit. Natus etiam eo tempore magisterium suum renouabit.

Cum ad

Cum ad undecimam, tum hilaritas sentietur, multos, & conuenientes amicos acquirat, quæcūq; uolet ferè consequetur omnibus in rebus, obtricatoribus tamen & maledicis non carebit, fortunatissimum est hoc tempus omnium, quicquid facere, moliriq; uelimus, tunc præter spem, & opinionem bona contingunt, tunc aptum ad Reges, & principes, adq; illorum præfectos accedere, & cum amicis colloqui, necnon omnium cum hominibus ordinum ac conditionum, negociorum generendorum gratia commisceri, præsertim si res pecuniaria, & facultatum agatur, tum mercabimur, uendemus, ludemus alea, collocabimus pecuniam, mutuū dabimus, uocabimus in ius, colloquia, conuentusq; frequentabimus, faciemus iter terra, induemus noua uestimenta, migrabimus, expeditiones, bellaq; mouebimus, pugnabimus, hostes persequemur. Quidquid enim tunc facere inceperimus, foelicem sortietur exitum, cum hoc sit tempus summæ, & maxime propriæ foelicitatis.

Sed ad duodecimam, cum peruenerit profectio, tum infestabuntur ab occultis ægritudinibus, tum diurnæ inimicitia se proferent, tum omnibus rebus difficultates, & aduersitates obijcientur, contrarium tempus itineribus, conueniens hostibus, quorum tunc odia, consilia perfida, conatus insidiosi aduersus capita, famam, rem, potissime inualefcunt. Itaq; pericula carceris, & captiuitatis impendent. Nemo tunc uelit operam dare mercatibus, frequentare conuentus, & colloquia transactionum, mutuū dare, nouas induere uestes, tum uenationes, equorumq; ac iumentorum usus discriminis plenus est.

Quando profectio ascendentis pertinet ad corpus infortunæ. Vide in quam domum reuolutionionis ipsa infortuna ceciderit, quoniam significat damnum in significatis illius domus. Verbi gratia. Saturnus in Libra in quarta radice. Sit autem profectio ascendentis radice ad quartam domum radice, ad signum Libræ, ubi Saturnus fuit in radice, qui Saturnus in eodem signo Libræ inuentus est in figura reuolutionis, in quinta domo quæ filiorum est. Significat igitur mortem filiorum, aut ad minus damnum in eis, uel etiam in alijs significatis quintæ domus.

Quando profectio ascendentis radice ad caudam reuolutionis fuerit, significat tristiciam, & damnum pro uilibus hominibus.

¶ De natura, & effectione domini anni, quem accipimus, eum qui dominus signi profectioalis fuerit, quemq; gubernatorem, ac regem uocant. Deq; profectioibus illius ad configurationes secundas, aduersasq; geneleos.

¶ Saturnus rex, & dominus anni.



ATVRNVS dominus anni, aut cum profectio hæc accesserit ad coniunctionem, aut oppositionem, quadratamue configurationem ipsius in genesi, minatur morbum frigidum, & humidum, abundantiam flegmatis, atræ bilis importunitatem, nihil tum ferè omnium inceptioinum foelicem exitum sortitur. Infestos tunc habent principes, præsertim si profectio hæc inciderit in geneseos, in VI. VII. VIII. XII. domum.

Nam si in fortunatis fuerit domibus, ut I. II. X. XI. Aut accesserit ad secundas configurationes Saturni, incommoda illa leuius abeunt, & commodum aliquod rerum Saturninarum, ut sunt hæreditates, possessiones, agricultura, metalla, existit quæc̃ terra edit, aut maiores relinquere solent.

Iupiter, cum dominus anni, idest dominus signi profectioalis fuerit, cumq̃ profectio hæc inciderit in fœlicem geneleos domum, & ad configurationes Iouis accesserit, tum sperandi erunt fœlices euentus omnium inceptionum, potissime facultatum, uictusq̃ parandi, & liberorum suscipiendorum. Tunc incrementa promittuntur famæ, & fortunarum, Tunc Deo hominibusq̃ grati, accepti Regibus fiunt, facileq̃ quæ uolunt, & quæ uerecunde petunt obtinent. Sed aptissima est rerum suarum causa, ad iudicem, aduocatos, causidicos, senatores, Ecclesiasticos primates accedere, disceptareq̃ in iure, Tunc bonum continget aliquod, pro domus natura in quam profectio ceciderit. Quæ tamen si in VI. VIII. XII. reperta fuerit, tum nobis cauebimus à Iouialibus, à quibus malum tum impendet. Vix tamen manifeste dabitur, sed simulatione benignitatis, & fidei circumuenientur, genus autem mali domus natura iudicabit.

Mars dominus anni cum fuerit, & profectio in fortunatam domum, aut Martis secundas configurationes ceciderit, decernit amorem litigationum, belli, tractandi arma, excitat animi fortitudinem, de qua bonum uictoriamq̃ pollicetur. Sed si hæc profectio inciderit in VI. VII. VIII. duodecimam domum, aut in geneleos coniunctionem Martis, illius uel oppositam, uel quadratam configurationem, tum erunt summa cautione uitanda prælia, lites, armorum tractatio, tum nemo iter faciat, neq̃ enim utiliter faciet, sed aut cum damno, aut misera sollicitudine, tum impendent pericula acutorum, & æstuantium morborum, quæ de flaua, seu rubra bili oriuntur, tum & afflixiones ferri, flammæ, prædonum pertine mescendæ.

Sol cum dominationem anni fortitus fuerit, cumq̃ profectio in domum inciderit fortunatam, aut ad secundas configurationes Sol peruenerit, excitat animi fortitudinem, & uirtutem. Tunc conuenit cum Regibus, & principibus uersari, ab illisq̃ præfecturas, honores emolumenta, gloriam expectare. Sed si profectio in geneleos domum, VI. VII. VIII. duodecimam uel ceciderit, siue pertigerit ad coniunctionem, oppositam uel ac quadratam configurationem Sol, uitabuntur accessiones ad Reges, & principes, quos illo tempore infestos sibi, & male propitios experientur. Vix tunc effugi poterunt acuti, & æstuantis morbi, & damna a præmoribus data pro natura domus, quæ profectioem acceperit.

Venus domina anni, profectioe possidente fortunatam domum, aut coniuncta, configurationibus uel cum Venere sociata, pollicetur dilectionem, & amores mulierum, quarum beneuolentia animi tum clare se proferet, & boni aliquid conciliabit, pro natura domus hospitij profectioalis. Tunc læti, & hilares esse consueuere, indulgentq̃ genio, epulis, conuiujs, cantibus, tibijs, fidibus, capiuntur, delectanturq̃ odoribus, & munditie. Sed profectio si forte in domum VI. VIII. aut duodecimam ceciderit, tunc metuendum malum, damnumq̃, à mulierum malignitate, aut Veneris usu, cibo, potu, medicinis, quibus rebus animus, corpus, res libertas, conditio uniuscuiusq̃ conuellantur. Genus autem mali natura hospitij profectiois demonstrabit.

Mercurius cum anni dominus, cumq̃ profectio in domo fortunata, uel coniuncta

iuncta, configurataue cum illo illo fuerit, excitat ingenium, & acrimoniam mentis, hoc mercaturæ est tempus, & itinerum, & artium, maxime earum quibuscum natura domus hospitij profectio fecerit. Quæ si fuerit VI. VIII. duodecimaue, uitandi tum erunt mercatus, & itinera. Et metuendum malum à Mercurialibus, ut sunt scribæ, & mercatores, genus autem mali domus indicabit.

Luna ubi fuerit domina anni, si profectio fœliciter ceciderit, aut accesserit ad coniunctionem, configurationemue Lunæ, gestiunt tum animi itinera faciendâ instituire, ex quibus & lucrum promittitur, bonum etiam expectandum à principibus, itemq; mulierum grata, uoluptuariæq; consuetudo, instabilitas autem decernitur omninum rerum. Tum uolent, quærentq; multa cognoscere, & scrutari aliena. Sed profectio hæc si inciderit in domum VI. VIII. aut duodecimam, uidentur commercia eius hominum generis, cuius Luna commendationem accipit, ut sunt tabellarij, circulatores, balneatores, peregrinatores, quicq; piscinarios, aut aquaticos questus faciunt, quicq; natura inconstantes sunt. Tum & mulierum consortia uidentur, & cum cautione uersentur in cibo, & potu. Nam ex his omnibus pro domus natura in quod ceciderit profectio malum decernitur.

¶ De dominis anni specialibus.

¶ Primo de Saturno.



SATVRNVS si fuerit anni dominus receptus, & bene fortunatus, liber ab omni infortunio, in exaltatione, uel aliqua suarum dignitatum super terram, in signo masculino, indicat quod natus erit agriculturæ intentus, & in hæreditatibus mortuorum, aut aquis deducendis, & hæc in suo patrio solo, dico si fuerit in domo, uel exaltatione sua, & si non fuerit in his, & sit receptus, significat quod hoc faciet nomine alicuius, & erit in his in bona existimatione. Et si sit peregrinus, & non receptus, erit in his anxius, & quasi per uim operabitur, & propter amicos angustias habebit, uel propter filios suos. Et si fuerit in nona, uel tertia, eo existente in sua domo, uel exaltatione, exercebit iusta facta, ut salutem animæ habeat in alio sæculo. Et si fuerit in locis extraneis, & receptus, ibit longa itinera, & in his bonum. Et si ibi fuerit in locis extraneis, & non receptus, erunt in itineribus sibi molestiæ, & corporis molestiæ, & damna. Et si Iupiter eum aspexerit, bono aspectu, & similem in radice, uel sit corporaliter cum eo, in his duobus locis, uel altero eorum, gaudia, & honores ab hominibus diuitibus significat, sed erit tardus in suis actionibus, cogitans continuo ad res suas, & tamen cum filijs suis gaudebit. Et si regale fuerit signum, à regibus bona suscipiet. Et si Mars aspexerit, uel iunctus fuerit cum eo, ipso existente in bono statu, aut aspexerit amicum aspectum, indicat quod exercebit se in rebus ex quibus lucrabitur, & à regibus bene tractabitur, & complebuntur bene sua desideria, & leuiter, & indicat expensarum abundantiam. Et si ambo sunt recepti, uel eorum alter receperit alterum, erunt hæc firmiora. Et si Sol aspexerit in radice, & reuolutione, bono aspectu, significat bonum statum, patri, & famæ, & diuitiarum augmenta, & erit sibi proficuum à nobilibus. Et si in uno eorum temporum tantum aspexerit, & non in alio, & fuerit ex trino, tertiam eius partem, ex his perficiet quas diximus.

Et si Venus aspexerit eum in natali & reuolutione bono aspectu, aut iuncta cum eo, & inter eos fuerit receptio, & pars coniugij fuerit fortunata, indicat illo annolucrum ex muliere, & erit omnis abundantia & ornatus in sua domo. Et si

hic aspectus & coniunctio in uno duorum temporum dictorum inueniatur, ex eo quod diximus, & eius gaudio, uiles inuidebunt nato, & accidet ei tristitia mulieris causa, & impedimenta & damna aliqua in suis rebus, quæ sunt de natura Veneris, & duriciem & laborem in agendis.

Et si Mercurius fuerit corporaliter sibi iunctus, aut eum aspexerit bene, tam in radice quam reuolutione, & ambo in bono esse, significat intellectus acumen, bonam memoriam, bene cogitare filiorum gaudia, & maxime si partes suæ fuerint fortunatæ & liberæ ab infortunantibus, & similiter eorum domini, & in bonis locis. Et si talis aspectus uel coniunctio fuerit in uno duorum temporum, minuetur aliquid ex eo quod diximus.

Et si Luna fuerit sibi iuncta, uel eum bene aspexerit, cōfigurata ambobus temporibus, & recepta, & fortunata, crescens lumine & numero, indicat augmenta substantiæ ex hæreditatibus mortuorum, aut ex seminibus uel plantis, uel per riuos, & aquarum ductus, cum bona fama nobilium, matris & mulieris. At si talis aspectus fuerit in uno istorum temporum, & non in alio, hæc omnia minora contingent.

Et quando hi planetæ aspexerint Saturnum malo aspectu, & sit separatus cū illo aspectu, indicat infortunium secundum Saturni naturam magnum & graue.

Et quando Saturnus ceciderit ab ascendente, & fuerit in domo secunda aut octaua, si fuerit ibi receptus, aut aliquam habuerit dignitatem, habebit bonum ex hæreditatibus mortuorum, aut ex loco incogitato. Et si infortunatus fuerit in his locis, & non habuerit ibi dignitatem, nec fuerit receptus, pigritiam significat & miseriam nati. Sed nota bene, quod si fortuna fuerit in sexta uel duodecima, indicat ægritudinem, carcerem, seruorum & animalium mortem, & superari ab inimicis suis.

Et quando Saturnus fuerit combustus, aut retrogradus, scilicet si sit in domo Iouis, uel in nocturna genitura, grauitatem ratione senij, & seniorum suæ gentis, febres ex humido prouenientes, melancholicasq; & substantiæ damna. Et si cū his fuerit in signo peregrino, euenient ei itinera mala, aut causa hominum extraneorum. Et si fuerit in domo sui amici, erit infortunium illud causa suorum amicorum.

Et si Sol eum combusserit, non existente aliqua conuenientia inter ipsos significat fortem carcerationem, diurnam regisq; metum, aut longam ualeitudinem, & malam in loco absconso, & damna ex parte patris uel aui.

Et si in hoc statu fuerit alicui planetæ iunctus, uel eius Dodecatemorio, dannabit res quæ fuerint de natura illius planetæ, uel Dodecatemorij eius.

Et quando Saturnus fuerit sic in die cum dicta constellatione, significat quod tale damnum cito finietur, & hæc mala quæ significat, erunt secundum loci & signi naturam, in quibus fuerit.

Quando dominus anguli fuerit in angulo, & alius planeta eum infortunauerit ex quadrato uel opposito, non recipiendo ipsum, significat fortem laborem, & malum, illud erit manifestum, & tanto peius, si cum hoc fuerit occidentalis, intrando combustionem, quia tunc id malum erit ab omnibus partibus. Et si in hoc statu fuerit ipse angularis, uel in succedenti, erunt hæc leuiora & minora &c. Et si in cadenti, id malum erit cælatum.

Et si cum hoc aspexerit eum aliquis planeta cadens ab angulo, detegetur hoc quod prius erat cælatum. Et si dominus anni applicuerit illi planetæ, qui eum aspicit ab angulo, ille met homo retrahet bonum eius, & deteget malum & laborem suum.

Iupiter

Jupiter dominus anni.



JUPITER quando fuerit dominus anni in bono statu, in radice, & in reuolutione, in domo uel exaltatione, aut domo sui amici orientalis, & saluus ab omni impedimento, indicat amorem & conuenientiam cum regibus & magnis uiris, bene cogitans, & res nati bene procedent, & tamen suis æqualibus potentior, & habebit præponi in sua Ciuitate ali cui officio filiumque & prosperitatem diuiciasque sine multo labore. Et si fuerit in decima, erunt hæc ex parte regum, & suorum magisteriorum. Et si in septima, erit ex parte mulieris uel coniugis. Et si in quarta per possessiones, uel per parentes suos. Et si in nona uel tertia, uidebit uera somnia, & utilitatem in itineribus & undecunquæ Si in undecima, bonum ab amicis. Si in quinta, habebit filium bonum, & gaudia multis modis. Si in secunda, uel octaua, lucra, sed uilipendetur, & hereditates quas non quæserit. Et si in sexta, uel duodecima, erit laudatus in uulgo & ab animabus bona, uel propter carceratos uel seruientes sibi, & bonum ex natura signi, in quo Iupiter fuerit.

Mars si Iouem aspexerit, & ambo sint in bono statu, significat quod natus habebit illo anno dominium et magisteria sua, intellectum acquirere & inde laudabitur, & lucra de dominis & nobilibus uiris. Et si ambo iuncti fuerint in domo alicuius ipsorum, habebit dominium in terra sua, & erit fortis & magni animi.

Et si Sol eum aspexerit de sextili, Sole existente fortunato, significat bonum coniugium, fortunæ prosperitatem, filium & læticiam.

Et si aspectus fuerit ex trino, & Iupiter sit retrogradus, uel quod aspectus fuerit in uno duorum temporum, & non in alio, hæc significationes, & quæ diximus erunt minora.

Et si Sol iunctus aspectu fuerit cum eo, & ipse orientalis, habebit natus lucra, & altum dignitatis gradum à multis partibus, & erit in parentum amore, & de eo lætabitur.

Et si Sol Iouem combusserit, accident sibi omnium rerum molestiæ, quæ sint ex significatione Iouis.

Et si Sol fuerit Ioue potentior in illo loco, forte morietur natus in illo anno.

Et si Iupiter fuerit potentior, hæc mala minora erunt &c.

Venus si iuncta fuerit cum Ioue, uel eum bene aspexerit, & sit in bono statu, indicat læticiam, & bonum statum ex parte mulierum, aut hominum effœminatorem, bonas uestes, lucra ex magisterijs, appetens odoris, & ab omnibus honoratus.

Mercurius si iunctus fuerit cum Ioue, aut bene eum aspexerit in ambobus temporibus, & sit in bono statu, natus illo anno dabit operam legibus, & ad appetentiam libertatis, associabitur scribis uel officialibus regum, & erit intentus rebus religiosis, & legalibus, & lucrabitur ex omni re sui exercitiij, uel magistratus quem habuerit &c.

Luna si iuncta fuerit Ioui in ambobus temporibus, uel aspexerint eum bene, significat augmenta diuitiarum et potentiæ, et in agendis honorem et prosperitatem, et ad dignitatem illo anno perueniet.

Et si Luna in aspectu fuerit aucta lumine, istæ significationes erunt maiores, et illo anno natus ille erit intentus ad prolem generandam, filium etiam acquirere, et in omnibus suis rebus prosperitas aderit.

Iupiter si per retrogradationem fuerit in malo statu, aut per combustionem, uel aliu infortunium, uel occidentalis, uel peregrinus, aut in domo infortunantiæ, uel in cadenti, aut gradu teneboso, minuetur eius bonitas, & damnabit ea, quæ sunt suæ significationis parumper.

Si

• Si uero in hoc eius malo statu fuerit, ad eum malus infortunantium aspectus damnabit omnia secundum naturam, & potestatem illius planetæ & signi in quo fuerit, ac domus tam in natali quam reuolutione. Et si in signo fuerit regali, damnum erit à regibus, & sic de singulis iudicatio secundum ipsorum naturam & potestatem.

Et si in hoc Iouis statu Saturnus fuerit, qui eum infortunauerit, damnum erit in senibus, rebusque rusticis, per patres & ualeitudines, quæ sint difficilis curationis, uel per carceres, uel per aliquam egestatem.

Et si Mars fuerit qui Iouem infortunauerit, erit impedimentum à militibus, libtibusque, maxime si fuerit supra Iouem eleuatus in decima.

Et si Sol Iouem infortunauerit per quadratum uel oppositum, & sit supra eum eleuatus, damnum erit à patribus & regibus, & illi subuenient.

Venus & Mercurius si Iouem male aspexerint, & ambo infortunati, & in malo statu in natali & reuolutione, damnum significat in his rebus, quæ fiunt pro ipsorum natura.

Luna uero si Iouem male aspexerit, & ambo sint in bono statu, idem operantur eius rei, quam significarunt cum fuere in bono aspectu, & maxime si Iupiter fuerit supra Lunam eleuatus. Nam significat quod natus ille ascendet ad altum statum & regum gratiam diuitiasque, & filium acquirere &c. Et si Luna in aliquo horum malorum aspectuum infortunata fuerit, uel damnata, indicat litigia sine utilitate, damnaque & malum &c.

Quando aliquis planeta fuerit anni reuolutionis dominus, & aspexerit annum dominum malo aspectu, & in radice bono, commisce eorum significata.

Et similiter cum dominus anni fuerit iunctus cum aliquo planeta in natali conjunctione conuenienti, & in reuolutione per contrarium, misce iudicium ex his contrarijs significationibus.

Venus quando fuerit domina anni, & eiusdem status in utrisque temporibus, boni uel mali, fortificabitur tunc illa significatio sua, si bona in bonum, si mala in malum.

Quando planeta qui aspexerit dominum anni, significauerit aliquid bonum uel malum, apparebit illa significatio in temporibus illius anni, quando habuerit maius posse in illo anno, & eius significatio erit maior, si illo tempore amicus fuerit, aspectus ubi aspexerit signum in quo fuit dominus anni in radice, uel reuolutione illa, aut aspexerit signum sua applicatione uel ascendens anni, uel eius dominum.

Quando dominus anni ceciderit in duodecimam domum, peregrinus, sine receptione, uel fuerit retrogradus, erit nato anxietas per carceres, uel per suos inimicos, uel per animalia maiora. Et si fuerit infortunatus à Saturno, uel à Marte ex malo aspectu, accidet ei poena & labor ex rebus anxijis.

Quando dominus anni fuerit in natali in quauis domo, & in reuolutione acciderit, ut sit in triplicitate illius domus, accedendo ad signum applicationis, uel ascendens anni, uel in ambobus temporibus fuerit æqualis status, fortunæ uel infortunæ, boni uel mali, fortificabitur illa significatio, quam significat secundum naturam suam, & domus illius, & hoc maxime si aspexerit locum in quo fuit in natali, & si diuersificabuntur status, & loca eorum, iudica per admixtionem utriusque ipsorum.

Iupiter quando fuerit anni dominus, & in malo statu infortunatus, & non receptus, damnat significationem illius domus in qua fuerit, damnum ex ipsius domus significatione, & figura in qua fuerit. Quia si fuerit in quinta domo, erit pro filijs; si in sexta, pro seruis; si in duodecima, pro inimicis, & his quæ per eam significantur, & sic dices de alijs domibus.

Et quando Iupiter in radice fuerit in quauis domo, & in reuolutione, in illa eadem domo, sed in diuerso statu, misce significata, & iudica per utramque.

Iupiter quando in reuolutione fuerit in secunda domo, uel sexta, uel octaua, uel duodecima

duodecima, quæ non aspiciunt ascendens, & fuerit receptus, indicat quòd talis natus illo anno non laudabitur, nec precium habebit, uel potentiam, & aliqui ex suis consanguineis uituperabunt natum, uel aliqui sociorum, & parum illo anno lucrabitur.

¶ Mars dominus anni.



MARS si fuerit anni dominus, & in bono statu, & in suo lumine directus, & auctus in suo motu, & in sua naturali conuenientia, id est in suo Hayz, & in signo in quo habeat aliquam dignitatem, & receptus, significat fortitudinem nati, spem, & salutem memoriæ, & intellectus, timebitur, & erit audax in suis factis, & proficuum accipiet à ducibus, & regibus, & erit fortunatus. Et si fuerit cum hoc angularis, erit tale bonum ex natura anguli in quo fuerit. Et si fuerit in undecima, uel quinta, indicat bonum, & lætitiã ex parte sui generis, uel sociorũ, aut filiorũ, & rerũ armorum appetentiã. Et si fuerit absens à loco suo, forte illo anno reuertetur ad suos. Et si fuerit in nona, uel tertia, erit sibi bonum ex itineribus. Et si in duodecima, uel octaua, erit in uale tudinibus corporis bonis, & tutus ab inimicis, & bonum à parte in qua non habebat fiducia. Et si fuerit in sexta, habebit bonum per medicinas, & utile ex rebus uilibus, & inimicis, & carceratis. Et si fuerit in signo peregrino, erit sibi bonum ab extraneis. Et si fuerit in signo sui amici, erit sibi bonum ab amicis, & cognatis. Et si fuerit in signo humano, erit id quod habebit ab hominibus, tali nato ab bonum, & homines de eo bene loquentur. Et si in signo aqueo, erit bonum ex significatione aquarum, & sic dicito de cæteris signis, secundum ipsarum naturam.

Et si Iupiter eum aspexerit, & ambo fuerint in bono statu, in utroque tempore, indicat ei bonum per militiam, & gubernationem prouinciarum.

Et si Mars fuerit in Ariete, uel Capricorno, indicat eum esse potentiorẽ suis inimicis, & crescet in audacia, & fortitudine sua, & adhærebit rebus militaribus, & ducibus, & ab his dominium, uel lucrum suscipiet &c. Et iudica de statu nati à reuolutione anni in ascendente Marte posito, dignitatem ex rebus ex quibus lucrabitur. Et si fuerit in sexta, uel tertia, dic natum illo anno ascendere ad fortunam, propter seruos, uel socios.

Sol si bene aspexerit Martem in utrisque temporibus, significat fortunæ prosperitatem, & forte coniugium sacrabit optatum, & forte illo anno prole suscipiet.

Venus si Martem in utrisque temporibus bene aspexerit, & pars coniugij sit in domo septima à fortunantibus aspecta, significat diuitiarum augmenta, & filios, & lætitiã ex parte mulierũ, & prosperitatem, Et si cum his quæ dixi fuerint, in signis in quibus habent aliquam dignitatem, erunt sibi bona causa uxoris suæ, & à partibus cognitis, Et si fuerit in signis peregrinis, erunt significationes ab hominibus extraneis, aut à partibus ignotis.

Mercurius si Martem aspexerit bene in duobus temporibus, significat memoriæ, & intellectus augmenta, erit intentus rebus suis, et celeriter se ad eas mouebit, et eas bene discernet.

Et si Luna nõ aspexerit isto modo, et ambo nocturni, et sit minuta luminibus, indicat nati prosperitatem, gaudia, et bonum rerum speratarum exitum.

Mars si fuerit dominus anni, et male dispositus, infortunatusque, aut retrogradus, uel combustus, uel in suo casu, indicat si non sit receptus anxietatem, sensus inuolutionem, mala cogitamina, uale tudines malas, combustiones, damna à latronibus uel animalibus, mala itinera, extra patriam suam pericula, malum etiam statum fratrum suorum. Et has significationes diuisim accipies à loco in quo fuerit quia malum est, secundum signi proprietatẽ, et domus in qua fuerit Mars, Nam si combustus

bustus, ignis impedimēta, cholera malos motus, furta, & res celatas, & grauiā impedimenta, si retrogradus, metum, & turbationem, si peregrinus, iter extra patriam. Si cadens à domo, uel exaltatione, significat captiuitatem. Et si in hoc casu fuerit etiam infortunatus, dic uulnera, cædem, & interfectionem. Et si fuerit cadens ab angulo, indicat detrimentum, & quòd uilipendetur natus illo anno. Si fuerit in sexta, ualeitudines malas, si in duodecima, captiuitatem, uel carcerem.

Pars fortunæ, uel eius dominus, si sit cum Marte in combustione, natus erit illo anno in metu amissionis honorum, & mortis. Et qualiscunq; planeta eū aspexerit, uel sibi iunctus cū hoc fuerit in malo statu, & damnatus, significat damnū in rebus naturæ illius planetæ. Verbi gratia. Si fuerit Sol, damnū erit causa patris, uel sui regis. Et si sit Saturnus, à senibus, infirmitatesq; oculorū, & substantiæ patris, & patri infirmitas, laboresq; ut ethica, uētris dolores, uulnera ex melancholia, febres. Et si fuerit Venus, erit damnū propter mulieres. Et si Mercurius, erit damnū propter malos nati mores, falsitates, mendaciā, incuriam, & malas uoluntates, & homines abhorrebit. Et si fuerit Luna, indicat matris mortē, aut ei euenient graues ualeitudines, & nato capitis dolores, maxime si Mars sit in terminis Saturni, & Luna in termino Mercurij, aut Martis, nā indicat quòd amputabitur sibi aliquod membrum, & aduersa in oculis, & grauedo erit secundum naturam signi, & domus in qua fuerit.

Et si fuerit in angulo, erit de natura illius anguli, sed fortius, & magis manifestum. Et si in succedentibus, similiter erit secundum naturā domus, sed leuius erit. Et si in cadentem domum, erit minus, & leuius, & qualescunq; fuerit signum, similiter erit damnū de natura illius signi, quia si regale signum, erit à regibus, si humanum, à latronibus, & sic de singulis. Considera etiam status planetarum in duobus temporibus natalis, & reuolutionis, & eos misce.

¶ Sol dominus anni.



SOL cum fuerit dominus signi reuolutionis anni, erit illo anno iudicandum secundum statum domini illius signi in quo fuerit diuisio in tempore significatoris, aut Sol sit ipse significator in natali uitæ nati, aut alius planeta, & erit cum eo particeps in diuisione planeta, qui Leonem in natali & reuolutione habuerit, & planeta cui Sol dederit uirtutem. Et similiter ille qui in Leone fuerit in radice, & reuolutione, qui uirtutem suam dederit Soli. Et tunc considera ubi sit Sol, & ab eo sume testimonium, cum altero planeta. Et si dominus signi in quo fuerit diuisio, Soli uirtutem dederit, tunc Solis potentia adimpletur, & affirmatur eius dominium illo anno, unde quando fuerit hoc modo, & sit in bono statu, domo uel exaltatione, aut signo sibi conuenienti, & sit receptus, & supra terram, & in angulo primæ, uel decimæ, indicat adherere regi, uel magnis dominis, & erit positus in dignitate magna, & crescet honor, & fortuna nati in omnibus, & patri, & fratribus bonum statum. Et si fuerit in quarta, uel septima, indicat amicorum profectum, & filiorum lætitiā, & magisteria nati bene succedent. Et si sit in tertia, uel nona, significat legum scientiam, itinera utilia, deorum præmia, fratrum lætitiā, & natum uera somniare, & si in secunda, uel octaua, modicum laborem, lucrum sine anxietate, & parce uiuet.

Iupiter si Solem aspexerit bene, aut Venus applicauerit ei in bono statu cum Ioue in ambobus temporibus, sensus, & sapientiæ augmenta significat, somnia uera, certior erit in suis factis. Venus si iuncta fuerit Soli, & sit occidentalis in reuolutione nocturna, aut orientalis in diurna, dummodo sit extra radios, significat habere à regibus, & filijs bona ex quibus lærabitur, bonam famam, & gaudia ex rebus Venereis. Mercurius si ambobus temporibus Soli coniunctus, & sit remotus à combustione

bustione, siue orientalis, siue occidentalis, indicat natum habere dominium supra hominum societatem, & augmenta sapientiae, & ex rebus Mercurialibus lucra.

Luna si eum aspexerit, in ambobus temporibus bono aspectu, aut ex quadrato, & ambo sint in bono statu, indicat foelicitatis augmenta. In filijs etiam, & dignitatibus, & ab omnibus laudari, & si ex opposito, habebit multos aduersarios, litigijs, sed erit uictor in omnibus. Et si sit cum Sole iuncta tamen per sex gradus distans ab radijs, indicat sui status meliorationem, in principio tamen tristitiam, sed postea finis laudabilis erit. Et si fuerit sub radijs, & alijs in bono statu, intro mittet se in malis operibus, sed euadet ab omnibus periculis.

Quando aliquis planeta fuerit in corde Solis, & fortunatus, significat bonum secundum naturam talis planetae. Si autem sit in malo statu, damna, & labores nato euenient.

Sol dominus anni in malo statu, aut per casum ab angulo, uel cum Cauda, aut per eclipsim, uel aliud infortunium, indicat damna omnium earum rerum quas diximus, quae perpendes secundum signi proprietatem in quo fuerit, & naturam domus in qua erit.

Et quando aliquis planeta fuerit iunctus cum Sole, aut eum aspexerit, ipso existente in malo statu, significat damna secundum significationem illius planetae, ut Venus in coniugio, & suis significatis, si Mercurius per scripturas, nuncios, negotiationesq.

Et quando Sol infortunatus fuerit in aliquo planetarum malorum, significat damna, malas ualitudines, uulneraq, secundum naturam planetae infortunatis, & signi, & domus, in quibus fuerit in ambobus temporibus.

Venus domina anni.



VENUS domina anni in bono statu, & fortis, indicat laetitiam, uestes, donationes, gaudia, amicorum commoda, lucraq, mulierum concubitus appetentiã, & si in aliqua suarum dignitatũ fuerit, erunt haec a partibus notis, in quibus spem habebit, maxime si fortunantes bene aspexerint. Et si in locis extraneis, erunt haec ab extraneis, & rebus non speratis. Et si fuerit extra angulos, indicat bonum, & laetitiam, in rebus quae fuerint de natura domus in qua fuerit, & secundum statum quem habuerit ad ascendens, erit suum posse, & debilitas in suis significationibus, excepto quod non erunt ex bona parte, nec leuiter id fiet, nec benigne

Jupiter si iunxerit se cum ea, & in utrisq, temporibus in undecima domo, & ibi sit pars fortunae, uel eius dominus, & Luna sit iuncta cum hijs, uel aspiciens eos bono aspectu, & maxime ex undecima, significat nato quietum statũ, & foelicitatem in omnibus rebus quas optauerit, idq, fore a diuersis partibus.

Mercurius si Veneri iunctus fuerit, in utrisq, temporibus, uel eam aspexerit ex sextili, & ambo in bono statu, significat hilaritatem, ludos, filiorum gaudia conuersari cum his mulieribus quae cantu delectentur, lucrari in ludo, sciet secreta hominum, & forte iter breue faciet.

Luna si Venerẽ aspexerit bono aspectu, aut quadrato, & fuerit in utrisq, temporibus in bono statu indicat alacritatem, gaudia, concubitus mulierum, augmenta substantiae, itinera bona, sed erunt nato tristitiae ex parte coniugij, & nati mater erit in bono statu. Et si ex opposito aspexerit, erũt ei impedimenta, contemptiones ex parte mulierum, uel filiorum, & diuersarum rerum, quae mala cito finientur. Et si in ambobus temporibus cum ea iuncta fuerit, significat morum augmenta, appe

tere Venerem, & mulierum incognitarum prius, quas postea abhorrebit, & ab his malum.

Venus domina anni in malo statu, indicat tristitiam, penuriam uictus memores, & anxiam mulierum causa, amicorumq; & filiorum, & in omnibus his, quae per Venerem significantur.

Saturnus si Venerem infortunauerit, erunt nato dolores ex frigido, paralisis, & in his quae sunt de natura Saturni, Sin retrogradus peiora erunt.

Mars si Venerem infortunauerit, dic cholericas ualitudines, & impedimenta, uulnera, cum coniuge litigia. Quod si Mars fuerit retrogradus, haec omnia grauiora contingent.

Venerem ut praedicitur damnata, si Luua & Mercurius se illi associauerint, uel eam aspexerint in quouis duorum temporum damnati, significat damna in his omnibus in quibus fortunata bonum significauit. Et si se aspexerint bono aspectu, indicat fore bonam nati famam, sed luxus, & cogitationes Venereas, & damna in his quae aget, secundum signorum naturam, & domus in qua fuerit. Et misce cum his significationes Veneris domus in qua dominium habet, in natali, & reuolutione.

Venus si applicuerit ad locum radice, indicat natum ualde amare suam mulierem, aut puerum, & hoc secundum naturam signi illius domus, quia si masculinum, diligit puerum, si foemininum, mulierem, si commune, utrumq;.

¶ Mercurius dominus anni.



MERCURIUS quando fuerit reuolutionis dominus, in bono statu, ut de alijs diximus, in prima uel decima, significat quod per literas, aut negotiationes natus perueniet ad diuitias, seruiendo regi, & eius facta administrabit.

Et si fuerit in septima, uel quarta, erit ei bonum coniugij causa, & haereditatum, & aderunt ei contradictores.

Et si eum ambae stellae fortunantes fortificauerint, uel ipsorum altera, bonum illud erit firmitus, & lucrum ualidius.

Et si fuerit in alijs figurae locis saluus ab infortunis, & non in angulis, & fortunatus a bonis planetis, gaudia significat nato in rebus quae fuerint de natura illius signi, & eius proprietate, quia si in quinta, uel undecima domo, associabitur nobilibus, & spes erunt ratae, iactabiturq; ex causa filiorum, & ex mercatura lucrum habebit.

Et si in tertia, uel nona, in his erit utile, quae per has domus significantur. Et sic de reliquis secundum quod diximus in alijs, per reliquas domus &c.

Luna si Mercurium bene aspexerit, in utroque temporibus, & sit bene fortunata, bona significat nati negocia, & bonum intellectum.

Et si aspectus fuerit ex quadrato sinistro, & Mercurius supra lumina eleuatus, dic sensus meliorationem, sed tristitiam ex hominum societate.

Et si fuerit ex quadrato dextro, & Luna supra Mercurium eleuata, non erit stabilis in agendis, & in his sollicitudo inerit.

Et si ex opposito, erit odio omnibus, qui etiam sibi aduersabuntur, sed tamen natus erit uictor.

Et si in ambobus temporibus fuerit illi iunctus, indicat matris bonum statum, natus erit bonae cogitationis, & consilij, sed associabitur uilibus hominibus.

Mercurius si fuerit in malo statu, & infortunatus, combustusq; significat damna, sensus inuolutionem, molestias filiorum moerorem, & seruis aut scribis damna
ex mer

ex mercatura, & in omnibus dat contrarium eius quando fuerit bene fortunatus, secundum signi & domus proprietatem, & partis substantiæ, uel filiorum.

Mars si Mercurium infortunauerit, eo existente in sexta domo, significat acutas febres, & ignis impedimenta. Et si sit in secunda, uel duodecima, significat inimicorum molestias, uulnera, & carcerem, & dic omnia mala cum Mercurius fuerit infortunatus, aut quando fuerint ambo sub radijs Solis, nam significat natum occidi, uel igne cremari.

Et si Mercurius fuerit sub radijs, & Mars in decima domo, natus erit in angustijs dari carceris, & obscuri.

Et si pars fortunæ, & eius dominus ambo per Martem infortunentur, uel per combustionem, erit illud infortunium deterius.

Saturnus si fuerit cum Mercurio ita male disposito, erit damnum per uenena, carcerem malum, ægritudines Saturninas, dolores iuncturarum, maxime si sit ex quadrato, uel opposito.

Dixit Hermes unus ex antiquissimis. Maius infortunium Mercurij est, quando inter ipsum & Sol em fuerint duodecim gradus à parte orientis, & sexdecim, uel septedecim à parte occidentis, quia sic in hoc statu infortunabitur per coniunctionem, aut per malos infortunantiũ aspectus, multiplicabuntur nati infortunia illo anno,

¶ Luna domina anni.



LVNA cum fuerit reuolutionis domina, erit iudicium secundum statum diuisionis, reuolutionis, & domini signi in quo diuisio significatoris cadet, & participat in significato cum his planeta qui fuerit in radice uel reuolutione in Cancro, & similiter cui Luna applicuerit, donec fuerit in signo in quo est. At si in eodem signo multis applicuerit, diuide annum per illos planetas equaliter, dando cuiuslibet suam partem illius anni, iudicando quamlibet partem in Luna, secundum malum, uel bonum statum illius planetæ cui Luna applicat, si bonus fuerit uel malus. Et si Luna fuerit cursu uacua, significatio illius anni erit à domino domus suæ, & misce cum eo Lunam in illa significatione. Et si Luna fuerit in bono statu, & libera, dic bonum in omnibus quæ sunt de partitione Lunæ. Si uero sit damnata, dic contrarium, matrisq; ualetudines, & malum statum corporis nati.

Aspice ad signum Lunę in reuolutione, quia posse illius signi est æquale ascendenti reuolutionis, & ubicunq; sit, si sit recepta à planeta fortunante, spes illius nati erunt rata. Si non recepta, contra fiet. Et si fuerit uacua cursu in illo signo, sume significationem à domino domus suæ, & dic secundum proprietatem Lunæ, domus, & signi in quibus fuerit. Nam si Saturnus erit, nato erit lucrum per senes, possessiones, & loca aquea. Si Iupiter, per reges, & nobiles, & bonam famam. Si Mars sit dominus domus Lunæ in die, & in decima, damna per bestias, grauitatemq; per magisteria, & reges, uel sanguinis effusionem.

Post hoc aspice singulis annis ad dominum signi in quo fuerit, & ad dominum applicationis, siue sit Luna, uel alius planeta, & da sibi partem in significatione, & misce significata sua cum significationibus domini applicationis.

Et quando aliquis planeta fuerit eleuatus supra dominum anni, in suo Dodecatemorio, da illi suam significationem secundum naturam domus in qua fuerit, & suemet domus. Quia si fuerit Iupiter dominus anni, & Sol eleuatus supra eum, significat itinera, & si in bono sit statu, erunt bona, si uero in malo, dic contrarium.

Saturnus quando eleuatus fuerit supra Solem, & sit in decima, damnans eum & Sol fuerit in domo inimicorum, significat damna per motus & itinera, fugam, carcerem & litigia.

Et si Luna infortunata fuerit per quadraturam Saturni in reuolutione, dic malas ualeitudines, inimicos potentes, patrimonij amissionem, mœroremq; ex filio. Et si cum hoc fuerit in signo fœminino, erit suæ uxori odio, & illi molestus.

Et si Luna per oppositionem Saturnum infortunauerit, accident patri occultę ægritudines, dolores in membris absconsis, & damnabit natus substantiam patris ex suis malis moribus, angustias & uictus egestatem.

Et si ambo fuerint in signis quadrupedum, erit damnum per bestias. Si in humanis, per homines, & sic de cæteris.

Aspice in Reuolutionibus annorum & mensium ad statum Saturni cum Luna, ita quòd Saturnus eam non recipiat, nec accipiat fortunam eius, Et hoc est, quando se aspiciunt, & Luna sit in suo tardiori motu, & Saturnus in suo leuiori, quia tunc erit Luna magis remota quàm esse possit. Tunc enim accipit & destruit totam fortunam Lunæ, & hoc maius est infortunium Lunę quod esse possit.

Aspice etiam ad Lunæ motum in toto anno, & quadie Luna locum radicis aspexerit bono aspectu, si fuerit tunc cum stella fortunante, dic bonum & negotiorum celeritatem. Et si fuerit infortunata, contrarium dicito. Nam bonũ & malum erit secundum naturam planetæ, cum quo Luna iuncta fuerit, & secundum hoc profer tua iudicia, & non errabis.

Dominus anni in aliquo angulorum infortunatus, absq; infortunantis receptione, significat anxietates, labores, pœnas, & amissiones multas. Si autem fuerit remotus ab angulis, damnum hoc erit minus.

Dominus anni infortunatus, & dominus radicis etiam retrogradus, uel combustus, & Luna similiter infortunata absq; receptione, significat quòd natus seipsum interficiet, aut committet rem propter quam occidetur, uel propter quam magnum damnum & grauitatem recipiet, maxime si fortunæ remotæ fuerint & cadentes ab eo.

Dominus anni combustus, significat impedimenta, & anxietates, & fortes dolores de natura illius planetæ, qui fuerit dominus anni, commixta cum natura Solis.

Dominum anni considera in quo signo, & in quam domum cadit, & cum quo planetarum participat in dominio temporis. Quia si Saturnus fuerit ut puta in Cancro, augeat humiditates multas, sputi facit abundantiam, maxime si Saturnus fuerit in radijs Martis. Et si Saturnus fuerit in quinta, tristitias promittit, ex parte filiorum, uel occasione significatorum quintę domus, & sic de alijs suo modo.

De

¶ De profectio[n]um partis fortunæ,
secundæq[ue] domus decretis.

PARTIS fortunæ, ac secundæ domus profectio[n]es ubi ad primam domum peruenerint, tunc est aptum rei operam dare, & facultates au- gere. Tunc & insperata obtingent bona. Quidquid tunc agere inci- p[er]iet, prosperum fortietur exitum, maxime earum rerum, cumq[ue] ijs ho- minibus quorum commendationem signum Ascendentis in genesi, illiusq[ue] dominus acceperit, quæ fœlicitas etiam illius in stellæ peculiari die, ac hora intendetur, cumq[ue] signum illud ab ortu ascendet. Quo loco sciendum fortunam propriam singularum domorum maxime respondere stellæ dominatrici domus, deq[ue] illius natura, earumq[ue] rerum, eorumq[ue] homin[um] quorum commendationem habet, existere.

Vbi ad secundam, accedit bonum, & lucrum speratum. Tunc cum euidenti fructu mercabuntur, uendentq[ue], ac domesticam rem augebunt.

Cum ad tertiam, tum aliquid commodi sentiemus à consanguineis, fratribus, sororibus, comitibus.

Cum ad quartam, expectandum bonum à parentibus, occultis sub terra re- bus, à fructibus, & agricultura, hereditatibus, metallis, mercatibus, possessionū usu, piscinis, & aquis.

Cum ad quintam, liberi utilitati, ac uoluptati fiunt, utiles amici, fertile solum, fructuosæ arbores, negotiationes scripturæ, uestium, librorum exercendæ, speran- dum bonum à cibo, medicina, amoribus.

Cum ad sextam, lucrum fit de captiuis famulis, ancillis pecore, suis, capris, apibus, & si quid est in re nostra uile, ac inane.

Cum ad septimam, promittitur commodum ab uxore, ab ætate prouectis mu- lieribus, à litibus, & iure, ab hostibus, & inimicis.

Cum ad octauam, hereditates decernuntur, & lucrum uxorium. Hoc tempo- re custodiamus nostras domus, ac res cum diligentia, impendet enim periculum à furibus, & prædonibus. Non detur tunc pecunia mutuo, non deponatur, uix ea- nim quicq[ue] recipi poterit.

Cum ad nonam, utiliter fient longiuscula itinera, bonum aliquod obueniet à longinquis locis, ab artibus, ab Ecclesiæ primatibus, atq[ue] illis omnibus, quorū com- mendationem signum domus nonæ habuerit.

Cum ad decimam, beneficia principum speranda, lucrum artium, & professi- onis, & functionis.

Cum ad undecimam, bonum ab amicis expectandum. Tunc lucrosæ erunt negotiationes, fœliciter pecunia tunc mutuabitur. Hoc optimum est tempus peten- dæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à principibus.

Cum uero ad duodecimam, proderunt captiui, & mala facinora, equi, boues, asini, & huiusmodi animalia, Sed tamē ferē aliqd de fortunis minuitur ut, aut clam, maxime si Saturnus, uel Mars hanc domum in genesi possederint, aut signi illius domini fuerint.

De stelo

De stellarum dominantium signis partis fortunæ
& secundæ domus decretis.



VM Saturno cesserit dominiū profectiōis annuæ partis fortunæ, uel secundæ domus, & cum profectio hæc fortunatum locū tenuerit, aut in secundas Saturni configurationes inciderit, promittuntur tum possessionum augmenta, hæreditates, thesauri, metalla, fœcundum solum & agriculturæ opes. Sed eadem profectio in loco infortunato, aut Saturni coniunctione, eiusdemue opposita, uel quadrata configuratione, significat auiditatē & solitudinē in augenda re, faciēq; illiberales, parcosq; nec tamen cum successu, aut enim facultates non augebūt, aut si auxerint, aliqua calamitate amittent.

Iupiter harum profectiōum dominator, cumq; hæc in fortunatis locis ceciderint, aut ad Iouem accesserint, uel cū illo configuratę fuerit, bona facultatesq; auget munificentia Regum & principum, ac nobilium, promittuntq; omnium rerū profectus, potissimum autem à primatibus ecclesiæ beneficia. Sed si profectiōes hæc forte inciderint in loca infortunata, tunc uel bonum ipsum ostensum non tribuitur, aut etiā damnum fit & dispendium, incuria, aut mercaturæ incommodis, aut etiā prodigalitate, & temerarijs impensis.

Vbi Mars dominium sortitus fuerit harum profectiōum, ipsaq; fortunatis in locis, aut cum configurationibus secundis illius repertæ fuerint, decernitur fortunæ belli & pugnarum, principatus ordinum militarium, lucrum armorum, equorum, & rutilantium ac bellicarum rerum, nec non Chemiæ, & quicquid igne elaboratur. Sed cum hæc profectiōes uel infortunata in loca, uel coniunctionē Martis, ad uersasue configurationes illius incurrerint, contraria omnia sentientur, tum & damna dabuntur à flammis, prædonibus, furibus, mendacibus, hostibus, & occasiōibus alijs Martialibus.

Cum Sol dominus fuerit harum profectiōum, cumq; illæ fuerint fortunatis in domibus, aut ad secundas peruenerint Solis cōfigurationes, significat regia beneficia, & facultatum iucrementa, benignitate principum, promittit & aurimetallum, & successum in Chemiæ, & operibus omnibus quæ ad ignem fiunt. Sed cum inciderint in loca infortunata, aut peruenerint ad Solis cōiunctionē oppositamue, aut quadratam cōfigurationem, tum uero à regibus & principibus malum uisq; afferetur, eripienturq; bona, facultates minuentur, Chemiæ spem omnem frustrabitur, neq; omnium operum quicquam utiliter ad ignem fiet.

Veneris, cum fuerit harum profectiōum dominium, cumq; ipsæ ceciderint in figura natiuitatis fœliciter, aut ad coniunctionē configurationesue Veneris peruenerint, tum familiaris res augebitur lucris muliebribus, uestibus, aromatis, coloribus exoticis, preciosis mercibus. Quæ tamen his rationibus pepercit aliquis, contumeliosè libenter in usus uoluptuarios epularū, & Veneris impendet. Hæ autem profectiōes in locis infortunatis repertæ, decernunt iisdem ex rebus, quas supra memorauius detrimenta ac malum.

Si Mercurius fuerit administrationem harum profectiōum adeptus, ipsaq; inuentæ fœlicibus in locis geneseos, aut Mercurij configurationibus, spem faciunt lucrosarum mercaturarū, spondentq; emulomenta fori, scripturarum, rationum, itinerum, artium & ingenij, & ferè uniuersæ rei pecuniariæ. Sed si profectiōes in loca infœlicia inciderint, tum metuendum malū ab ijs rebus illorumq; hominum genere, de quo diximus, & quod Mercurius commendatum habet.

Luna uero cum fuerit profectiōum harum dominatrix, ipsaq; profectiōes repertæ in domo fœlicis geneseos, cumq; ad Lunam ipsiusq; configurationes peruenerint, pollicētur lucra quæstumq; ex itineribus, mulieribus, aquis, & aquaticis locis,
ac

ac omnibus rebus quarum Luna commendationem sortita est, metallis argenti, inq̄ repentinis negotijs. Si autem in loca infœlicia hæ profectioes ceciderint, ex iisdem rebus subita damna significantur.

Non etiam ignorandum harũ profectioum partis fortunæ, & domus undecimæ fœlicia significata ualde intendi, si cum Capite fuerint, aduersa uero si cū Cauda. Itaq̄ his cum Capite nihil fœlicius est, cum Cauda, nihil infœlicius.

¶ De profectioum Mediꝝ cœli, & Solis significatis.



VM hæc profectio peruenerit ad primam domum, tum promittitur fortuna munerum, & functionum publicarum, artificiorum, imperij, accessionesq̄ amicitiarum, gloriæq̄, ac dignitatis amplitudo. Sicq̄ genelis figura decreuerit, ubi quis hoc ipso tempore priuatus adhuc fuerit, magistratum, præfecturam uel adipiscetur, neq̄ ambitione, neq̄ labore ullo suo.

Cum ad secundam, experientur fortunam præfecturarum, benignitatemq̄ regum, ac principum, & artificiorum.

Cum ad tertiam, mediocris fortuna conditionis, & profefsionis decernitur. Magis tamen metuendum malum, quàm sperandum bonum, uidentur tunc orbi futuri patribus, aut amiffuri consanguineos.

Cum ad quartam, nihil nisi aduersum expectetur dignitati, & honoribus, tum infamia, & parentum odium timendum, & afflictio metuenda à principibus.

Cum ad quintam, tum uersabuntur cum liberis libenter, & ex illis aliquam capient uoluptatem, ac fructum, amicitias colent, Sed & libidini indulgebunt, quo fiet ut suæ dignitatis, ac loci immemores, damnum flagitiumq̄ faciant.

Cum ad sextam, tempus prosperum & secundum, faciendis quibuscunq̄ rebus, negocijs gerendis, familiæ, iumentorumq̄ usui, sed dignitatis, famæ, profefsionisq̄ detrimenta, tum labefactionem sentient.

Cum ad septimam, tum famæ, profefsionis, dignitatis, honorum, gloriæ speranda amplificatio. Tum & amore implicabuntur nobilium, & splendidioris, quàm suum sit generis mulierum. Amittent autem morte patres, consanguineos uel.

Cum ad octauam, animi erunt tristes, solliciti, anxij, metuenda infamia, & aduersa fortuna, dignitati, ac profefsioni, infamia, obretractio, deniq̄ omnium rerum difficultas, & detrimenta.

Cum ad nonam, tum longa portenduntur itinera, quorum faciendorum causam occasionemq̄ prebeat dignitas, profefsio, & magistrum. Tum externis innolescent, cumq̄ illis utiles, & fructuosas iungent amicitias.

Cum ad decimam, fœlicissimus status promittitur dignitati, profefsioni, famæ, muneri quo quisq̄ fungitur. Tum res meliores faciunt regum, principumq̄ munificentia, suaq̄ uirtute nouum splendorem consequuntur.

Cum ad undecimam, tum congregant redditus profefsionum, & munerum, & principalium beneficiorum, sed & benefici erga suos tunc esse solent.

Cum uero ad duodecimam, aliquiddamni facient quod à regibus, & principibus detur, aut profefsionis, honorum uel detrimenta sentient, aut principum amittent benignitatem, aut obretractationibus, inuidia, maledicentia prementur, tum & consanguinei, aut amici morte eripiuntur.

h Dedo

De dominatrice profectiois stella Medij cœli, deq̄
significatis configurationum illius.



VM Saturno dominium profectiois huius, ipsaq̄ profectio inciderit in domum fortunatam geneleos, aut ad secundas configurationes Saturni peruenerit, decernitur animi acrimonia, diligens cogitatio, cura rerum gerendarum, sedulitas in exercendis artibus, ac studijs, cū emolumento tum nostro argenti fodinas ararias scrutabimus, studijs coniungemur, agriculturę studebimus. Sed hæc profectio si fuerit in sexta, septima, octa, duodecima uē domo geneleos, siue ad Saturnum, oppositum uē, ac quadratam configurationem accesserit, omnibus in rebus tum damna, & aduersitates sentient quę ad dignitatem, famam, profefsionemq̄ pertinent, tum & animi inertes, segnes, & inimici senes, & agricolę erunt.

Sed Iupiter ubi dominus fuerit huius profectiois, ipsaq̄ in loca fortunata, aut configurationes Iouiales inciderit, tum foelicitatem experientur, & prosperos successus artium, studiorum, & dignitatis incrementa, tum si quis forte priuatus fuerit, ad honores perueniet, gratus erit primatibus Ecclesię, & nobilibus, et ab his beneficijs afficietur. Sed in locis infortunatis reperta hæc profectio, contraria omnia à Iouialibus decernit, à quibus imposturę, et simulationum damna infligantur.

Mars dominator huius profectiois, ipsaq̄ reperta in locis fortunatis, secundę configurationibus Martis, excitat animos, et elatos reddit, confidentesq̄ in rebus gerendis. Tum quod edicent nemo contemnet, Chemiã, operibusq̄ quę ad ignem fiunt studebunt, necnon metallicis negocijs, cum lucro. Sed eadem profectio in locis infortunatis inuenta, aut cum Marte, illius uē opposita, ac quadrata configuratione, minatur odia, inuidiam, calumnias, inimicitias, publica munera administrantibus. Tum & damna metuenda quę afferant prædones, aut incendia rij. Tum & periculum impendet, adeptiois honoris, & dignitatis imminutio.

Sol cum dominium huius profectiois, et ipsa foelicibus in locis geneleos constituta fuerit, aut ad Solis secundas accesserit configurationes, tum benignitatem, & munificentiam sentient regum, ac principum, honoribus, et dignitate præditi, tum magnis, et arduis negotijs occupabuntur, cum gloria, et utilitate. Si quis tum priuatus fuerit, non magno labore, honores consequetur. Sed in loca infœlicia, aut Solis coniunctionem, oppositam uē, ac quadratam configurationem si inciderit, tū diuersum pronuncianum. Nam et ab eo hominum genere cuius Sol commendationem accepit, damnis, malisq̄ afficientur, aut spoliabuntur honoribus, & dignitate.

Vbi Veneris erit dominium huius profectiois, ipsaq̄ foeliciter in genesi ceciderit, aut peruenerit ad Venereas configurationes, dignitatis, et honoris bonis placide fruuntur, mulierum beneficio, & opera, uel tamen mulierũ negocijs dabit operam. Si quis tunc priuatus fuerit, mulierum, Venerisq̄ beneficio, ac opera honores consequetur. Sed in locis infœlicibus profectio reperta à Veneris damna, malisq̄ denunciatur.

Mercurius dominator profectiois Medij cœli, cumq̄ hæc profectio foeliciter in genitura ceciderit, aut ad configurationes Mercuriales accesserit, tum in honoribus, muneribusq̄ publicis gerendis gnauiter uersabuntur, unde laudem, & famam consequentur. Si quis tum priuatus fuerit, facile ingenij sui uiribus ad honores perueniet. Sed infœlicibus in locis geneleos hæc profectio reperta, multa excipit maledicta, obrectationes, inuidiam, aduersitates fungentibus publicis muneribus, quorum fere omnium auctores sint scribæ, mercatores, & Mercurialis conditionis homines profefsione de sua, damnis tamen citius q̄ commodis afficiuntur. Sed si

Sed si Luna gubernationem susceperit huius profectiois, & ipsa foelicibus in locis geniturae, aut Lunaribus configurationibus inuenta fuerit, tunc erunt in administrationibus, ac profefsionibus uarij, ac instabiles, multas res publicas gerendas, praesertim muliebres capessent. Sed infortunata loca profectio si haec tenuerit, multa contraria obijciuntur fungentibus muneribus publicis, in quibus administrandis molestias non uniusmodi sustinebunt, quarum causa manabit potissimum a populi & uulgi temeritate.

CAPVT OCTAVVM.

¶ De Arabum temporum gubernatoribus, seu de Alfridarijs planetarum.

¶ Alfridaria Solis.



ALFRIDARIA Solis in genitura diurna uitam nati gubernans, insinuat quod ita genitus optime nutrietur, nutritione quidem honorata, regali, & multum boni habebunt parentes ipsius, excepto quod accident eis in primo & secundo mense tristitia, & grauitates, attamen remouebitur illud, & reuertetur ad laetitiam, & gaudium. Per noctem uero significat, quod natus ita bonum habebit a regibus, ac nobilibus, habebit laudem & honorē praeter ceteris consanguineis suis, & opes, seu diuitias, laetitiae, ac gaudia sua crescēt. Sed si Alfridaria Solis acciderit in sua senectute, quod accidere potest in sua senectute in diurna genitura, postquam transierit annos 75, significat quod laetabitur cum socijs & filijs suis, habebit fortunā bonā, uitā completā, & quietā. Et si Sol in radice natiuitatis fuerit in exaltatione sua, uel termino Iouis, uel finibus Veneris, & habuerit in radice significatiōes fortunę, significat quod erit ueridicus, & legalis socijs suis, fidelis, & honoratus, euadet a molestijs, ac rixis, crescet in sensu, modestia, & intellectu, dabit alijs bona consilia, & homines in suis negocijs, aut eorū causis petent ab eo consiliū, eius dicta auscultabuntur, & recipiuntur, habebit potentiam praecipuam in ciuitate sua, aut familia, ac multum boni faciet genti suae, habebit fortunam, & lucrum, oblectabitur lapidibus preciosis, habebit munera regum ubicunque fuerit, erit honoratus, diliget eum primates, associabitur uiris nobilibus, habebit in terris dominium aliquod, plantabit arbores, aut copulabitur filiis habiturus, uel habebunt has fortunas, & honorē sui parentes, aut bonū perueniet ipsi, & parentibus. Et si Sol non fuerit fortunatus, debilitabitur significatio eius. Si uero planeta orientalis eum irradiauerit, laetam sortem nato praestabit.

Sol, Venus per diē, significat quod natus augebitur in suo uestitu, amabit parentes, & ipsi diliget eum, uxorabitur si fuerit idoneus, & habuerit significatiōem in natiuitate quod debeat uxorari, forte faciet iter, aut aliquis ex consanguineis suis ducet eum in aliquod iter, accidet ei infirmitas in loco abscondito corporis. Per noctem uero significat quod exibat de anxietate si quam habuerit, augebitur in diuitijs, laetabitur de uxore, & filijs, faciet res formosas, aut emet haereditates, bonū, & elemosinas faciet pauperibus, faciet itinera lucrifera, & honorata, forsitan religionis gratia, accidet ei infirmitates in partibus obscenis.

Sol, Mercurius, intromittet se de uarijs negocijs, aliquis ex consanguineis suis faciet sibi malum & molestiam, cadet ab alto, siue equo, uentris dolore cruciabitur, sed cito sanabitur, accidet ei tristitia & labores, in mercibus perdet, & minuentur lucra ipsius. Si uero natiuitas fuerit nocturna, multa faciet dispendia, causas habebit ex falsis testibus, cadet ab alto, accidet ei dolores emoroydarum, & ab eis sanabitur.

Sol, Luna, faciet aliqua facta, quae sibi reuertentur ad damnum, ex furto, &

rapinis damna sentiet in suis rebus, uersabitur in locis aqueis, & humidis, aut faciet itinera per aquas, accident sibi infirmitates in oculis, & capite. Et si natiuitas fuerit nocturna, natus exponet se periculis, & rebus quæ sibi non sunt necessariae, nec ad eum pertinent, multa affluent lucra, crescent reditus sui, habebit lucrum in occulto, intromittet se de mercantijs, & fortasse maritimis, & in eis infortunabitur, associabitur nobiles, & altis hominibus, multos habebit amicos, & socios, ad agrorum culturam, & ædificia procliuior, capitis dolore cruciabitur, & fortasse tumor in eo, in calce huius diuisionis.

Sol, Saturnus, accident ei tristitia, & grauitates de societate domus suæ, atq; infirmitas in corpore suo absconsa, & in oculis aliquid sinistri, uel impedimenta per ignem, aut per aquam calidam, sed euadet ab omnibus hisce periculis, faciet longa itinera, & accident ei molestia, & pericula in aquis. Et si natiuitas fuerit nocturna, habebit iurgia pro societate domus suæ, uel cum eis, habebit infirmitatē in oculis, siue ophtalmiā, & infirmitates, & dolores in uentre, sed facile euadet, arripiet quocq; longa itinera, intromittet se de mercibus forsitan maritimis, accident ei pericula, grauitates, & damna per aquam, siue itinera aquea, aut ex aqua, & igne iacturas patietur propter commixtionem Saturni cum natura Solis.

Sol, Iupiter, augebitur in ualore, diuitijs, & uestibus, diliget eum consanguinei sui, & facient ei bonum, sed forte cadet ab alto. Sed si natiuitas fuerit nocturna, crescet eius potentia in precio, ualore, nobilitate, & fortuna sua, habebit dominium, & uictoriam super inimicos suos, & eos perfundabit, intromittet se de agricultura, euenient ei iucra sine labore. Sed circa finē huius diuisionis cadet ab alto, siue equo.

Sol, Mars, mutabitur de uno statu in alterum, faciet itinera, & forte uxorabitur, accident ei molestia ex morfu canis, aut ictu animalis, uel casu, aut ex percussione, propter quam exibat sanguis de corpore suo. Et peius quod erit in significatione hac, erit in quatuor primis mensibus diuisionis istius. Sed si natiuitas nocturna fuerit, mutabitur de uno statu in alterum, & de uno magisterio in aliud, faciet itinera, & uarijs laboribus cruciabitur, faciet iniustitiam hominibus, & habebit iurgia cum eis, & ob hoc accident ei molestia, & incisio ferri, ac morsus canis, uel alterius animalis, aut infirmabitur spacio 9 dierum, siue 15, aut 19, postmodum sanabitur.

¶ Alfridaria Veneris.



VENERIS Alfridaria insinuat quod natus erit ad letitias, & gaudia procliuior, affluent ei lucra, & forte uxorabitur, & plures solito pascet seruos, & pedilequas. Sed si natiuitas diurna fuerit, habebit multa gaudia, & lætities gaudebit cum muliere sua, uel uxorabitur cū extranea, nascetur ei filius fortunatus, desponabit filiam suā, uel aliquem ex suis alumnis, mulieri copulabit, aut ancillā uiro, intromittet se de seminando, aut plantando, augebitur eius substantia, & forte cumulabit thesauros, uincet inimicos suos, amicitiam habebit cum nobiles, & dignitatem magnam, à regibus honorem, & uestimenta preciosa. Et dixit Hermes quod huius diuisionis mali sunt quinque primi menses, & uiginti dies.

Venus, Mercurius, significat hac temporis intercapedine quod furabitur sibi de substantia sua, & illam perdet, accidet sibi damnum, faciet itinera, mutabitur de uno loco ad alium terrore, ne sibi accidat molestia, infirmabitur. Sed si natiuitas fuerit nocturna, multum expendet ex eo quod gubernauerat, uincetur ab inimicis suis, & conculcabunt eum, & fugiet ab eis, multæ accident ei molestie, & infirmitates in corpore suo, propter malam commestionem, aut digestionem.

Venus, Luna, natus erit in bono statu, associabitur uiris excelsis, & potentibus, & forte uxorabitur. Et si natiuitas nocturna fuerit, exibat de miseria, si fuerit in ea in

ea, incipient meliorari status, & negocia eius, habebit dominium super eius pares, congregabit pecuniam qua gaudebit. Et si non habuerit uxorem, tunc uxorabitur.

Venus, Saturnus, natus erit multum miser in hac diuisione, & sibi accident molestia fortes, mulieribus quibusdam erit infensus, ipse etiam molestiam à mulieribus recepturus. Sed si natiuitas nocturna fuerit, multas etiam tristitias, labores, & uitæ molestias habebit, morietur eius uxor, aut infirmabitur infirmitate graui, & ipse forsitan infirmabitur, habebit iurgia, rixas, & contentiones cum uxore sua, & forsitan cornua ponet ei, uel si fuerit pregnans, faciet abortum, & illa occasione forsitan morietur, & copulabitur alteri meretrici, uel seruæ, aut impregnabit eam, malum faciet filiis suis, & alienis, & prima sua mulier non durabit multum cum eo, uel infirmabitur.

Venus, Iupiter, per diem, regali nutritione nutrietur, sed pater eius habebit dominium bonum, & diuitias, & mutabitur de malo statu, & tristitia si erat in ea, ad bonam famam, si fuerit pauper, cito fiet diues, quoniam lucrabitur substantiâ, opes, & terras. Et si natus fuerit nobilis, crescet in nobilitate, quousq; perueniat ad similitudinem regis, & dominabitur ciuitatibus, & terris. Et si cum hoc Venus fuerit, cum Capite, & Iupiter in ascendente, erit rex magnus, coronatus, & præcipiet mari, & terræ.

Venus, Mars, multas habebit miserias, faciet malum fratribus, & forte uxorabitur, associabitur uiris altis, & potentibus. Et si natiuitas nocturna fuerit, multiplicabuntur eius miserias, alijs malefaciet, fratres sui, aut socij male habebunt pro eo, ex parte mulierum lætabitur, associabitur uiris potentibus, magnam famam consequetur, habebit rem cū muliere magne progeniei, aut forte uxorabitur cū ea, tamē accident ei grauitates ex parte mulierum, habebit aliquod dominium in uilla sua.

Venus, Sol, infirmabitur infirmitate grandis, & euadet ab ea, associabitur nobilibus uiris, potentibus, crescet diuitiæ eius, & uestes, etiam modestia, & doctrina, uxorabitur forte cum muliere bene morigerata. Sed si natiuitas fuerit nocturna, infirmabitur infirmitate forti, & ab ea sanabitur, augebitur in substantia, seruis, mulieribus, & societate, induetur regalibus uestimentis sericis, intrabit domos regum, pessundabit inimicos suos, copulabitur mulieri doctæ, uel quæ scit scribere. Et si Venus, aut Sol in hac diuisione fuerit anni moderatrix, & fuerit in bono statu, erit melior significatio, in nobilitate, & potētia, erit foelix, & uictor aduersariorum, habebit xenia multa. Et si Venus in hac diuisione fuerit in aliquo angulorū, in bono statu, multiplicabuntur lucra, & utilitates, associabitur regibus, & ipsorum secreta sibi committent.

¶ Alfridaria Mercurij.

MERCURIUS significat quod natus in medietate prima huius diuisionis habebit bonum, & in alia malum, & grauitates, ibit de una terra in aliam. Et quando factum fecerit de operibus, & factis suis, accidēt damnum in eo, omnia uerba, & dicta sua reuertentur in damnū, & morientur aliqui de societate sua, uel de bestijs suis, infirmabitur, & habebit modicū profectū à medicinis, & speciebus. Et si cū hoc fuerit Saturnus, in malo statu, & aspexerit Mercuriū aspectu malo, & infortunata domo, illo anno morietur, tamen si fuerit in bono statu Mercurius, minuentur hæc damna quæ diximus, & meliorabuntur.

Mercurius, & Luna, erit abundans in comedendo, & hibendo, exponet se periculis, & grauitatibus, & si emerit seruum, fugiet, aut pedissequam similiter seruitricem, & si inceperit ædificium facere, non complebitur illud. Et si fuerit uxoratus, morietur uxor, aut se diuidet ab ea. Et si non fuerit uxoratus, & desponsauerit in hac diuisione, illud coniugium non complebitur, infirmabitur infirmitate forti, aut forte cadet ab alto, & incurret pericula magna mortis.

Mercurius, Saturnus, augebitur eius substantia, sed non comedet nec bibet de ea, faciet bonum alicui, postmodum a latronibus erit sibi furata, fiet pauper, paucos habebit amicos, morietur eius uxor, ibit de una terra in aliam, accident ei graua mina, & labores in itineribus suis.

Mercurius, Iupiter, lucrabitur substantiam de diuersis terris, associabitur similibus regum, uiles homines ibunt contra eum, & litigabunt contra ipsum, euadet tamen ab eis, congregabit aurum & argentum, & forte ascendet ad magnam dignitatem, faciet ædificium nobile quo gaudebit, mendaciam diliget & mendaces, faciet magnas expensas.

Mercurius, Mars, rixabitur & litigabit cum uilibus hominibus ualentibus minus eo, nec cognitis, & recedet ab eis, ibit ad magnos uiros nobiliores eo, ibit de una arietate in aliam, euadet ab omnibus, uincet inimicos & aduersarios suos, faciet longum iter. Et si se intromiserit de mercantia, perdet in ea, Si cum aliquo ponet in societate de suo, socius ille faciet sibi prodicionem & fraudem, accidet ei molestia per carcerem, & impedimentum ignis aut per rem calidam, cadet ab alto, uel quasi, aut infirmabitur infirmitate fortis, uel de qua damnabitur complexio & cerebrum eius, & hoc tamen sanabitur. Et si hoc tempore uxorabitur, morietur uxor ipso anno, uel ueniet quasi ad mortem. Et si parentes uixerint, morietur mater, & pater capietur, uel accident ei maximæ grauitates.

Mercurius, Sol, augebuntur hilaritates ipsius, gaudia & lucra, ac ualor qualibet die, ac multiplicabuntur homines & socij eius, habebit scribanum & expanditorum rem, a Regibus & nobilibus substantias & lucra, & ab alijs qui iunguntur ei, forte morietur eius frater maior eo, si ipsum habuerit, copulabitur mulieri formosæ, habebit rem cum ea extraneo modo, uel cum uxore patris sui.

Mercurius, Venus, associabitur mulieribus, fiet remotus a uiris, diliget mulieres, & de ipsis lætabitur, limpidiabitur eius uxor, & morietur creatura. Et si non impregnabitur eius uxor, & habuerit filium, morietur, aut aliquis nutritus eius, quem tenet loco filij, morietur.

¶ Alfridaria Lunæ:



VNA, natus erit in diuersis statibus, uno in gaudio, alio in tristitia, & in diuitijs & paupertate, & habebit causas fortes & grandes cum uxore & alijs mulieribus, itinera bona & longa faciet, ascendet suo tempore in dominium & gradum altum, lucrabitur habere magnum, postmodum descendet ab illo gradu, & reuertetur in eum ad modicum tempus & in fine huius diuisionis perueniet ad gradum mediocre, & ad periculum magnum de ense, uel quod ei assimilatur, aut de carcere. Et si natiuitas nocturna fuerit, & Luna in malo statu, accident ei infirmitates & grauitates, abhorrebunt eum parentes. Et si Luna fuerit in bono statu, significat quod in hac diuisione erit sanus corpore, ac bone maneriei, & parentes sui diliget & honorabunt eum, & faciet ei bonum.

Luna, Saturnus, in hac partitione, habebit causam cum Regibus & suis similibus, in dictis suis accusabitur de mendacijs & falsitatibus, et accident ei grauamina in seruiantibus suis, uel ab eo fugient, et morientur de armento suo, exibat ab eo una pars substantiæ suæ, debitum faciet, infirmabitur magna infirmitate, forte accidet ei combustio ignis, aut incisio ferri tribus uicibus hoc tempore, uel forte morietur eius uxor si pregnans fuerit. Et si natiuitas fuerit nocturna, accidet ei scabies ex calore, sanabitur de ea, accidet ei combustio ignis, uel aquæ feruentis, similiter sanabitur, permutabitur de uno loco ad alium, ibit itinera, et accidet sibi grauitas in itinere, et aliqui ex seruiantibus suis facient sibi malum, et furati erunt ei de rebus suis.

Luna, Iupiter, significat quod in hoc tempore habebit dignitatem honoratam, lucrabitur habere uincet inimicos suos, dicet bonum de eo, eueniet ei lucra, et profectus de terris longis, & ui

& si leuium operum plantabit arbores, populabit terrā laborationis, emet seruos, & seruas, habebit gaudia multa, si habuerit debita soluet ea. Et si natiuitas nocturna fuerit, augebitur in omni re, quæ pertinet ad augmentum uestimentorum, & aliarum rerum, diligent eum parentes.

Luna, Mars, In hac diuisione accidēt ei anxietates, tristitiæ, ac grauamina magna, perdetur una pars substantiæ suæ, soluet collectas, si fecerit iter, accidet sibi grauamen in eo pro habere, ac metus, ob percussione[m] colubris, emicranæa, uel dolor medijs capitis, timor de igne, & euadet ab illo, infirmabitur infirmitate grandi, ita quod perueniet ad periculum mortis, habebit egritudinem in uisu, uel in oculis, magnum malum, & dolorem in genitalibus. Et si Luna cum hoc dominium habuerit in reuolutione anni, hæc significationes affixiores erunt, tamen meliorabitur totus status bonus, postq[ue] hæc partitio fuerit completa. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei multe infirmitates, & diuersæ in oculis, & uentre, & in membris de subtus, percussio ab aliquo reptiliū, & cōbustio ignis, uel aquæ feruētis, aut alicuius rei calidæ, erit sibi furata una pars sui habere, & aliqui ex seruientibus suis faciēt ei malū.

Luna, Sol, facit bonum hominibus, dabit de suo pro Deo extraneis, & in terris longinquis, lætabitur de quanto fecerit, & intromiserit se, habebit dominium supra homines, & dignitatem officij regis, infirmabitur ipse, & uxor eius, forte durabit eius infirmitas 30 diebus, & non plus, & postea sanabitur, & meliorabitur eius negocium primo mense huius diuisionis, excepto quod mulier eius mouebit filium suum si fuerit pregnans, & hoc primo mense diuisionis istius, & postmodū concipiet. Et si natiuitas fuerit nocturna, accidet ei infirmitas, mutabitur de uno statu in aliū, ibit itinera, lætabuntur parentes de eo, ascendet doctrina, & intellectus ipsius.

Luna, Venus, natus erit in bono statu, ac bonorū morū, sufficiens, & suspicans bonū habere, uitiosus in omni uitio corporis, & omnibus negocijs suis, lætabitur de cantu, & ornatu, & rebus odoriferis, & intromittet se multum iacere cum mulieribus, associabuntur ei uiles homines, & dicent bonum de eo, accidet ei in primo mense huius partitionis de seruis res de quibus lætabitur, ascendet in ualorē, & bonū.

Luna, Mercurius, ascendet ad dignitatē, & perdet eam, & reuertetur in illam, & hoc erit forte tribus uicibus in hac diuisione, grandes habebit causas, mendaciæ, & fallitates dicet, intromittet se de malis moribus, & de fraudibus, ac factis cooperatis, donec faciat fallitates, & fraudes societati suæ, à manibus suis exhibit una pars sue facultatis, & accidet ei metus per aquam, uel ignem, & forte hoc erit in principio huius diuisionis in primis 17 diebus, & euadet ab illo, & accidet filio eius, si habuerit, infirmitas mala ex dānatione cōplexionis, uel ex melancholia. Et si natiuitas fuerit nocturna, accidēt ei grauamina, intromittet se de fraudibus, ac moribus malis, erit nocturna, accidet ei impedimentum pro aqua, uel igne, una pars suæ substantiæ erit ei furata.

¶ Alfridaria Saturni.



S A T V R N V S significat quod natus faciet facta, quæ imputabuntur sibi ad stultitiam, & causas habebit in quibus tenebit rationes falsas, erit afflictus ratione filiorū suorū si eos habuerit, habebit magnā tristitiam, & anxietates pro eis, magis expendet q̄ lucrabitur, dissipabit habere suum, habebit lucrum de hæreditatibus mortuorum, uel debitu[m] faciet, intromittet se de rebus antiquis, accidet ei impedimentum in suo ualore, & precio, magna infirmitate infirmabitur, de qua tristitiam, & anxietatē habebit. Et si fuerit in hoc infortunatus à Marte, damnū eius maius, & fortius erit, danū habebit per ignē, & calores, aut percussione[m] ferri, uel quod ei alsimulatur, & modicū ualebunt ei medicinæ, & physica. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei grauamina, & tristitiæ multis modis, & diuersis, aut aliquis ex suis consanguineis moriet, habebit lucrum ab hæreditatibus mortuorum, erit ei furata una pars facultatis sue, infirmabitur forti infirmitate, faciet multa facta quæ sibi reuertent ad malū, & dānū, stultē faciet omnia facta sua, & pro maiori parte stabit frustra.

Saturnus, Iupiter, ornabunt eum Reges, & eorum similes, ab eis habebit lucrum, & ab alijs hominibus, mutabitur de una nobilitate in aliam, inter seruos habebit multas læticias & gaudia, infirmabitur, ibit itinera, & forte illa infirmitas & iter erunt in fine diuisionis illius. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei res de quibus habebit lucra, profectus ei uenient, associabitur hominibus benefacientibus, a quibus bonum habebit, infirmabitur, & bonum habebit in aliud, forte augebitur in seruis, uel uxorabitur, si erit aptus ad hoc.

Saturnus, Mars, erit in malo statu, euenient ei grauamina, forte cadet a fumo mo domus uel bestia, & propter hoc habebit tristitiam, anxietatem, & iurgia cum uxore sua, uel alijs mulieribus, uolent ei mala, ac ipsum uincunt homines, & conculcabunt ipsum sui hostes, infirmabitur eius uxor infirmitate forti, uel morietur.

Saturnus, Sol, augetur in precio & ualere, habebit dignitatem alcaidam in iudicando homines, lætabitur & gaudebit de domo, societate, & filijs suis, faciet itinera, infirmitatem habebit in capite præ magno tumore, dolebit ex oculis & uisu, causam habebit cum maioribus eo, & ipse uictor erit. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei multa ex significationibus istis, & statibus quos diximus, secundum quod conuenit ætati suæ.

Saturnus Venus, dicentur de eo mendacia, testabuntur testimonia falsa super eum, habebit longas & fortes causas, & euadet ab eis, lætabitur de morte inimicorum suorum, ac malo ac impedimento quod eis eueniet, accident ei magnæ infirmitates in uentre, uel in loco abscondito sui corporis, & sanabitur de eis, morietur eius uxor, aut accidet ei magnum malum uel impedimentum, & forte habebit filium in hac partitione, & si filios habuerit, infirmabitur aliquis. Et si natiuitas fuerit nocturna, accident ei ex rebus & significationibus istis quantum fuerit conueniens ætati suæ in qua fuerit.

Saturnus, Mercurius, habebit debilitatem in omni suo negotio, ibit itinera in quibus habebit grauitatem & damnū, infirmabitur eius uxor, & habebit de hoc grauamina, aut ratione mulierum, morietur aliquis ex propinquis suis, crescet fortuna ipsius, sed aliquid perdet ex ea, gaudebit de fratribus & amicis, de filijs bonum habebit, & societate sua, & de seruis, intromittet se de societate & rebus diuersis.

Saturnus, Luna, habebit tristitias, infirmabitur ipse, & sui masculi filij, & eorum aliquis morietur, erit in statu mediocri inter bonum & malum, lucrum & amissionem, ibit itinera longa in quibus opes lucrabitur, & forte in hac partitione, erit in loco extraneo, uel accidet ei hoc in fine huius partitionis, & quando de hac partitione exhibit, aggregabit magnas diuitias, & forte copulabitur alteri mulieri.

¶ Alfridaria Iouis.



IVPITER mutabitur de imo statu ad bonum, exhibit de omni grauamine ad omne bonum & gaudium, ascendet fortuna, & opes suæ, nominabitur inter Reges, dicetur de eo bonum, habebit dignitatem honoratam, & magnam. Et si Iupiter fuerit in radice, in termino suo, uel in termino Veneris, aut in aliquo signo triplicitatis suæ, quæ sunt Arietes, Leo, Sagittarius, tunc significat melius in significationibus suis, & significabit maius bonum & fortunam. Si natus fuerit alte progeniei, forte rex erit, aut habebit posse in ciuitatibus & terris, ac multos seruos & seruas habebit, uel uxorabitur cum muliere nobili, præsentabunt ei Reges xenia & diuitias, mulieres & bestias, habebit lucrum de redditibus, & alijs rebus, faciet thesauros, bonum, & elemosinas, facta nobilia. Et si cum hoc fuerit Iupiter in exaltatione sua, erunt hæ significationes plus firmiores, & maior erit fortuna.

Iupiter, Mars, erit tristis, seruiet Regi in rebus de quibus timebunt homines, tamen

tamen propter hoc eueniet sibi grauamina magna, aut metus, & labores pro diuicijs suis, ibit itinera longa, habebit angustiam ratione mulierum, habebit rem cum mulieribus malis, & forte nascetur ei filius.

Iupiter, Sol, ascendet sensus eius, erit primatus regis, augebitur eius fortuna, & opes, forte inueniet thesaurū, lucra sine labore habebit, honoratus erit ab hominibus, dominium habebit super progeniem suam, à regibus, & alijs hominibus dignitatem, ponetur custos super populum, nascetur ei filius fortunatus.

Iupiter, Venus, habebit quid uidere cum regibus, priuatus erit, in rebus suis dominium habebit, & fortunam magnam, committetur sibi thesaurus in deposito, uel inueniet thesaurum, aut habebit lucra sine labore, morientur inimici eius, & faciet itinera. Et si Iupiter in hac infortunatus fuerit à Saturno, uel Marte, aut Venus fuerit infortunata similiter ab aliquo eorum, minuetur de significationibus prædictis.

Iupiter, Mercurius, erit bonis moribus, sufferens, benignus, & stabit frustra de omni opere, ac negotio quod sit ad utilitatē eius, amici sui fugient eum, & eius fient inimici, & homines malum dicent de eo, & diffamabunt ipsum, uxorabitur, mordebit eum canis uel lupus, aut aliquod aliud animal, destruetur domus sua, uel aliqua pars eius, cadet ab alto, & deterior quàm esse possit in hac diuisione est in eius medietate.

Iupiter, Luna, ascendet in ualore, ac precio suo, dominium & dignitatem habebit in reditibus regis, habebit dignitatem, & bonum, ac utilitatē à partibus non suspectis, eius fiducia complebuntur, habebit una uice gaudiū, alia tristitiam, si fratrem habuerit ei maiorem, morietur, auferetur ei aliquid de habere suo eo inuito, faciet itinera in quibus habebit à latronibus metum, & plus quàm possit ei accidere de latronibus istis in principio huius diuisionis, donec transierit annum unum, postmodum intrabit in lætitiā, gaudium, ac bonum.

Iupiter, Saturnus, dabit de suo pauperibus, abhorrebunt eum fratres, amici, & societas sua, & fient inimici eius, faciet ei malum quod poterunt, & aliqui de suis propinquis itinera facient, nato accidet metus ex parte regum, & ex hac parte, ac ratione filiorum grauitatem habebit de habere suo, & uilipendent eum, & si aliquis mutuauerit de substantia sua non recuperabit illud, & si recuperauerit, cum labore, & post annum unum.

¶ Alfridaria Martis.



MARS erit malefactor, & prædator, accident ei labores, & causæ magnæ longæ, mouebuntur inimici eius contra eum, facient malum sibi, damnabunt eius statum aduersus reges, & magnos homines, accident ei grauamina ex parte parentum, & euadet de hoc toto, accidet ei metus, & impedimentum magnum à lupis, uel igne, aut ferro, uel aqua feruenti, aut physica, uel hominibus raptoribus. Et si seminauerit aliquod semen, damnabitur propter aquam, itinera longa faciet, infirmitatem habebit ex tumore capitis, & in oculis, & dolorem uentris, & hoc sibi durare potest, uiginti diebus, utetur in hoc physicis multum. Et si Mars in hoc fuerit in termino Iouis, uel Veneris, significat quòd eueniet ei ab inimicis suis impedimentum, & euadet ab eo.

Mars, Sol, amici & fratres abhorrebunt, & fugient eum, & ex parte regum accident ei molestiæ, erit captus ratione societatis, & forte durabit hoc 25 diebus, accidet dolor, & infirmitas sibi in locis absconditis, forte cadet à summitate domus, forte interficiet regem, aut ei similem, morietur uxor eius, damnum recipient eius filij, aut morietur ei.

Mars, Venus, diliget cantationes, lætitiās, & ludos, & intromittet se de hoc, de iacendo cum mulieribus, associabitur meretricantibus, & meretricibus, habebit placida cum uxore, ac societate cū latronibus, & bonū ab eis.

Mars, Mercurius, accidet ei labor, & grauitas, ibit extra locum suū per extraneas terras, & accidet ei tristitia, ac impedimenta ratione mandatorum, dicitur malum de eo, dabitur ei malum nomen, & uocabitur mendax, amici eius fient inimici eius, forte accidet ei occasio ex qua perdetur.

Mars, Luna, capiatur, & accidet sibi grauamina, tandem euadet de toto, soluet collectas pro facto quod faciet, expendet substantiam in laborando terras, & si fuerit diues, fiet pauper, & quādo fuerit pauper, fugiet de terra sua, & qualitercūq; accidet sibi, damnum eueniet in substantia eius, & si emerit seruum, morietur ei. Et si parentes eius uixerint, unus eorum morietur in hac diuisione, amici eius fugient eum, accidet ei causa, & ipse uincet litigantes cum eo.

Mars, Saturnus, accidet ei molestia diuersorum modorum. Si patrem habuerit, morietur, exibat de manu sua pars substantia suae, & uilipendet eum, infirmabitur magna infirmitate, forte de febre quartana, accidet ei inuolutio sensus, sed euadet de hoc toto, fugient eum consanguinei sui, rixabitur cum uxore sua, & forte ab inuicem diuidentur, accidet infirmitates filijs suis masculis, si eos habuerit, & forsitan morientur, & perdentur.

Mars, Iupiter, exaltabitur, & si non habuerit precium, appreciabitur, & uincet omnes qui aduersantur ei, & omnes causantes cum eo, uilipendet homines, habebit bonum, & lucrum ratione causarum, arma diligit, & quod his assimilatur, & lucrabitur illa parte, reditus sui crescent, lætabitur uxor & societas, ac eius filij, nascetur sibi filius, & eius filia morietur si habuerit eam, nec fiet felix de aliquo opere, uel magisterio quod faciet.

¶ Alfridaria Capitis, & caudæ.



APVT natus erit fortunatus, associabitur nobilibus hominibus, erit fidelis in dictis & factis suis, præcipiet alijs, aut suae genti, habebit dignitatē lucriferā in terra sua, lucrabitur diuitias ratione causarū, aut hæreditatē mortuorum, seruos multos pascet, à mulieribus diligitur.

Cauda, accidet ei molestia, abhorrebit amicos suos, & odio habebit eos, & contentionem cum filijs & uxore damnacq; sentiet plurima uxoris gratia, accidet ei molestia, infirmabitur graui infirmitate, sed tandem sanabitur.

CAPVT NONVM.

¶ De Chronocratoribus, siue decenniorum dominis,

¶ De Saturno Chronocratore.



SATVRNVS si fuerit Chronocrator, uide locum eius in figura reuolutionis anni, an in cardinibus, uel alio loco fuerit, & an sit diurna reuolutio, an nocturna, & quid tam ex signis in quibus fuerit, & ex loci potestate decernat, & secundum eius fortitudinem, & debilitatem in tempore suo profer iudicium. Si enim in genitura pericula ab ipso decreta fuerint, tunc exequitur quicquid in genitura decreuerat. Nam si orbitatem decreuerat, tunc miseram filiorum sobolem crudeli potestate prosequitur. Si uiduitatem, tunc matrimonium aut morte, aut dissensione dissociat. Si accusationes, tunc inimicorum suscitatur turbas. Si ægritudines, tunc uicium miseræ calamitatis infligit, si damna, tunc patrimonium uarijs lacerationibus quatit. Si uero bene fuerit collocatus, & prosperū aliquid in genitura decernebat, conditionis suae secutus potestatem, tunc reddit quicquid ante promiserat, præsertim si geniturae dominum bene collocatus in diurna genitura respexerit.

Saturnus, Iupiter, uitæ moderatores, si malè sint in genitura positi, & per ipsos pericula

periculum, uel ægritudo aut damnum, uel infortunium decretū fuerit, tunc omnes periculorū minę salutaris dei potestatibus mitigātur. Si uero bene constitutus in genitura Iupiter, deputatum sibi à Saturno tempus acceperit, maximę foelicitatis incrementa largitur, præsertim si fuerit diurna genitura, & ipse Iupiter in bonis signis, uel partibus positus, falciferum trigono, & foelici respexerit radiatione.

Saturnus, Mars, decenniorum moderator deputatum sibi à Saturno tempus accipiens, omni malicia sopita, læti decernit temporis gaudium inuicem enim sese ex cotrarijs uirtutum suarum potestatibus mitigant.

Saturnus, Sol, causas concitat, & iurgiorum contentiosa certamina, sed ipse causa ex maxima parte de domorum, aut fundamentorum proprietatibus inferuntur, præsertim si nocturna sit genitura, sed & patri uitæ periculum denunciat, sic genito autem dignitatis iacturam afferet.

Saturnus, Venus, Item Venus deputatum sibi à Saturno tempus arrogās, ab omni quidem infortunio separat, ita ut præcedentis discriminis, quod alterius forsitan stellæ malicia perpetrasset incursum, saluari remedio corrigatur. Quod si ipsa Venus nuptias decernit, ita genitis perpulchram dabit uxorem, sin autem mulieris fuerit genitura, uiro, aut uidua tunc nuptiali uinculo copulabitur.

Saturnus, Mercurius, ueterum causarum sopitas excitabit simulatas, & latentia contentionum iurgia rediuiuis rursus actionibus faciet inferri, & suscitari, aut ex scripturis, uel mercibus, fortunarumq; rapinis detrimenta sentiet.

Saturnus, Luna, ex uiciosiis humoribus ægritudines concitabit, aut ex aqua maximum periculi discrimen impinget, aut nouarum faciet litiū denunciatione deturbari, ita ut omne hoc tēpus uaria pericula, & uarias sollicitudines sepius inducat. Sed hæc si fuerit Luna plāna luminibus, si autem minuta in genitura, hostilibus falciferi radijs pulsata, cum miseris calamitatibus in foelicissimæ mortis obnunciat incommoda, atq; discrimina.

¶ De Ioue Chronocratore.



IUPITER temporum, siue decennij dominus, foelicitatis gloriam, ac lætitiis (pro genituræ mensura) decernit, præsertim si ipse geniturę dominus fuerit, tunc enim cuiuscunq; aut nuptiæ, aut filij decreti fuerint, si tempus ætatis admiserit, cum maxima ratione perficiet, glorias etiam & honores, atq; patrimonij augmenta largitur.

Iupiter, Saturnus, pigra homines conuersatione faciet semper hæbetari, ita ut omnibus actibus inertis frigoris torpore deficiant, præsertim si sit nocturna genitura, & in genitura positus Saturnus malè sit affectus.

Iupiter, Mars, omnem uitæ ac negociorum ordinem mutat, & quidquid præcedenti negociorum dispositione tractatur, ad alterius uitæ ordinem transferet, ita ut hoc tempore instituta prioris officij deserantur, aut certe uarijs discriminibus nocebit.

Iupiter, Sol, omnia faciet uitæ secreta publicari, ac omnes actus uaria ratione conuerti, animum quoq; per diuersa sollicitudinū genera uarijs cogitationibus ducit, dissipat etiam quidquid fuerit ante compositū, ita ut turbatis ferme omnibus, atq; confusis, animus per diuersa sollicitudinum genera diuidatur. Sed hæc in diurna genitura minuuntur.

Iupiter, Venus, Item Venus deputatum sibi à Ioue tempus arrogans per noctem, aut nuptias celebrare faciet, aut prospera tempora cum foelicitatis commodo condonabit. In diurna uero genitura, assiduas amoris indicit illecebras.

Iupiter, Mercurius, tales actus decernit, ex quibus maxima lucrorum commoda conferantur, & plurimarum, ac magnarum amicitiarum præsidia largitur, ac in omnibus officijs augmenta prosperæ rationis assignabit, ita ut ex omnibus actibus prospera, & lucrorum, & foelicitatis commoda conferantur, cū fausta fortuna.

Jupiter, Luna, tranquillæ serenitatis quietem, & maxima felicitatis incrementa pro genituræ substantia decernit, tunc enim præcedentium infortuniorum dolor uarijs solationum generibus mitigabitur, tunc egestatis angustia relaxabuntur, tunc ægritudinum uitia sanitas constringet, tunc periculorum metus prosperis præsidijs opponentur, tunc in omnibus certaminibus ex causis ad uota sententiæ proferentur tunc dolor frangetur, tunc sollicitudo mutabitur, ita ut præcedentium infortuniorum squallore deterlo, purum ac mundum felicitatis tempus accedat, præsertim si Lunam plenâ luminibus Jupiter in genitura prospera radiatione respexerit.

¶ De Marte Chronocratore.



MARS decenniorum moderator actus quidem maximos pro genituræ substantia, sed cū priore turbatione decernit, ita ut in ipsis actibus qualescunq; fuerint, uarium periculorum discrimen oriatur, præsertim si diurnæ genituræ dominus extiterit.

Mars, Saturnus, In omnibus conuersationibus pigrum tarditatis pondus imponet, ita ut omnia negocia tardius semper agantur, faciet quoq; inefficax tempus sordidum, squalidum, & ab omnibus cōsuetis actibus semper alienum, & separatam.

Mars, Jupiter, omnia prosperitatis cōmoda decernit, atq; ita genitum omnia eius negocia prospero cōplere faciet semper euentu, lucra etiā & omnia rerum officia largitur, reddet quoq; laborantibus requiē, egris salutē, sollicitis securitatē, errantibus reditum, litigantibus finē, & in angustia constitutis abundantiam.

Mars, Sol, maxima periculorum discrimina ex assidua calamitate decernit, ac omnem uitæ ordinem misera permutatione conturbat, turbas quoq; excitat, seditiones mouet, & oculorum dolores cum maxima ægritudinis continuatione inducit, uitam etiā omnem maximis periculis, & damnorum incurSIONIBUS concutit hæcque erunt ineuitabilia pericula nisi eis bonum ac salutare Iouis, aut benignum Venere testimonium restiterit.

Mars, Venus, facit quidē prosperum tempus, & ab omni periculorum discrimine separatū, sed ex multarum mulierum coitu iisdem mensibus infamia sapius infertur. Quod si in genitura quadrati fuerint, adulteria tunc faciunt perpetrari, sed hoc facinus cum Iouis testimonio cælant. Cum Mercurio autem, & Sole, etiā cum misero uitæ discrimine, faciunt publicari.

Mars, Mercurius, ex scripturis quibusdam pericula faciet concitari, aut ex alio quo furto miserum damnum semper infliget, sed inimicos frequentibus facit rationibus dissipari. Quod si in genitura quadrati, uel diametri sibi inuicem fuerint, tunc maleficiorum, uel adulteræ pecuniæ crimen indicunt, præsertim si Mercurius in finibus, uel domo Saturni, aut Martis inuentus fuerit.

Mars, Luna, maxima periculorum discrimina faciet semper inferri, præsertim si fuerit plena luminibus, tunc enim periculosa decernuntur temporum spacia, tunc fugæ, tunc exilia, tunc misera periculorum discrimina concitantur, tunc homines in custodiam, aut publicum carcerem detruduntur, tunc incendia, tunc febres, tunc graue damnum misera patrimonij laceratione decernitur, tunc grauis ægritudinum casus semper affertur. Quod si in genitura cum testimonio Iouis quadrati, uel diametri fuerint, tunc aut cruentam, aut flebilem, aut repentinam mortem faciunt.

Quod si in genitura Saturnus cum Luna fuerit inuentus, & Luna à Marte deputatum sibi tempus acceperit, etiā tunc mortis acerbæ ex præcedentibus periculis inferuntur exitia, quæ tamen pericula ex signorum uarietatibus sortiuntur euentum.

De Sole

De Sole Chronocratore.



SOL solus decenniū moderator, nihil prosperū decernit, sed ex eo male affectio in natalis themate, omnia infortuniorū genera sperare debemus, quæ tamen in diurna genitura ex parte aliqua mitigant, lousiq; aut Veneris testimonio sopiuntur.

Sol, Saturnus, in nocturna quidem genitura pestiferū, ac mortiferum minatur exitium, & in oculo aliquid sinistri, quin & capitis, ac stomachi cruciatus, atq; dignitatis iacturam minatur, & patri mortem. Verum in diurna genesi maximæ foelicitatis incrementa decernit, pro genituræ tamen substantia.

Sol, Iupiter, tranquillæ foelicitatis commoda cum maxima uitæ lætitia decernit, ita ut omni malorum uestigio deterfo, prosperum foelicitatis tempus hominem accipiat, tunc enim relaxabuntur damna, tunc sanitas reddetur, tunc homines ex precedentibus discriminibus liberantur.

Sol, Mars, patrimonio miseris lacerationibus dissipato, extremæ paupertatis indicit angustias, sed & crebras causarum conflictationes exagitat, capitis etiam crebros dolores efficiet, & in oculo aliquid sinistri, quin & graue periculi discrimen indicit, cum assidua damnorum continuatione.

Sol, Venus, in omnibus quidem negocijs prosperum pollicetur euentum, sed uxoris animus in eum cum quadam malitia dissensione semper inflammabit, ita ut tunc se perdat, & detegat, uel si ei uxor non fuerit, tunc ab aliqua muliere discrimen indicit, & propter hoc publicas causas, & forenses simultates exagitabit, ac turbas cum uiris mediocribus sapius excitabit.

Sol, Mercurius, negotiationes multas, crebros actus, & ex mercibus, aut scripturis, siue ingenij dotibus, assidua lucrorum commoda decernit, sed quæ cum maximis laboribus, & periculis acquirantur.

Sol, Luna, omnē uitam hominis stabili semper uarietate cōturbat, ita ut quidquid prisco tēpore collocatum fuerit, rursus potioribus rationibus auferatur, eritq; ipsum tēpus ex uaria inæqualitate mutabile, ita ut angustiaē repentinis diuitijs releuentur, & ipsas rursus diuitias paupertatis angustiaē subsequantur.

De Venere Chronocratore.



VENUS decenniū domina, coniugales affectus maxima releuat gratia uenustatis, sed & lætitiā summa cum securitate decernit, & ita genitum uxorium efficiet, aut mulierem connubio iunget stabili, propriamq; dicabit.

Venus, Saturnus, aut cū muliere graues dissensiones sua indignatione peragitat, aut ab uxore, uel morte, uel repudio, aut simultatibus quibusdam separat.

Venus, Iupiter, bonum quidem tempus, & lætū decernit, sed ex amore quasdā infamias agitabit in eo, uxorem quoq; aut perpulcrā sobolem præstabit.

Venus, Mars, multa mala, & frequentia dolorum minatur incommoda, tunc etiam animum uarijs amorum illecebris semper exagitat, & propter amoris, aut zelotipiaē dura tormenta, & grauem animi dolorē semper imponit, ita ut propter hæc errantis animi uicia, etiā causarū discrimina frequenter accedant, turbæ etiam & pericula propter uxores pessimas, aut ab eis inferuntur, aut enim adulterij crimē exurgit, aut amor quidam impura, ac inhonesta cogitatione conceptus.

Venus, Sol, homines faciet suas fugere semper uxores, aut cum eis diuortium excitabit, & hoc cum capitis periculo, patrimonioq; iactura. Si uero prosperi Iouis radius accesserit, ij quidem peregrinationis necessitatibus separantur

Venus, Mercurius, omnia negotia prospero euentu cōpleri efficiet, frequētia etiam læticiæ gaudia præstabit, lucra quoq; maxima conferri faciet, ac idonea, foeliciter subsidia facultatum.

Venus, Luna, omnia foelicitatis genera, præstabit mulierum patrociniò, à populo honores, uxorem quoq; & prolem dabit formosam, lucrorum copiosa præstabit, claros honores, & omnia bona, ex assidua foelicitate decernit.

¶ De Mercurio Chronocratore.



MECVRIVS cum temporum dominus fuerit, omni hoc tempore omnia bona assiduis foelicitatibus decernuntur, & omnes actus prosperi sequuntur euentus, præsertim si generalis dominus fuerit, & bene collocatus.

Mercurius, Saturnus, fortunarum iacturas & domesticorū morum, & qui nobis prodesse consueuerunt.

Mercurius, Iupiter, dies sane, quietos, & ab omni negotiorum strepitu separatos insinuat, atq; in hac ipsa quiete, maxima laudis, commoda & læticiæ gaudia semper accommodabit, filios etiam non habentibus (si genituræ ratio permiserit) omni ratione decernit.

Mercurius, Mars, inimicos fuscitabit, accusationes inferet, litesq; ex noua denunciatione denunciat, quas tamē bonū Iouis aut Veneris testimoniū mitigabit.

Mercurius, Sol, male affectus, maxima patrimoniū damna, & maximas animo solitudines semper indicit. Si uero uterq; fuerit in themate foeliciter collocatus, diuitiarum & horum incrementa condonabit.

Mercurius, Venus, bona commoda ex assidua foelicitate præstabit, securitatē quoq; perfectam, animi quietem, corporis sanitatem, ac pro mensura genituræ commoda lucra.

Mercurius, Luna, maximas ægritudines, maximaq; languorum uicia denunciat, si fuerint male affecti, sin secus, lucra, honores, & optimam corporis ualitudinē pollicetur, et ita genitum ad crebra itinera solito procliuorem efficiet.

¶ De Luna Chronocratore.



LUNA decenniū moderatrix minuta luminibus, si ad Saturnum feratur, uel plena ad Martem, omnifariam mortem decernit. Si uero plena luminibus, beneuolarum fuerit testimonijs adornata cū maximis licet laboribus, non modica tamē patrimoniū siue diuitiarum et honoris incrementa condonabit.

Luna, Saturnus, si Luna fuerit minuta luminibus, et à maleuolis deprauata, ex uitiosis humoribus, aut ex aquis, aut naufragijs miseras mortes, miseraq; periculorū decernit exitia. Si uero plena sit, faciet quidē hæc eadē, sed euadēdi dabit facultatem.

Luna, Iupiter, omnia bona cum læticiā et hilaritate decernit, præsertim si Luna fuerit plena luminibus, tunc enim pericula, tunc metus, tunc ægritudines sopiuntur, tunc (pro genituræ mensura) foelicitatis augmenta procedent, resq; aduersę in prosperum tendent.

Luna, Mars: Luna si fuerit lumine plena, maximas turbationes, seditionesq; decernit. Sed si Luna in themate geneleos fuerit Martis uel Saturni quadrata, uel diametra radiatione sauciata, cruentum calamitatis exitium denunciat.

Luna, Sol, exustiones, ægritudines, et flagrantium febrium, miseros languores indicit, sed hæc omnia prosperum Iouis testimonium mitigabit.

Venus, deputatū sibi à Luna tempus accipiēs si fuerit diurna genitura, sterilitatis stridorem insinuat. Si uero nocturna, honores claros, et maxima lucrorū incrementa largitur, præsertim si Luna fuerit splendore ac luminibus diminuta.

Luna, Mercurius, frigidas ægritudines cum maxima corporis debilitate potissimum denunciat, natum quoque ad itinera solito propensiorē rediget, & in rebus Mercurialibus fortunatorē, præsertim si fuerint in utroque themate bene affecti &c.

CAPVT DECIMVM.

De domino orbis.



DIXIT Hermes quod dominus circuli sit de occultis secretis huius scientiæ, & quod gens Babiloniæ occultabat, & non ostendebat nisi sapientibus, hoc scire merentibus, & habet magnam significationem, & fortem in natiuitate, & reuolutione annorum, & cognosces eius significata hoc modo.

Vide dominum horæ natiuitatis, & da eum ascendenti, & primo anno natiuitatis, & à statu eius iudicabis salutē corporis, & infirmitates eius, sicut facis à domino ascendentis radice.

Et dabis dominum horæ secundæ natiuitatis domui secundæ radice, anno secundo, deinde accipe significationes à statu eius in radice, & in eodem secundo anno, iudicabisque ab eo statum substantiæ, & quod ei assimilatur, sicut facis à domino secundæ domus.

Dominum horæ tertie natiuitatis dabis tertie domui anno tertio accipiesque significationes eius, à statu eius, in ambabus figuris, & iudica ab eo statum fratrum, & sororum, & quod huic assimilatur, sicut facis domino tertie domus.

Dominum quartæ horæ radice dabis quartæ domui anno quarto natiuitatis, & accipe significationes à statu eius, in ambabus figuris, & iudicabis ab eo statum parentum, & res alias de significato quartæ domus. Et sic facias per ordinem horarum, dando dominum horæ cuilibet domui ex domibus radice, & uni anno, donec tibi cadet dominus duodecimæ horæ ad duodecimam domum radice, & ad duodecimum annum natiuitatis.

Et huic domino horæ dantur duo nomina, unū speciale, & alterum generale. Speciale, est quod nominatur secundū nomen domus sibi convenientis in significatione, ita quod dominus primæ horæ, nominatur dominus horæ ascendenti, & dominus secundæ, nominatur dominus horæ domus substantiæ. Et dominus tertie horæ, nominatur dominus horæ domus fratrum. Et ille quartæ nominatur dominus horæ domus patrum. Et ita nominantur omnes secundū significationes domorum. Nomen uero generale est dñs orbis, id est dominus circuli. Et accipitur significatio à domino cuiuslibet horæ in radice, & reuolutione boni, uel mali, sicut facis à dño anni.

Postmodū si dominus horæ primæ, & dñs ascendenti fuerit in radice in bono statu, significat salutem, & saluationem corporis in primo anno natiuitatis. Et si fuerit in malo statu, dolores, & infirmitates significat illo anno.

Et si dñs horæ secundæ, & dominus horæ substantiæ fuerint in bono statu, in radice, & reuolutione anni secundi, significat meliorationem, & bonū statum in substantia. Et si in malo statu, damnum in ea.

Et si dñs horæ secundæ, & dñs horæ domus fratrum fuerint in ambobus temporibus in bono statu, significat meliorationē, & bonū esse fratrum, & augmentū eorum, si signū fuerit masculinū, erit in masculis, si foemininū in foeminis. Et si fuerint infortunati, significat destructionē in eis. Et si dñs horæ domus patrum infortunatus fuerit in signo masculino, patri significat malū statū, & si in foeminino, matri. Et hoc modo aspicias in dominis horarum aliarū domorum, & secundum hanc regulam iudicabis.

Quando inueneris in aliqua reuolutione annorum dominū horæ ascendenti radice, & dominū horæ Medij cœli radice in bono, & fortunato statu, significat bonū statū illo anno, & habebit bona facta, & pfectuosa, dominiū, & lucrū. Similiter quando inueneris signum applicationis, & dominos horarū istarū in bono statu, bonum, & meliorationem iudica illo anno. Et quando illos inueneris in malo statu, contrarium iudica.

Caput

¶ Quomodo in genere iudicandum sit ex positu stellarum in mundo & themate reuolutionis tempore, de ijs quæ nato eo anno euentura sint.

In reuoluti onibus nati uitatum confidera	}	Generalem gubernatorem ætatis.
		Progressiones generales, id est directiones.
		Progressiones annuas, mensurnas & diurnas.
		Dominum anni, qui est dominus signi progressionis annuæ.
		Gradus diuisionis & diuisores.
		Alfridarias.
		Dominum orbis.
		Aphorismos generales. Item particulares de domibus cœli.
		Chronocratores.
Transitus planetarum, siue reditus planetarum.		
Translationes planetarum ex domibus radices ad domos reuolutiõis.		
Effectus eclipsium, si in tempus reuolutionis cadunt.		



ED principales significatores (præter generales progressiones) sunt Dominus anni, gradus diuisionis ascendens radices, & Diuisor eius. Illis quoq; adiunge Lunam & Ascendens reuolutionis. Ex his trahere iudicium generale reuolutionis, nam si omnes isti significatores principales, uel maior pars eorum bene se habuerint, indicabunt natum in tali reuolutione magis declinare ad bonum, quam ad malum, uel econtra, si male se habuerint.

¶ Aphorismi generales in reuolutiones natiuitatum.

Annus reuolutionis, id est Ascendens reuolutionis, similis radici, significat bonum esse nati illo anno.

Figura natalis si mala fuerit, scias talem reuolutionem non multum nato proficere.

Quando dominus ascendens reuolutionis fuerit remotus ab angulis, minus nocebit nato, sed potius significabit metum uel imbecillitatem quam damna.

Domini ascendens reuolutionis à Sole combustus, grauiora nato detrimenta significat, & hoc secundum planetæ naturam, qui anni dominus fuerit, habita etiam Solis natura. At si in eo statu fuerit autoritas Lunæ, uel in sua domo, aut in alia qua suarum dignitatum, minuetur id malum. Si autem in huius cõtrario fuerit, proficere iudicium in malo.

Omnis natiuitas quæ fuerit sub eodem signo cum ascendente anni mundi, & in eo fuerit anni dominus reuolutionis, generaliter erit ad bonum, nisi tale signum & eius dominus in radice fuerint impediti.

Quãdo Ascendens reuolutionis peruenerit ad malos radios, uel ad loca infortunantium & naturaliter sibi inimica, siue radices, siue reuolutionis, magnum eo anno portendit periculum, idq; erit quando anni dominus ad eundem planetam uenerit, qui eum infortunauerit, possit fortasse euadere ab hoc periculo si transierit per lumen alicuius luminaris, uel alicuius alterius stellæ fœlicis. Sed nihilominus erit in illius periculo metu non paruo.

Si in anni reuolutione infortunæ fuerint in prima domo, uel in signis eam aspici

aspicientibus, nato malum decernit, secundum naturam signi, & planetæ infortunantis, & domus in qua fuerit.

Fortunantes stellæ, si fuerint in prima reuolutionis domo, uel illam uiderint, indicant eo anno prosperitatem nato futuram, secundum naturam, ut supra.

Iupiter, & alij planetæ cum reuolutione ad loca radice perueniunt, ostendunt illius domus significata. Vt Iupiter in secunda, substantiâ, Sol in Medio cœli dignitates, Mars in septima, rixas, & sic de alijs.

Fortuna recipiens Lunam ex trino, uel sextili, in aliqua reuolutione, bonum significat secundum ipsius fortunæ prosperitatem. Sed si receptio ex malo fuerit aspectu, non erit illud bonum stabile, & finis erit malus.

Omnis planeta in reuolutione anni fortis, & angularis, dat nato bonum secundum suam naturam, & loci in quo fuerit. Qui si fuerit cadens, debilis, aut damnatus, contrarium iudicatio.

Si Luna in aliqua reuolutione applicuerit alicui planetæ, dando ei uim suam, tunc accipies significationem ab illo planeta, & dic secundum eius fortitudinem, uel debilitatem, & secundum aspectum fortunantium, & infortunantium.

Quando planeta in radice natalis aspexerit, uel applicuerit alteri planetæ fortunato, & Luna in reuolutione fuerit uacua cursu sine radijs aliorum, denotat id quod significauit in radice, nisi Luna fuerit cadens in radice, & reuolutione, ab infortunis remota. Nam si aliter fuerit, significat nati pigritiam.

In reuolutione, quando infortunæ perueniunt ad loca conuenientia, non nocent, nisi ibi habuerint conuenientiam ex radice fortunantes etiam stellæ, similiter non proderunt, nisi habuerint conuenientiam in radice.

Tempus significationum planetarum ostendit applicatio planetæ ad locum radice, & fiet in mensibus & diebus, in quibus ille planeta fuerit potentior, qui fuerit anni dominus. Et si erit per applicationem illius planetæ ad locum alterius, apparebit illa significatio in temporibus illius anni, in quo planetæ commixtionem habuerint, unus cum altero, siue sit commixtio bona, siue mala.

Quando Luna, uel quouis alter planeta locum suum in quo fuit in radice aspexerit de quacunque parte, uel aspectu, demonstrat, & renouat significationem illam quam significauit in radice, nisi fuerit hic planeta aspiciens locum suum de quadrato, uel opposito, & oppositus peior est.

Quando aliquis planetarum infortunatur in aliquo loco, & postea peruenit ad quadraturam, uel oppositum sui loci radice, significat damnum, & gravitatem ipso eodem die. Exempli gratia: Si quis habuerit Lunam in radice, in 22 gradu Libræ, Martem in 24 Geminorum, Venerem in 8 Aquarij, Mercurium in 2 Arietis. Quandocumque igitur Luna in 22 Arietis, Cancri, aut Capricorni infortunatur, significaret gravitatem ipsa die. Sic infortunium Martis in 24 Sagittarij, Virginis, aut Piscium. Item Venus in 8 Leonis, Scorpij, aut Tauri. Item Mercurij in 2 Libræ, Cancri, uel Capricorni.

Quando Luna in reuolutione peruenit ad locum in quo fuit infortunata in radice, est mala significatio, significat enim sicut quando profectio ascendentis applicat ad infortunam.

Quando Luna applicat in reuolutione ad gradum illum in quo fuit in radice, tunc erit significatio eius completa. Et quando applicuerit ad terminum in quo fuit in radice, aut ad gradum eundo ad gradum secundum medietatem diametri corporis eius, uel fuerit separatus à gradu, secundum quantitatem ipsam, minuitur de significatione eius bona, uel mala. Et si fuerit inter eum, & gradum plus medietate diametri, & ipse accedens ad gradum, minus hæc eius significatio erit. Et si transierit gradum in ea quantitate, erit significatio eius debilis multum, quia tunc significat res præteritas, & cogitationes, & existimationes, ac ea quorum penitet eum.

Si acciderit in aliqua reuolutione mensium, quòd planeta aliquis applicet in reuolutione mensis ad locum radicis, uel ad locum in quo fuit in reuolutione illius anni, uel peruenerit ad locum alterius planetæ, iudicabis in eodem mense à significationibus suis, sicut in anno iudicasti. Significationes tamen reuolutionis anni sunt firmiores, & fortiores reuolutionibus mensium.

Id quòd planeta in radice promiserit, id perficiet cū diuisio ad eū peruenerit.

Omnis planeta qui in sua partitione sit, radios proijciens ad terminum in quo fuit in radice, eo anno apparebit quòd talis planeta in radice promiserit. Exemplū, Iupiter habens dominium in reuolutione aliqua, puta ut sit diuisor, & iaciat radios ad terminū radicis, & nō sit in radice, & reuolutione infortunatus, dico si in bono loco fuerit, quòd natus ille eo anno, aut coniugabit, aut filios habebit, aut acquirat diuitias, aut dignitatem, & generatim loquendo ad ea quæ natalis hora promiserat.

In ascendēte reuolutionis infortuna, uel in signis ascendēs aspiciētibus, significat impedimentū, & tristitias de natura ipsius infortunæ, & signi in quo fuerit.

Quando Luna fuerit fortunata, uel infortunata in reuolutione ab aliquo planeta, & peruenerit postea ad corpus ipsius planetæ qui fortunauit, uel infortunauit eam, uel ad eius radios per directionē, dando pro quolibet gradu mensem unū, aut pro quolibet die gradum unum, significat bonum uel malum, secundum naturam illius planetæ, ut Luna per oppositum Mercurij debilitata in reuolutione, & si fuerint à Luna, in Mercurium 185 gradus, cauere haberet sibi natus à periculo post tot dies à die reuolutionis.

Si dominus ascendētis reuolutionis aspexerit aliquam domum aspectu amicitia, adducit significationes de natura illius domus.

Quando dominus ascendētis applicuerit alicui planetæ existenti in aliqua domorum, uel planeta de domo illa applicuerit domino ascendētis, adducit significationes conuenientes de natura illius domus.

Dominus ascendētis reuolutionis, si fuerit in tertia, significat iter, Si in quarta sine aspectu, non faciet iter illo anno, Si in quinta, filium forte habebit, uel ad eum uenient nunciū, uel xenia, & dona. In sexta, significat infirmitatem, & malū statum, In septima, coniugium, In octaua, infirmitatem, & malum statum, tristitias, carceres, & occupationem ab inimicis. In nona, iter, In decima, ibit ad Regem, In undecima, significat bonū statum, & perueniet ad res, quas concupiscit, & diligit, In duodecima, significat infirmitatem, malum statum, tristitias, carceres, & occupationem ab inimicis.

Quando Mercurius fuerit dominus anni, & combustus, accident anxietates & impedimenta in computationibus, & mercimonijs. Et si Iupiter fuerit hoc modo, significat damnum in lege sua, accident ei res turpes, & malæ. Et hoc modo etiam de natura Saturni, Martis, & Veneris iudicabis.

Quando aliqua infortuna receperit Lunam de trino uel sextili in reuolutione uel sextili in reuolutione, significat bonum, & profectum de proprietatibus, & naturis ipsius infortunæ. Et si receptio illa fuerit de quadrato, uel opposito, non durabit ille profectus, & erit eius finis in malo, & damno.

Quando in reuolutione fuerit applicatio ad aliquod signum in quo fuit in radice aliquis planeta siue fortuna, uel infortuna, & postea in eadem reuolutione ipse planeta aspexerit ipsum signum, uerificat, & affirmat res quas significauerat in radice de bono, uel malo. Et si non aspexerit signum, & fuerit cadens ab eo, illæ significationes eius, siue fortunæ, uel infortunæ, quas dederat in radice, non apparebunt in illa reuolutione.

Melius quod esse possit in reuolutione est, quādo planeta dominator in anno intrabit angulos, & fuerit receptus in eodem angulo, proijciens radios ad fortunā, quæ sit ascendens & fortis, quia hoc significat bonū, meliorat onē & prosperitatem illo ano

illo anno. Tamen si planeta dominator fuerit infortunatus, separatus ab angulis, non receptus, nullum bonum significat, sed accidet ei impedimentum, depressio, & infortunium in suis rebus, donec idem planeta intret signum à quo aspiciat locum suum primum aspectu amicitiae, quia quando fuerit illud, fortificatur dominus reuolutionis, & dirigentur res eius, causae, uictus, honor, & fortuna.

Quando planeta in radice natiuitatis applicuerit alteri planetae fortunanti eum, & fortificanti, & in reuolutione fuerit uacuus cursu, & sine radijs aliorum, demonstrat quod significauerat in radice, ac ipsius potentiam, ac fortunam, nec obest ei uacuitas, neque casus, in quo est in reuolutione, nisi Luna cadens fuerit in radice, & reuolutione, similiter & à fortunis remota, significat enim illi cuius est reuolutio, quod erit illo anno uacuus, & piger in rebus suis.

Quando profectio ascendens peruenit ad signum domus substantiae, uel domus fratrum, aut domus parentum, aut filiorum, uel mulieris, patefiant res quas significauerat in radice, de natura illius domus, siue sit bonum, siue malum, siue damnum, siue utilitas.

Quando in reuolutione in ascendente fuerit infortuna, uel in signis aspicientibus ascendens, significat impedimentum, & tristitias de natura ipsius infortunae, & signi in quo fuerit. Similiter quando ibi fuerit fortuna, misce cum eo planetas recipientes, & aspicientes ipsam, quia si fortuna aspexerit fortunam, auget in bono profectu, & fortuna sua. Si infortuna infortunam, auget malum, & damnum suum. Et infortuna minuit à fortuna, de bono, & profectu suo. Et fortuna minuit ab infortuna de malo & damno suo.

Quando Iupiter peruenit ad domum fratrum, demonstrat & uerificat res quas significauerat in ratione legis, laudis, itinerum, & aliarum rerum convenientium ei. Similiter quando ipsemet peruenit ad secundam domum, uerificat utilitates substantiae, fortunarum, & rationum suarum. Similiter quando Venus peruenit ad septimam domum, uerificat quod significauerat de rebus convenientibus ei. Et illud idem, quando Sol peruenit ad decimam domum.

Quando significatio infortunae conuenit significationi signi, malum significat in illa natura, & in illis rebus, sicut Mars quando est in septima domo, significat rixas, inimicitias, & contrarietates. Et hoc modo significat Saturnus in octaua, & sexta.

Quando profectio ascendens peruenit ad radium infortunae, inimicum, & contrarium domino illius anni, siue in radice, siue in reuolutione, significat quod anno illo erit in periculo magno, accidentibus ei damna magna.

Quando dominus ascendens radicis intrauerit radios infortunae, ea non recipiente ipsum, periculum & impedimentum significat, tamen si tunc applicuerit dominus anni ad fortunam fortem, eum recipientem remouet illud malum, & euaadet ab illo periculo, ac exhibet de illo infortunio.

Luna in quacumque duodecim domorum caeli, si fuerit cum parte fortunae non infortunata, natus habebit fortunam, & fortitudinem ex significatis illius domus in qua fuerint.

¶ De tempore effectuum.

Si significatio fuerit per applicationem planetae ad suummet locum, apparebit in mense, uel diebus in quibus idem planeta potentior fuerit dominus anni. Et si significatio fuerit per applicationem alicuius planetae ad locum alterius, apparebit illa significatio eius in temporibus illius anni, quibus planetae commixtionem habuerint unus cum altero.

¶ Quantum durabunt effectus.



¶ Duo sunt modi. Primus, uide quando planeta fuerit in radice in aliquo signo, & postea peruenit in reuolutione, in ipsum idem signum, & in eodem ipso loco figurae in quo fuit in radice, si significauit per applicationem eius aliquod damnum, iudica quod damnum illud durabit quantum reuolutio illius planetae duplicata, quoniam tempus duplicatur eo quod applicuit

ad ipsummet locū in figura in quo fuit in radice, & non ad locū, in quo fuit in figura radice, & significauit damnū, minuitur illud damnū, & durat quantū reuolutio una illius planetæ. Verbi gratia, Saturnus fuit in radice natiuitatis in aliquo signorum, in septima domo, & peruenit in aliqua reuolutione ad suummet locum, in quo fuit in radice, & fuit similiter illud signum septimū ab ascendente reuolutionis, aut septimū à signo profectiois ascendētis, & significauit per hanc applicationem, grauamina ex parte mulierum, & aduersariorum, postmodū dixi q̄ hęc res durabit per duas reuolutiones Saturni. Et si locus ille esset decimū ab ascendente reuolutio nis, uel à decimo signo profectiois annuę ascendētis, uel in alio bono loco pro Saturno, eo non applicante ad illū eundem locū, in quo fuit in figura radice, dicemus quod illa significatio eius duraret quantum est Saturni una reuolutio. Et hoc modo quando aliquis planeta in aliqua reuolutione peruenerit ad locū suum in quo fuit in radice, & ad illum eundē locum figuræ, & significauit per hanc applicationē eius ad signum, & dominū figuræ aliquod bonum, dicemus quod illud bonū durabit quantum duæ reuolutiones illius planetæ. Tamen quando planeta peruenerit ad signū in quo fuit in radice, & significauit per illam applicationem bonū, & applicauerit in figura ad aliam domum, in qua non fuit in radice qui demonstrauerat bonū in illa significatione, dicemus quod illud bonū durabit quantum est reuolutio una illius planetæ. Quando scire uolueris quomodo accipiuntur hęc reuolutiones in hoc opere, aspice planetam à quo accipitur hęc significatio, & si fuerit in signo mobili, accipias secundū numerum annorū suorum minorū horas. Si in bicorporeo, accipias secundū numerum annorū suorum mediocriū dies. In fixo, accipe secundū numerū annorū suorum maiorum dies. Et in quocunq̄ istorum necessē fuerit duplicare illum eundē numerum quem habueris, & iudicabis q̄ ille euentus rerū durabit in bono, uel malo quantum numerus ille, & iuua te in hac significatione ab angulis succedentibus, & cadentibus, & similiter ab ascensionibus signorum illius terræ.

Secundus modus. Si planeta in radice natiuitatis fuerit in aliquo signo, & postmodum applicat in aliqua reuolutione aliquis planeta ad illud signū, significat idem planeta, quoniam applicuit ad locū alterius, aliquā rem, & significatio quam significauit hic planeta, secundum domos reuolutionis, erit similiter conueniens illi quam significauit secundū domos radice, sicut prædiximus, & durabit quantum reuolutio planetæ, & adiunges ei reuolutionem planetæ radice, & hoc donec fuit in illo termino, uel non sit remotus à gradu plus medietate diametri sui. Et si planeta radice aspexerit planetam reuolutionis in illa reuolutione, dicemus similiter quod significatio eius durabit secundum quantitātē annorū simul iunctorum. Et si hoc diuersificatur, ut sit applicatio ad signum, & non ad locum figuræ, significat quod durabit quantum planetæ reuolutio, dummodo non sit remotus ab eo plus medietate sui diametri, nihilominus de illa significatione reliquæ remanebunt duraturæ quantum est circulus planetæ radice. Verbi gratia, Iupiter in radice natiuitatis, in signo mobili, & fuit signum illud sexta domus radice, & postea in aliqua reuolutione applicuit Venus ad illud idem signū in quo fuit Iupiter in radice, & fuit illud signū in reuolutione sextū ab ascendente, uel sextum à signo profectiois annuę ascendētis, significauit igitur Venus per eius applicationem ad locū Iouis in hac domo infirmitatem, & dolorem in gutture. Dicemus nāq̄ quod hoc durabit quantum anni Veneris. Et si Iupiter aspexerit Venerē in reuolutione, dicemus q̄ illa significatio durabit quantum anni amborum planetarum simul iunctorum, qui erunt 8 Veneris, & 12 Iouis, & isti erunt dies, & horæ. Et si hoc signū caderet in figura reuolutionis in aliquo locorū qui sunt boni pro Ioue, & Venere, sicut quinta, & undecima, dicemus quod significatio durabit 8 horis, & 8 diebus, & postea minueretur illud, remanerent tamen aliquę reliquię usq̄ ad 12 dies. Post hoc si Venus non aspexerit Iouē, diceremus q̄ duraret quantum unus circulus Veneris. Et scias q̄ posuimus circulos

culos Veneris, & Iouis, in horis, & diebus, quādo ambo fuerint in signis mobilibus, & quia fortunæ sunt ambo, significant quòd cito sanabitur. Et secundum hunc modum faceres in quolibet planetarum, quando peruenit ad suūmet locū in quo fuerit in radice, uel quando applicuerit ad locū alterius, & accipies hoc modo iudicium, quando significationes habueris ab hac parte, & non plus. Tamen quando significationes habueris ab hac parte, & ab alijs partibus alio modo iudicabis.

Quando duo planetæ, uel plures in aliqua reuolutione anni applicuerint ad locū in quo fuit unus planeta in radice, uel quando aliquis planeta in reuolutione applicuerit ad locum in quo fuerint duo planetæ uel plures in radice, iudiciū & significationē accipies in hoc, sicut accepisti per applicationē planetarū separatim unius in loco alterius. Verbi gratia, Luna fuit in radice natiuitatis in Cancro, & postmodum in reuolutione applicuit Iupiter, & Saturnus ad illum locū Lunæ radice, unde iudicare debemus per applicationē Saturni ad locum Lunæ, tristitias, & grauitates ratione mulierum. Sed propter applicationē Iouis ad locum Lunæ, q̄ meliorationē habebit in statu, & salute sua, prosperitatem in corpore, ac substantia, uenient ei noua à longe de quibus lætificabitur, habebit filium, uel filiā si fuerit aptus. Apparebit igitur significatio cuiuslibet horum planetarum in anno illo, in mense quo ille planeta dominium habuerit, ut in illis in quibus dominium habuit, & tristitia, siue grauitas illa quā significauit Saturnus, durabit quantū circulus unus Saturni, uel quantum Saturnus durabit in illo termino, uel donec Saturnus remoueatur ab illo gradum Saturnus durabit in illo termino, uel donec Saturnus remoueatur ab illo gradum Saturnus durabit in illo termino, uel donec Saturnus remoueatur ab illo gradu per medietatem diametri sui. Et si Saturnus & Iupiter ambo fuissent in radice natiuitatis in Cancro, & postea in reuolutione ipsius anni, applicaret Luna ad illum locum in quo ambo fuerint in radice, dicemus quòd Luna applicuit ad locū Saturni, uxorabitur, uel aget cum uetulis. Et quia Luna applicuit ad locum Iouis, significat quòd faciet itinera in locis aquaticis, & quòd ibit de uno loco ad aliū. Et secundum hanc uiam, & modum iudicabis in omnibus alijs planetis.

¶ Iudicia duodecim domorum cœli in reuolutionibus,
cum aphorismis suis specialibus.



PRIMA domus super esse corporis significat, & ualentinē, & uirtutem, seu debilitatē eius in sanitate, uel ægritudine. Vide igitur primo cuspides ascendentium, ac dominos eorū in ambabus figuris, radice scilicet, & reuolutionis. Secundo gradū diuisionis ascendētis radice, ac eius diuisorē. Tertio profectiōnē ascendētis radice, & dominū eius. Quarto lumina omnia in ambabus figuris. Et si omnia ista salua fuerint, uel maior eorū pars, & præsertim principales significatores, significant saluationem corporis in sanitate. Si uero contrariū inueneris, dic contrariū. Quòd si omnia ista, uel maior eorum pars salua fuerint, & contingeret profectiōnē ascendētis radice, eodē anno pertingere ad malū, uel radios eius malos, quoniā tunc adhuc saluationē corporis denotaret, præter unā modicā ægritudinē, quæ erit ex causa calida, si ad Martē, uel radios eius malos esset talis profectio, uel ex causa frigida, si ad Saturnum accesserit. Nota etiam, si Luna malè disposita esset in reuolutione, significaret labores, & tristitiā, atq; melancholiā nato, & hoc in illa medietate anni, in qua medietate figuræ reuolutio ipsa inuenta fuerit, ut si in quarta, quinta, sexta, decima, undecima, uel duodecima domo Luna malè disposita fuerit reperta, erit hoc in prima medietate huius reuolutionis. In reliquis domibus, in secunda medietate huius reuolutionis. Vide demum etiam significata Alfridarum, Profectionum, Chronocratorum, & Aphorismorum sequentium &c, permiscendo singula cum figura radice, quemadmodum in hijs fieri oportet.

¶ Aphorismi.

Quando dominus ascendentis radices in reuolutione à malis aspicitur, significat nato malum secundum naturam planetæ qui aspicit, ut si Mars aspicit quadrato uel opposito, caue iram Martis.

Dominus ascendentis radices, si bene aspicitur in reuolutione, sanitatem largitur, si male dic contrarium.

Venus cum Mercurio in reuolutione, eloquentiorem solito reddit natum.

Mercurius ex quadrato uel opposito, infectus in reuolutione, per planetam significat impedimentum in quo sibi ipsi consulere nescit.

Lunæ locus in omni reuolutione pensandus, maxime in nocturna, nam habet maximam significationem in re corporis & animæ.

Quando ascendens reuolutionis peruenerit ad partem in qua timetur mors, uel gradus diuisionis annorum, uel eius dominus, eo anno corporis nati damna minatur, aut substantiæ minutionem captiuitatemq̃, uel quid simile.

Impedimenta sunt grauiora cum in reuolutionibus annorum anni mundi per profectionem peruenerit ad corpora infortunarum, da unicuiq̃ signo annum unū. Idem fiet si ad eorum malos radios applicuerit.

Ascendens reuolutionis ad locum radices Mercurij, & si in eadem radice habuerit cum loue testimonium, uel cum Venere, si aliquem horum in ea reuolutione aspexerit, significat acuitatem intellectus & sensuum, & inde bonum. Et si Mercurius fuerit in ipsomet signo, aut illū bene aspexerit, si sit liber ab infortunantibus & receptus, lucrabitur ex sua negotiatione, & si sit in ætate, filium habebit.

Cauda in ascendente reuolutionis, significat melancholiam.

Ascendens reuolutionis ad locum Lunæ radices, aut quòd ibi sit in reuolutione uel bene locum illum aspexerit, & sit salua à malis, dic corporis prosperam ualitudinem, & salutem amini & corporis, rerum incrementa, & gaudium, ac etiam ex muliere læticiam.

II.

SECUNDA domus significat substantiam, uictum, auxiliatores, & ministros &c. Pro his uide cuspides secundæ, & dominos earum in ambabus figuris. Item gradum diuisionis secundæ domus & diuisorem eius. Item gradum diuisionis louis, & diuisorem eius, omnia in ambabus figuris. Illis admisce significata domini anni, Alfridariarum &c. ut supra. Et si omnes, uel maior pars eorum salui fuerint, erunt significata domus secundæ bona. Si contrarium fuerit, erunt mala.

¶ Aphorismi.

Annus reuolutionis, id est, Ascendens reuolutionis ad partem Celati, & locus coniunctionis uel oppositionis præcedens natiuitatem, si ad radios fœliciti peruenit, diuitiæ ad natum peruenient causa alicuius iudicij.

Pars fortunæ in bono loco figuræ, id est, ubi fuerunt in radice stellæ fortunantes, uel eorum boni aspectus, decernit augmentum & lucrum substantiæ.

Dominus secundæ domus reuolutionis in ascendente reuolutionis, significat quòd ueniet substantia aliqua ad eum sine suo labore.

Stellæ primæ uel secundæ magnitudinis in domo nona radices, uel inter angulū nonæ & decimæ, eo anno quo directio ad eam peruenerit, si nonæ dominus non sit combustus aut cadens, natus tali anno fortunabitur. Idem etiam erit, si ad eū applicuerit dominus ascendentis.

Quando natalis hora fuerit aliquis planetarum in ascendente, uel in reuolutione in secunda domo, natus eo anno erit intentus in acquisitionem substantiæ.

Planeta peregrinus si in radice fuerit in secunda, & sit in reuolutione in ascendente, significat lucrum aliquod à parte, à qua non sperauerit. Qui si fuerit in

tertia

tertia, uel nona, erit lucrū illud in terra aliena, uel propter fratres, uel affines. Quòd si in quarta, à parentibus, uel per hereditates. Si in quinta, per filios. Et sic de alijs secundum significata domorū, Et nota quòd in hac re non cōsideramus aspectum nec applicationes.

Ascendens reuolutionis ad locum Iouis radicis, si ipse sit coniunctus per corpus, uel bonum aspectum, natus eo anno honorabitur, acquirat diuitias leuiter, & filium; si uiderit malo aspectu, hæc omnia fient, sed cum durtia. Si uero cum eo sit aliquis infortunans, damnabit Iouis significata.

Quando dominus ascendentis, uel Almuten natiuitatis coniungitur cū significatore substantiæ, scilicet cum domino secundæ, aut cum planeta existente, in secunda in radice, utilitas promittitur ex significatis significatoris illius. Exempli gratia, Mercurius fuit in secunda radicis, propter quod est significator substantiæ, & Mercurius est significator seruorū, utilitas igitur illa expectanda est in die qua Mercurius, & Iupiter dominus ascendentis radicis, coniungentur. Et sicut de significatore substantiæ per coniunctionem cum domino ascendentis radicis iudicauimus utilitatem & lucrum; simili modo iudicare poterimus de reliquis significatoribus suo modo.

Si dominus secundæ reuolutionis impediretur à domino ascendētis in aliqua reuolutione, dic natum eo anno non adepturum diuitias.

Infortuna in secūda reuolutione, significat quòd natus multa dispendia faciet, secundum naturam infortuna. Vt si Mars ibi repertus fuerit, minatur dispendia propter Martistas &c.

Pars fortuna debet inspici pro rebus substantiæ. Nam eo anno quo infortunio afficitur, nemo diuitias acquirat.

Pars fortuna in reuolutione sic projicitur. Quod est à Sole in Lunam in radice, projice ab ascendente reuolutionis. Si eam in reuolutione aspexerit aliquis suorum dominorū, lucrabitur illo anno talis natus. Alij uero sic. Vide quot gradibus pars fortuna distet ab ascendente radicis, & similiter illum numerum projice ab ascendente tux reuolutionis, & uide quo in loco fuerit, quæ si bene aspicitur, bonum significat, si male, natus aduersitatibus implicabit maxime si sic etiā in natali fuerit.

Melior fortuna quæ in reuolutione nato posset contingere, est quæ planeta qui in ea dominabitur sit fortunatus, receptus, & foelix, radio foeliciū stellarum ornatus. Quòd si infortunantes cum uiderint, contrarium iudicato. Si utriusq; secundum fortiozem dicito.

Quando dominus domus substantiæ applicat in reuolutione ad dominum ascendentis, habebit substantiam leuiter sine labore. Et si dominus ascendentis applicauerit ad dominum domus substantiæ, laborabit pro substantia, & acquirat eam. Et si dominus domus substantiæ separatus fuerit à domino ascendentis, non lucrabitur. Et si dominus ascendentis separatus fuerit à domino domus substantiæ, non intromittet se de substantia procuranda. Et hoc modo & uia, iudica de fratribus, filijs, & alijs domibus, secundum applicationes, & separationes. Pars fortuna ex trino Solis aspecta in radice uel reuolutione, dat lucrum, & commodum.

III.



pars &c.

TERTIA domus significat breuia itinera, fratres, & sorores, ac consanguineos, & religionem. Pro illis uide cuspides secunde, ac dominos eorum in ambabus figuris, Item gradum diuisionis tertiæ domus radicis cum eius diuifore, etiam in ambabus figuris. Deinde adiunge illis significata domini anni Alfridarij &c. ut supra, Et si omnia, uel maior

Apho

¶ Aphorismi.

Mars in reuolutione in loco Mercurij radicis, significat quòd exponet se periculis ledendi, aut perdendi fratrem, aut aliquem ex suis quem ut fratrem diligit. Saturnus dominus tertie reuolutionis in ascendente reuolutionis, sine aspectu significat quandam turbationem, & melancholiam propter facta fratris.

Dominus tertie radicis, si in aliquo anno fuerit in duodecima, uitæ periculum fraternalis, cuius fuerit reuolutio, indicat.

Dominus tertie radicis in aliqua reuolutione in decima, morietur eo anno frater nati.

Si aliqua ex infortunantibus fuerit in tertia reuolutiois, & aspexerit Solẽ, ille cuius reuolutio fuerit, amittet fratrem per abortum. Et si Luna appropinquauerit ei patientur talis nati fratres, qui eo sunt minores.

Multi planetae in tertia uel nona, significant crebra itinera.

Dominus tertie in decima, quæ est octaua à tertia, si tertia fuerit masculi, frater diem obibat, uel grauiter ægrotabit. Si foemininum, soror, uel habebit iurgia cum illis.

Infortuna in tertia reuolutionis, Solẽ aspiciens, significat ut supra.

III.



QUARTA domus significat patrem, ædificia, & fines rerum. Pro quibus obseruabis cuspides quartæ domus, tam radicis quàm reuolutionis, & dominos eorum. Item gradum diuisionis quartæ domus radicis cum eius diuisore in ambabus figuris. Quibus adde testimonia domini anni, Alfridararum &c. omnia ut supra.

¶ Aphorismi.

Sol, Luna, & pars patris cum Marte uel in eius quadrato uel opposito in reuolutione, si domini suorum locorum infortunati fuerint, aut in malo Martis aspectu, morietur pater nati, & maxime si aliquod luminarium fuerit in quarta. Idem erit, cum talis constellatio, scilicet luminaria fuerint infortunata. Dic ex Solis infortunia patrem nati damnificari regi.

Luminaria in septima uel quarta in reuolutione, aut pater aut mater morietur, maxime si ea loca in radice infortunata fuerint. Da Solem patri, Lunam matri.

Pars patris infortunata in reuolutione, patris mortem significat.

Sol uel Saturnus in quarta domo reuolutionis, si sit etiam dominus anni, uerificentur & patefient res quas significauit in radice de causis parentum in bono uel malo, fortuna uel infortuna.

Sol uel Saturnus, quando in reuolutione peruenerint ad signum & domum natalis, & planeta ibi applicans, sit eius anni dominus, uenient patri res quas in natali significauerant.

Saturnus retrogradus in quarta domo reuolutionis, circa res hæreditarias animum facit, uel parentum aliquis non recte habebit. Idem significat dominus decimæ in octaua.

Boni in quarta contribuent incrementa stabiliũ, Pars fortunæ ibidem idem faciet.

Si quando filius alicui nascitur, & Sol sit dominus quartæ domus, & Saturnus & pars patris fortes in bonis locis, & fortunati, uel ipsorum maior pars, eo anno pater

Pars fortunæ uitæ significatrix, siue Hylech in radice, & si in reuolutione aliqua Eclipsis huc applicuerit, eo anno natus luminibus orbabitur.

Quando Sol & Luna fuerint significatores uitæ, & si per directionē ad Medium cœli Eclipsis pertingeret, uisus nati debilitatur, aut perdetur. Si autem non fuerint uitæ significatores, & peruenerint per directionem eorum ad Medium cœli Eclipsis, significant detrimentum honoris, & substantiæ.

Si stella fixa ex infelicibus fuerit in reuolutione, in sexta uel octaua, uel si eam in radice habuerit in ascendente, significat quod eo anno grauer patietur in corpore, præsertim in capite.

Dominus secundæ domus reuolutionis cum aliqua stella fixa, quam natus in ascendente radicis habuerat, significat quod natus eo anno ex squinantia, catharro, aut gutturis passionibus patietur, de quibus stellis dic per cæteras domos secundæ ipsarum proprietatem, dando caput Ascendenti, & septimæ etiam caput, & octauæ collum, & sic per ordinem de cæteris.

Si in reuolutione Luna, & Mercurius se non aspexerint, nec eorū alter ascendens, & infortunæ sint angulares, Saturnus in nocte, & Mars in die, & maxime in Cancro, Virgine, uel Piscibus, eo anno ex aduersa ualitudine sensum amittet. Et si aliquis eorum fuerit in dictis signis, peius erit.

Luna coniuncta Marti, & Capiti in duodecima radicis, si fuerint ambo in quadrato Solis, & Iouis, indicant natū fieri gibbosum post annū eius duodecimum.

Infortunantes stellæ si ad eum locum Lunæ applicuerint, & Luna si ad infortunantes applicuerit, & anni significator sit in malo loco, significat illo anno laboriosam uitam, aut aduersam ualitudinem nato, si fuerit in sexta domo. Idem fieret si Luna applicuerit ad locum radicis in quo fuit aliquis infortunantium, idēq; magis si fuerit in prima, sexta, duodecima reuolutionis, præcipue si Luna fuerit in radice infortunata.

Luna in reuolutione in loco in quo fuit Saturnus in radice, significat concubium eius cum uetula, uel ægritudinem eius ex causa frigida.

Dominus Ascendentis reuolutionis in octaua retrogradus, sine auxilio fortunæ, minatur infirmitatem.

Mars reuolutionis, si locū Veneris radicis maculat, significat quod ex nimia commestione, uel coitu, incurrat ægritudinem.

Dominus sextæ reuolutionis, cum cauda significat quod seruorū aliquis, seu ancillarum uitæ discrimina subibit.

Dominus ascendentis radicis in opposito Saturni, & Lunæ, cum Cauda in opposito Martis, minatur alterationem melancholicam, deinde acutam.

Quando aliquis planeta in reuolutione infortunatus peruenerit ad locum Lunæ, erit damnum per ea quæ Luna significauerit, impedimentumq; aduersæ ualitudinis, maxime si reuolutionis dominus fuerit in natali infortunatus.

Dominus sextæ in prima significat quod seruorum aliquis diē suum obibit.

Saturnus in ascendente, significat ægrotationem de sui natura.

Sol, uel Luna à quadrato, uel opposito Martis aspectus, caueat ne oculus aliqua ex parte lædatur ex aliquo ictu, aut ne ex alto corruat, neue ab equo calcitroso aliquid sinistra sentiat.

Mars, & Mercurius cum Cauda denunciant alterationem melancholicam, cum uentris profluuiō.

Profectio ascendentis ad partē anni in quo timetur mors, uel gradus diuisionis ascendentis, uel eius dominus ad hanc partē, significat corpori aduersa, uel substantiæ, uel captiuitatem, uel quid simile.

Dominus ascendentis radicis natiuitatis, si fuerit infortuna, & si in reuolutione ad signū ascendentis peruenerit, & idem planeta fuerit dominus, & significator anni

anni illius, & aspexerit illud signum applicationis in reuolutione de quadrato, uel opposito, significat illo anno infirmitates, dolores, & tristitias, de natura illius signi, & de natura illius planetæ, & signi in quo fuerit à quo aspicit signum eius.

Quando gradus ascendentis fuerit uitæ significator, & profectio anni peruenerit ad locum Eclipsis, cæcabitur natus eo anno.

Quando ascendens reuolutionis peruenerit ad locum Saturni, uel ad ipsius malum aspectum, & ipse ibidem, uel ipsius loci malo aspectu, significat febres cū tremore, uel quartanas si fuerit angularis, uel in succedentibus, & si Mars eū aspexerit, transibit de una febre in aliam, & si fortunæ uiderint, liberabitur medicinis.

Ascendens reuolutionis ad locum Martis radice si malè aspexerint, uulnera, metum, litigia, & incendium, uel febres acutas, maxime si in angulis, uel succedentibus fuerit, & forte cum metu magno peregrinabitur.

Dominus anni in angulo occidentis cum Luna, & dominus signi sit in suo casu, uel in opposito domus suæ, infirmitatem minatur.

Sol, uel Venus si ex quadrato Saturnum aspexerit, significat ægritudinem ex humore crasso, & melancholico, uel timeatur conturbatio, præsertim si tunc Luna, aut Mars fuerint infecti.

Luna cum cauda, significat humorū corruptionem, & malignitatē, cū Capite, augmentum, similiter cum Ioue, & Venere, cum Marte incensionem.

Luna coniuncta, uel opposita planetæ existenti in sexta, dabit membro illi domui subiecto infirmitatem, uel saltē discrasiam, præsertim si fuerit infortunata, & in domo mala radice, uel in domo mala à Luna radice. Verum si talis coniunctio fuerit in ascendente, dolorem capitis commouebit, à causa calida, si sit Mars, si Saturnus, grauitatē, si in tertia, in collo, & gutture, & sic de alijs, præsertim si in Tauro. Exemplum secundi, Sit Luna in Piscibus in radice in nona, quando coniungitur cum domino sextæ in Leone, quod est in secunda radice, tamen in sexta à loco Lunæ radice, dat cruditatē stomachi, quoniam Leo stomachum habet, & Luna est dupliciter infortunata, primo, quia in sexto signo à radice sua, secundo, quia coniungitur cum domino sexto natiuitatis &c.

Luna, uel profectio eius ad quadratum, uel oppositū Mercurij radice, aut reuolutionis, si peruenerit, aliquam perturbationem ex parte seruorum, aut alicuius Mercurialis expectetur, causa significatorū illius domus in qua Mercurius fuerit, uel causa domus, cuius ipse dominus extiterit.

Cum Luminaria peruenerint ad quadratum, uel oppositum locum radice, & infortunæ ad loca radice, uel ad quadratum, uel oppositum eorum, & profectio ascendentis, & Lunæ similiter ad loca mala, significant magnum periculum corporis, ac discrasiam, dura negocia, difficultates, & contrarietates.

Saturnus & Mars si testimoniū habuerint in reuolutione, & uiderint se quadrato, significant ægritudinem melancholicam, turbationem, uel damnum.

Si Saturnus fuerit dominus anni, & laeserit diuisorem, uel Ascendens radice, uel reuolutionem, & præsertim Lunam, significat flegmaticos, & melancholicos humores, & catharrum, præsertim circa inferiores corporis partes, si Saturnus fuerit in Sagittario, Capricorno, Aquario, uel Piscibus.

Saturnus dominus anni, ac dominus profectiois Lunæ, & similium Hylegiorum plurium, curas animi, & sollicitudines, turbationesq; uarias, & melancholicas passiones.

VII.

SEPTIMA domus significat mulieres, inimicos manifestos &c. Pro illis uide cuspides septimæ, ac dominos eorū in ambabus figuris. Etiam gradum diuisionis septimæ domus radice, & eius diuisorem, in utraq; figura, & commisce illis significata domini anni, Alfridariarum, &c.

ut supra.

☉ Aphorismi de tempore coniugij.

Directio Iouis ad partem coniugij radicis, significat nuptias, etiam si fuerit fortis aspectus ad ipsam partem.

Ingressus Veneris ad locum Iouis in reuolutione, decernit plerumq; uxorem.

Si dominus signi partis coniugij fuerit in eodem loco radicis, cum parte coniugij, completis primis annis illius signi, nuptiæ decernuntur. Sunt autem tempora signorū Arietis 15. Tauri 21. Geminorum 24. Cancrī 22. Leonis 39. Virginis 41. Libræ 41. Scorpionis 37. Sagittarij 33. Capricorni 27. Aquarij 21. Piscium 15. Si uero hunc locum non aspexerit, & sit alia stella ibi, cum tempora illius stellæ fuerint completa, nuptias pollicentur.

Quando profectio ascendentis peruenerit ad septimam radicis, uel si Ascendens reuolutionis fuerit septimum radicis, uel directio Lunæ ad stellas fixas fortunantes, sunt tempora coniugij.

Quando Iupiter applicuerit parti coniugij, uel pars ipsa ad Iouem, uel gradus septimæ ad gradum domini ascendentis, uel ad ipsummet ascendēs, uel Iupiter ad gradum Veneris, significant coniugium.

Dominus ascendentis reuolutionis in septima, à nullo aspectus, significat coniugium, & in nona, iter. In sexta, octaua, uel duodecima malas ualeitudines, uel carceris angustias, uel malum ab inimicis, In undecima, spem bonam, In quinta, filiū, &c. Quando domini aliarum domorum fuerint in alijs domibus sine aspectu, significant modo prædicto.

Luna coniuncta Soli in reuolutione, ducet uxorem.

Oppositus Mercurij ad septimam reuolutionis, periculum uxoris, & infortunium inimici manifesti.

Venus occidentalis à Sole, si in anni reuolutione fuerit coniuncta infortunantibus stellis, uel in ipsorum malo aspectu, mortem mulieris significat eo anno.

Venus coniuncta Caudæ, uxor non recte habebit.

Sol & Luna oppositi in malis locis, caue foeminarum insidias.

Applicatio ascendentis radicis ad signum septimum natiuitatis, si natus in ætate apta fuerit, eo anno decernit uxorem.

Ascendens reuolutionis ad locum Veneris radicis, aut signum septimum radicis, uel ad locum partis coniugij, uel si in aliquo illorū fuerint significatores coniugij, uel Iupiter, aut Venus in reuolutione aspexerit ipsum locum, significat coniugium. Similiter quando Iupiter peruenerit ad locum Veneris in radice, uel aspexerit eam in domo sua, uel Veneris, de trino, uel sextili, dic coniugium futurum, & filios.

Luna existente fortunata si Venerem bene dispositam trino aspexerit in reuolutione, promittet lætitiā ex muliere, augmentum in coitu, & rebus Veneris.

Sol in reuolutione in septima, significat controuersias, aduersus nobiles, & potentes, atq; litigia.

Saturnus in septima reuolutionis, significat diurnos gemitus, atq; illum mortuorum causa efficit anxium.

Signum reuolutionis ascendentis ad signum sextum, septimum, uel duodecimum radicis perueniens, indicat eo anno malum futurum, maxime si hæ domus in radice fuerint infortunatæ. Sed septima rixas, & litigia multa significat.

Noli quemq; oppugnare cuius natiuitatis dominus fuerit anni reuolutionis dominus.



CTAVA domus significat mortem, hæreditates mortuorum &c. Vide igitur cuspides octauæ, & eorum dominos in utroq; tempore, Item gradum diuisionis domus octauæ radicis, & eius dominū, id est diuisorem in ambabus figuris, commiscendo illis significata reliquorum, ut domini anni, Alfridariarum &c. ut supra.

¶ Aphorismi.

Obuatio mala radiorum [ad significatorem uitæ tam infausta quàm prospera sic cognoscitur in reuolutione annorum nati. Quando loca obuiationis mala fuerint, & infortunata, obstātia locis principalibus genituræ, nam tunc conueniens est dicere quòd id quod eo anno uenturum est, pro certo erit mors. Obuiationē malam intellige planetas infortunantes, uel eorum radios quadratos, uel oppositos, & nonnunq; etiam trinos uel sextiles.

Si uideris per directionem natum aliquo anno iter factorum, & quòd eo anno incurret in itinere aliquod periculum, uide si illo anno fuerit in reuolutione abscisso, nam tunc iudicatio natum ex illo periculo moriturum.

Quando dominus anni, & dominus radicis fuerint infortunati, fueritq; dominus anni retrogradus, uel cōbustus, & Luna similis fuerit infortunata à loco in quo nulla sit receptio, significat quòd ille cuius est reuolutio seipsum interficiet illo anno, aut committet rem propter quam occidetur, uel propter quam recipiet magnum damnum, & grauitatem, maxime si fortunæ remotæ fuerint, & cadentes ab eo. Et si tibi fuerit aliquod testimonium fortunarum, aliquantulum remouebunt, aut iurabunt, ut euadat & exeat ab illis impedimentis, & anxietatibus.

Dominus anni cadens ab ascendente, & Luna uacua cursu, significat uacuitatem, & pigr̃tiam in omnibus rebus. Similiter etiam si Luna non aspexerit domum suam, & applicuerit planetæ debili.

Quando dominus anni aspexerit Ascendens, uel signum profectiois ascendentis de quadrato uel opposito, est sicut aspiceret ibi infortuna, significat enim malum illo anno. Quòd si aspectus fuerit trinus, uel sextilis, significat contrarium.

Dominus anni combustus, accident illo anno impedimenta, anxietates, & fortes dolores de natura illius planetæ, qui fuerit dominus anni, commixta cum natura Solis. Similiter si planeta idem cum eo quòd combustus sit fuerit auctus lumine, & numero, malum impedimentum, & infortunium minuit. Similiter si fuerit in domo sua, uel in aliquo locorum, in quibus fortificatur, & uirtus eius minuit de malo. Tamen si fuerit in casu suo, cadensq; ab angulis, & in locis in quibus debilitatur eius natura, crescit in malo, & impedimento suo.

Cometa in ascendente reuolutionis, uel radicis, uel in loco Lunæ natiuitatis nocturnæ, peribit natus eo anno.

Fortuna radicis, si fuerit dominus loci mortis, & in reuolutione peruenerit ad significatorem uitæ, uel significator ad eum, abscindit sicut infortunans stella.

Quando Sol & Luna fuerint significatores uitæ, & si directio eorum ad ascendens radicis pertingeret, significat mortem.

Quando gradus ascendentis fuerit uitæ significator, & profectio eius peruenerit ad locum Eclipsis, significat mortem.

Pars fortunæ significatrix uitæ, siue Hylech, si ad gradum Eclipsis applicuerit, significat mortem.

Eclipsis Solis in quouis loco ubi fuerit cauda in radice, si fuerit in eodē gradu, eo anno natus ille morietur. Si autem prope gradum illū, fiet in periculo mortis.

Eclipsis in aliquo angulo radice, & maxime in ascendente in ipsomet gradu, erit etiam mortis periculum.

Si in radice natiuitatis Saturnus fuerit in signo igneo, & uitæ significator in aqueo, aut terreo, & Saturnus eò radios iaculetur, erit eo anno mors in quo significator ad Saturni radios peruenerit.

Cum fortuna fuerit domina loci mortis radice, & in reuolutione anni iuerit ad significatorem uitæ, uel significator ad eam, abscindet sicut infortunans stella.

Cum gradus ascendentis fuerit uitæ significator, & profectio anni peruenerit aliquo anno ad locum eclipsis, ea eclipsis mortem nati denuncia,

Si luminare fuerit uitæ significator, & peruenerit profectio anni ad locum eclipsis, uel ad Medium cœli eclipsis, damnabit uisum nati. Et similiter si applicuerit ad loca luminarium, aut in radice uitæ significator, damnus erit nato in honore & diuitijs.

Venus in octaua, hæreditatis portionem, & diuitiarum incrementa significat.

Dominus ascendentis reuolutionis cum cauda, ueneni pocula uitanda.

Quoties in reuolutione aliqua dominus gradus ascendentis peruenerit ad terminum infortuniij, & postmodum uadit ad aliud infortunium, uix eo anno natus euadet.

Saturnus in anni reuolutionis in octaua diurnus, genitorem atq; natum mortuorum causa efficit anxium.

IX.



NONA domus significat longa itinera, religionem, somnia &c. Considera igitur cuspides nonæ, ac dominos eorum, in duabus figuris. Item gradum diuisionis nonæ radice, & diuisorem eius in duabus figuris. Quibus commisce significaciones domini anni &c. ut supra.

¶ Aphorismi.

SOL in nona, significat honorata itinera, uel ad Regem iter, sic etiam Iupiter, uel Caput in nona.

Pars fortunæ in nona, significat in itineribus lucrari.

Dominus uel Rex anni in nona, significat iter.

Luna radice in nona reuolutionis, itinera significat.

Dominus ascendentis reuolutionis in quarta domo, significat quòd eo anno non faciet iter, de quo uide eius statum in figura, & secundum eius fortitudinem uel debilitatem profer iudicium.

Iupiter dominus anni à Sole combustus significat damnus in lege sua, euenient ei res turpes & male, idem dic de cæteris planetis secundum eorum naturam, ut Mercurius impedit in computo & numeris, in scripturis & consilijs.

Dominus nonæ in duodecima, pauca utilitas in longis itineribus.

Planeta peregrinus in ascendente radice, si fuerit in tertia uel nona reuolutionis, peregrinabitur natus eo anno secundum naturam domus in qua fuerit.

X.



DECIMA domus significat dominia, magistratus &c. Pro illis aspice cuspides decimæ domus, & dominos eorum in ambobus temporibus. Item gradum diuisionis decimæ domus radice, & eius diuisorem in utraq; figura. Illis commisce reliqua, ut supra diximus.

Aphori

Aphorismi.

Cometa in Medio celi tam radicis quam reuolutionis, si Sol uel Mars ibi aspexerit, eo anno natus ad dominium, aut ad magnam dignitatem perueniet.

Luna infortunata in reuolutione, significat matri malū, & nato animi, & corporis ægritudinem, si nocturna sit reuolutio, & Saturnus Lunam aspexerit.

Luna coniuncta Soli in reuolutione, propriæ dignitatis ornamenta deperdit.

Quando ascendens reuolutionis peruenerit ad signum decimæ radicis, natus eo anno magisterium renouabit suum.

Mercurius in reuolutione, in loco in quo fuerit Iupiter in radice, significat dignitatem, & honorem quem ab alio se maiore habebit.

Luna applicans domino ascendentis amico aspectu, adducit significatum domini in qua Luna fuerit. Vt si Luna esset in decima reuolutionis, & applicaret domino ascendentis, significaret in dominio, & magisterio.

Mars, & Saturnus in decima, mortem matri minantur.

Ascendens radicis si fuerit Medium cœli reuolutionis, significaret honores.

Dominus Medijcœli in ascendente reuolutionis, significat nato annum honorificum.

Solis locus in reuolutione, præsertim diurna pensandus. Nam non poterit quisquam eo anno honorem adipisci, in quo Sol aliquo laborauerit infortunio.

Ascendens reuolutionis ad locum Solis radicis, si tale signum sit angulorum radicis, bonum erit nato à regibus, uel magnis uiris, uel parentum suorum, & si fuerit in reuolutione infortunatus, contrarium, & aduersas ualeitudines.

Ascendens reuolutionis ad locum radicis Capitis, & in reuolutione ibidē fuerit, & Sol, aut Iupiter aspexerit, dic bonam nati famam, & laudem adepturum.

Dominus profectiois Solis infortunatus, & dominus decimæ similiter, natus non exaltabitur illo anno, imò in dignitate sua, & officio, difficultates & molestias patietur.

Vide significatorem anni, cui coniunguntur significationes, testimonia, & uirtutes anni, cuius modi statum habuerit in figura illius anni, & figura radicis. Si eum inueneris in ambabus figuris in bono statu, & receptum, iudica illi cuius est reuolutio, illo anno nobilitatem, & honorem bonum, & meliorationē in suis rebus. Si in radice fuerit fortunatus, & receptus, & in reuolutione etiam, significat bonū statum, & quòd annus bonus erit, hilaris, & utilis. Quòd si ambas significationes in ambabus figuris inueneris, in casu, & infortunio, erit significatio mala in labore, & anxietate illo anno.

Sol ad quadratum uel oppositum ascendentis radicis, uel domini eius, significat labores, & difficultates ex parte regis, uel à patre.

Mars in decima domo reuolutionis, præcauendum est ex casu ab alto, uel ab equo calcitroso.

XI.



VND EC IMA domus significat amicos, & socios &c. Pro quibus uide cuspides undecimæ domus, & dominos eorum in ambabus figuris. Item gradum diuisionis undecimæ radicis, & eius diuisorem in ambabus figuris, illis commisce ut supra, &c.

Aphorismi.

MArs cum fuerit dominus ascendentis reuolutionis, & irradiauerit quintam, & undecimā bono aspectu, significat hilaritates, & uoluptates cum amicis, & bonis fautoribus, & cum eis in quibus natus confidit.

Venus

Venus domina undecimæ in utraq; figura fortunata, idem significat.
Iupiter uel Venus in undecima reuolutionis, nouos non obscuros amicos cõ
ciliabit sibi natus, cuius est reuolutio secundum naturam planetæ.

XII.



DUODECIMA domus significat inimicos occultos, & animalia ma
gnæ molis &c. Vide igitur cuspides huius domus, & dominos eorum
in ambabus figuris. Etiam gradum diuisionis huius domus duodecimæ
radicis, & eius diuisorem, etiam in ambabus figuris. Quibus ad
misce significaciones domini anni &c. ut supra.

¶ Aphorismi.

Quando Ascendens reuolutionis peruenerit ad locum Caudæ radicis, signifi
cat natum uenire in posse suorum inimicorum, & metu aufugiet. Et si infortu
næ eam aspexerint, dicendum futurum à uilibus personis, duritiem atq; la
borem in rebus agendis.

Ascendens reuolutionis si fuerit signum sextum, septimum uel duodecimum
radicis, significat malum nato eo anno, & maxime si hæc domus in radice fuerint in
fortunata. Sed septima rixas & litigiã multa significat.

Dominus reuolutionis à Sole combustus, significat grauiora detrimenta.

Sol in duodecima infortunatus, significat quòd inimici occulti, molientur na
to multam grauitatem. Hoc idem significat Saturnus reuolutionis in quadrato loci
radicis.

Stellæ fœlices si in aliquo anno fuerint in duodecima domo, significant quòd
inimici nati contra eum præualebunt. Si uero infœlices in duodecima fuerint, dic
contrarium.

Ascendens reuolutionis quando peruenerit ad partem anni, in quo timetur
mors, uel gradus diuisionis annorum, uel dominus eius, eo anno tali nato corpori
aduersa minatur, aut substantiæ minutionem, aut captiuitatem, uel quid simile.

Angulus quartæ & septimæ, & eorum domini si in aliqua reuolutione fuerint
infortunati, eo anno grauiã impedimenta decernunt.

Capricornus in duodecima domo, & Aquarius in ascendente reuolutionis, si
gnificat quòd aliqui hostes occulti, ultro amicitiam nati exposculabunt.

Capricornus uel Aquarius in duodecima reuolutionis, & Saturnus in septi
ma, significant quòd hostis occultus fiet nato publicus.

Mars in duodecima, ex quadrupedibus damnũ, uel aliquid sinistri significat.

Iupiter in duodecima, significat potentes aduersarios propter inuidiam, cum
etiam est dominus sextæ, sed nihil obesse poterunt, etiam quòd aduersariorum im
probitas conculcabitur, & lingua odiosa obmutescet.

Saturnus in Leone retrogradus ab equo aliquid sinistri sentiet, & multa dis
spendia propter equos.

Peius quod habere possit ille, cuius est reuolutio, erit, quando dominus anni
fuerit in aliquo angulorum infortunatus à planeta infortunante ipsum sine receptis
one de quadrato uel opposito, & qui iunctus fuerit cū eo corporaliter in radice, quia
tunc in illo anno habebit anxietates, labores, & amissiones multas &c.

Nunc

Nunc de significationibus planetarum, quando fortunati, uel infortunati in reuolutione natiuitatis inueniuntur.



SATVRNVS in anni reuolutione infortunatus repertus, significat malum statum, & damnum senibus illius progeniei, ac in rebus Saturni, etiã in rebus signi in quo est Saturnus, & domus in qua fuerit. Sed commisce illi etiã iudiciũ gradus diuisionis Saturni radicis, & eius diuisoris. Si fortunatus fuerit dic contrarium huius.

Iupiter infortunatus, significat malum statũ in uictu, diuitijs, & rebus Iouis, & de natura signi, & domus in quibus fuerit. Si fortunatus fuerit, profer contrarium, & adiunge etiã iudiciũ gradus diuisionis loci Iouis radicis, & eius diuisoris.

Mars infortunatus in reuolutione, significat malum statũ in fratribus, & militia, & damnum in itineribus, secundum naturam signi, & domus ut supra. Si fortunatus dic contrarium, & commisce significatum gradus diuisionis Martis radicis, & eius diuisoris.

Sol infortunatus, significat damnum in parentibus, & in maioribus illius progeniei, secundum naturã signi, & domus in qua fuerit, omnia ut supra. Sed semper permisce cum significato gradus diuisionis, & diuisore Solis in radice.

Venus in reuolutione infortunata, significat in mulieribus, & concubinis, uersibus, amicis, socijs, & filijs, disturbance in uicijs, & appetitu. Si fortunata fuerit, profer contrarium huius. Vide etiã gradum diuisionis Veneris radicis, & eius diuisorem, & commisce prioribus.

Mercurius infortunatus in reuolutione, significat impedimentum de quo nescit sibi consulere, ignorantiam, & damnum intellectus, ingenij, & scripturarum, & in filijs, atq; seruis. Si fortunatus, significat contrarium dictorum, his permisce significatum gradus diuisionis Mercurij radicis, & eius diuisoris ut supra.

Luna infortunata in reuolutione, significat malum statum, & damnum in suo corpore, diminutionem salutis, damnum matri, ac suis sororibus. Item animi, & corporis angustias, maxime in diurna reuolutione. Contrarium uero dic, dum fuerit fortunata, & foelix. Commisce tamen semper illis gradus diuisionis Lunæ radicis, & eius diuisoris significationes &c.

CAPVT DVODECIMVM.

De situ planetarum in signis reuolutionis tẽpore, siue de reditu &c.



VANDO aliquis planetarum redierit in reuolutione ad locum suum in quo fuit in radice, adducit illam significationem quam significauit in radice de bono uel malo, maxime quando Luna iuncta fuerit cum illo planeta.

De reditu Saturni.

Quando Saturnus fuerit in reuolutione in signo in quo fuit in radice, significat quod mouebitur de una dignitate in aliam. Et si ceciderit in reuolutione anni in aliquo angulorum, significat bonum, & dignitatem, & melior angulorum est Medium cœli, quia significat regnum, & dominium. In septima, significat quod habebit à mulieribus bonum, & de rebus suis. Et sic iudica in alijs domibus secundum hanc rationem, & secundum quod posse fuerit, ac debilitas, uel fortunium, aut infortunium ipsius.

Saturnus in reuolutione ad locum Iouis radicis, & si fuerit in radice, uel reuolutione dominus ascendens, aut dominus partis fortunæ, aut dominus loci Solis, in natiuitate diurna, aut loci Lunæ in natiuitate nocturna, bonum statum nati significat, & meliorationem in omnibus rebus. Et si fuerit homo alicuius ualoris, habebit lucra de terris, & redditibus, bonum faciet fratribus, amicis, & notis. Et si nihil habuerit de prædictis, damnum significat in substantia, terris, & hæreditatibus suis, si eas habuerit, & inter ipsum & amicos, & consanguineos eius accident rixæ, ac caussa, & oppugnabitur ab eis.

Saturnus in reuolutione ad locum Martis radicis, & si habuerit in radice, uel reuolutione aliquod ex prædictis testimonijs, significat quod natus ibit itinera, erit oportunus suis fratribus, & amicis, bonum habebit ab eis, non certificabitur in consilijs suis, eius negocia cum duritia fient, & damnatur lex, fides, & uoluntas ipsius, pro quo malum dicitur de eo. Et si nullum ex prædictis testimonijs habuerit in radice, uel reuolutione, accident nato anxietates & penæ pro fratribus, & amicis suis tristitias habebit, ad loca extranea ibit, & si fuerit receptus, diriguntur, & meliorantur res istæ.

Saturnus cum Sole corporaliter iunctus in reuolutione, si habuerit aliquod ex prædictis testimonijs in radice, uel reuolutione, significat quod habebit impedimenta ex parte regis, & per anxietates transibit, habebit rixas, & iurgia cum mulieribus, & pro eis tristitias, infirmabitur infirmitatibus calidis, de quibus metum habebit, & si non infirmabitur, habebit iurgia & rixas, & aliqua de suis mulieribus morietur, & si uixerit pater eius, morietur forsitan illo anno, & damnabitur eius dominium, si habuerit illud.

Saturnus in reuolutione ad locum Veneris radicis, significat quod natus ibit itinera, & minuetur eius uoluntas ad iacendum cum mulieribus. Si aptus fuerit ad habendum filium, habebit illum illo anno, capiatur amore.

Saturnus in reuolutione ad locum Mercurij radicis, minuetur intellectus nati, faciet iter, si filios habuerit, tristitiam habebit de ipsis, exponet se periculis, & rebus de quibus metum habebit, loquetur fabulas quæ sibi damnum inferent, eius mercantia, & magisteria damnabuntur.

Saturnus in reuolutione ad locum Lunæ radicis, damnum in mulieribus significat, uel cadet ab alto. In hoc aspice etiam ad Lunam in quo fuerit signo, quia si fuerit in angulo, accident ei damna, & labores de natura signi in quo fuerit Luna. Si fuerit humanum, erit damnum ab hominibus, Si de forma animalium, erit damnum ab eis, Si in forma bestiarum, erit ab ipsis, Si in Scorpione, erit à reptilibus ferientibus, Si in Cancro, uel Piscibus, erit à reptilibus aquarum, uel ipsarum occasione, & damnabitur regnum, & dominium eius, si illud habuerit. Et si Luna fuerit in ascendente radicis, fortem infirmitatem habebit, de qua erit in periculo, & timore.

De reditu Iouis



VANDO Iupiter peruenerit in reuolutione ad locum in quo fuit Saturnus in radice, seruantur significationes Iouis, & minuuntur malæ significationes Saturni, & aptantur, & erit de bona uoluntate, lege, & credulitate, & in suis negocijs, ac petitionibus fortunatus, bonum habebit à suis amicis, & eius inimici fient amici sui, & perquirent amicitiam & amorem ipsius.

Iupiter in reuolutione ad locum suum radicis, renouat, & adducit bonum quod significauit in radice, habebit lucra, & substantiam à parte qua non sperabitur, nec suspicabitur.

Iupiter in reuolutione ad locum Martis radicis, natus faciet itinera, & bonum de eis habebit, euenient ei lucra, & utilitas ex parte itinerum, & locorum extraneorum, ac regum, et hominum armigerorum. Si aptus fuerit habebit forte filium illo anno, et sui fratres bonum habebunt, aut illi quos tenet loco fratrum

Iupiter

Iupiter in reuolutione ad locū Solis radicis, uel si fuerit combustus, & Iupiter habuerit testimonium in radice natiuitatis, uel reuolutione, aut in signo applicationis, natus erit in periculo mortis, donec transeat combustionem, uel donec transeat Sol gradum applicationis, aut gradum ascendens reuolutionis, & si hoc transierit, euadet, & accidet ei metus ex parte regis, & abscondet se ab eo, accidet ei infirmitates ex calore, à suis parentibus bonum habebit, uel ab eis qui sunt ei in similitudine patrum. Et si Iupiter in hoc fuerit orientalis, significat magnam fortunam.

Iupiter in reuolutione ad locū Veneris radicis, accidet infirmitas sibi, & damnatio complexionis, eius corpus macrescet, ascendet in precium, & ualorē, & eius negocia dirigentur, multos amicos ipsum diligentes habebit, erit completus, & bonæ famæ. Et si Venus in hoc infortunata fuerit, & aliquod testimonium habuerit in radice, uel applicatione, in periculo moriendi illo anno erit.

Iupiter in reuolutione ad locum Mercurij radicis, ascendet ad intellectū, domos, & artem sapientes, nutrices, & seruiens, meliorabitur negocium, & domus eius, augebitur in precio, & ualore. Et si Iupiter in hoc fuerit dominus mensis, aut ascendens radicis, uel reuolutionis, crescent eius bonæ significationes prædictæ.

Iupiter in reuolutione ad locum Lunæ radicis, significat meliorationem in statu, negotio, & corpore suo, & incrementum in substantia, bono, filijs, & lætitijs. Et si Iupiter in reuolutione aspexerit locum Lunæ radicis, uel sibi iungetur, & fuerit Iupiter in bono loco, exhibet de miseria, & necessitate si erat in ea, & meliorabitur negocium, & corpus eius.

Iupiter in reuolutione anni, si ad ascendens radicis peruenerit, uel ad signum quintæ domus radicis, uel ad eorum dominos, aut ad locum Veneris, uel ad locum Lunæ, aut ad partem filiorum, uel coniungetur alicui horū, uel eos aspexerit de bono aspectu, illo anno filium habebit, de quo lætabitur, si habendi filios significationem habuerit in radice.

¶ De reditu Martis.



VANDO Mars peruenerit in reuolutione ad locum in quo fuit Saturnus in radice, crescet in amicis, & faciet itinera breuia. Et si Mars cum hoc testimonium habuerit in reuolutione, petitiones, & eius negocia tardabuntur. Et si Saturnus testimonium habuerit in reuolutione, minuit malum Martis, quia dissoluit quod ligat Mars, cum tarditate, & frigore suo, accidet tamen ei anxietates de uulneribus, & percussionibus, & si acciderit in anno in quo applicat Mars ad locum Saturni, quod similiter Saturnus applicet ad locū in quo fuit Mars, significat quod fugiet illo anno de terra sua.

Mars in reuolutione ad locum Iouis radicis, ibit itinera profectuosa, lucrabitur ratione bestiarum, & animalium, & forte filium habebit, maxime erunt hæ significationes si ascendens radicis, aut signum applicationis anni (id est signū ad quod est profectio ascendens eodem anno) uel ascendens reuolutionis fuerit domus alicuius eorum.

Mars in reuolutione ad locū suum radicis, & fuerit idē locus aliquis angulorū, & habuerit aliquod testimoniū in reuolutione, & significauit in radice bonū, habebit illo anno ualitudinē, bonū, & lucra ab armigeris, & si aspexerit ascendēs, aut signū applicatiōis, significat itinera bona, augmētū in hominibus, & societate, ac potētia. & si cadēs fuerit ab aspectu applicatiōis, & aspectu ascendētis, & habuerit testimoniū in reuolutione, habebit bonū p magisteria ferri, uel p sanguinē aut quod his assimilāt.

Mars in reuolutione diurna iunctus cum Sole, accidet tristitia, & labores, ex parte regis, & infirmitates calidæ. Et si Mars fuerit, & cum hoc dominus anni in signo calido, & sicco, accidet ei magnum impedimentum, & periculum per calorem, aut ignem. Et si fuerit in signo communi, forsitan occidetur. Et si cum hoc reuolutio fuerit nocturna, omnes hæ significationes erunt minores, & leuiore.

Mars in reuolutione ad locum Veneris radicis, intromittet se multū de iacēdo cum mulieribus, & ex illis multas habebit, eueniet ei labor aliquis propter eas, multos habebit amicos, dilectus erit, & completus, & bene famosus inter homines. Et si Mars in reuolutione anni habuerit testimoniū, infirmabitur ex superflua commestione, & coitu. Et si Venus habuerit testimoniū in anno, infirmitates eius erūt ratione medicinarum, & ex motu sanguinis, aut forte accident ei dolores in gula. Et si Venus cū hoc fuerit in signo Virginis infortunata, erit in mortis periculo illo anno. Et si fuerit cum hoc prædicto statu applicante Marte in reuolutione ad locum Veneris, & Mars infortunauerit eam, in radice uel reuolutione, per coniunctionē, uel aspectum, significat magnum malum in appetitu mulieris, & fornicationis cum dedecore.

Mars in reuolutione ad locum Mercurij radicis, dicit falsitates, & mendacia, erit in periculo perdendi se, & aliquem ex fratribus suis minoribus, uel quem tenet loco fratrum minorum. Et si Mercurius cum hoc testimoniū habuerit in anno, & fuerit infortunatus à Marte, erit similiter in metu perdendi se. Et si Mars uice Mercurij habuerit testimoniū in anno, hæ significaciones minores, & leuiores erant, excepto quòd natus exponet se periculis illo anno.

Mars in reuolutione ad locū Lunæ radicis, & ipsa in bono loco, & habuerit testimoniū in anno, significat q̄ habebit dominiū, & filiū. Et si Mars habuerit testimoniū, eius uice faciet itinera parua, ratione societatis sue, uel mulierū, & si habuerit aliquod dominiū dominabitur.

¶ De Solis reditu in locum suum.



VANDO Sol in reuolutione anni fuerit in Leone in aliquo angulorum, in bono statu, ab infortunis liber, & habuerit testimoniū in anno, & radice, significat corporis sanitatē, utilitatem, & lucrum. Et si infortunatus fuerit in domo sua, accidēt ei dolores. Et si fuerit in hoc statu remotus ab angulis, & infortunatus super terram, hæ infirmitates minores, & leuiores erunt.

Sol in Virgine super terram, & aspexerit ascendens, habens aliquod testimoniū in reuolutione nati, significat sanitatē, & q̄ procurabit, & petet substantiam, & doctrinam, & si cum hoc auxilium habuerit à fortunis, in uoluntate, & petitione sua eius perficiet uoluntatem. Et si habuerit ibi testimoniū ab infortunis, significat infortunium, & quòd non complebit quòd uoluerit, maxime si infortunæ testimoniū habuerint in reuolutione.

Sol in reuolutione in Libra supra terram, habens aliquod testimoniū in anno, natus faciet itinera, bonum in illis itineribus scies à statu Solis, & planetarum, qui commixtionem habuerint cum eo.

Sol in reuolutione in Scorpione in aliquo angulorum, in bono statu, maxime in Medio cœli, & habuerit aliquod testimoniū in reuolutione, habebit ualorem, & dominiū regis bonum, & lucrum, & in hæreditatibus incrementum. Et si remotus ab angulis fuerit, & saluus ab infortunis, & damnis, & aspexerit ascendens, intromittet se de laboribus, & agricultura, & societas & consanguinei eius lætitiā & bonum habebunt.

Sol in Sagittario, & habens testimoniū in reuolutione, fueritq̄ in aliquo angulorum, ac in bono statu, natus habebit bonum, lætitiā, & prolem illo anno. Et si fuerit infortunatus, accident ei tristitiæ multæ, & morientur aliqui ex filijs, si eos habuerit.

Sol in reuolutione in Capricorno habens posse, ac testimoniū in anno, significat infirmitates, & dolores, tristitiā multas, uilitatem, obscurum nomen, associabitur illo anno hominibus inferioris conditionis quàm ipse.

Sol in reuolutione in Aquario habens posse, ac dominium in anno, fueritq; saluus ab infortunis, significat coniugium illo anno, augmentum in societate, & nutritis. Et si fuerit infortunatus, destruentur, aut infirmabuntur aliqui de societate sua, habebit aduersarios, & causas, & si cum hoc receptus fuerit, erit leuius atq; minus.

Sol in reuolutione in Piscibus habens testimonium, & posse illo anno, & fuerit infortunatus, habebit multas tristitias illo anno, malum statum, & fatigabitur in eis. Et si fuerit fortunatus, habebit tristitias sine iure, & forte aliquantulum boni.

Sol in reuolutione in Ariete habens testimonium, & posse illo anno, fueritq; liber ab infortunis, significat meliorationem in substantia, & bona itinera. Et si cum hoc fuerit in aliquo angulorum, habebit dominium a regibus, adhærebit eis, lucrum, & commodum habiturus. Et si fuerit infortunatus, accident ei a regibus tristitia, & labores, maxime si ipse infortunatus existens, fuerit in aliquo angulorum.

Sol in Tauro in reuolutione, si habuerit testimonium, & posse in reuolutione, saluus ab infortunis super terram, & aspexerit ascendens, habebit quid uidere cum regibus, ac utilitatem & lucrum. Et si fuerit infortunatus, significat quod attingent eum penæ, tristitia, ac labores ex parte regum, & si cum hoc fuerit in aliquo angulorum, peius, & affixius erit hoc.

Sol in reuolutione in geminis habens testimonium in anno, fueritq; liber ab infortunis, & super terram, & aspexerit ascendens, uel signum applicationis, significat incrementum, & bonum in societate, ac eius nutritis, et forte prolem habebit. Et si fuerit infortunatus, accident ei tristitia, et grauamina, ratione horum prædictorum, nec complebuntur eius petitiones.

Sol in Cancro, in reuolutione habens testimonium, et posse in anno, existens sub terra, significat quod inimici eius eum illo anno offendent. Et si cum hoc eum Luna non aspexerit, erit peius, et fortius.

¶ De reditu Veneris.



VM Venus in reuolutione anni peruenerit ad locum in quo fuit Saturnus in radice, significat quod habebit magnum desiderium coitus. Et Venus cum hoc apparens si fuerit de sub radijs ab infortunis liberata, erit quod de hoc fecerit bono modo. Et si fuerit apparens de sub radijs, et infortunata, quod fecerit turpi modo, et forte uituperabitur inde. Et si cum hoc Venus fuerit sub terra, quod inde fecerit, erit coopertum, et celatum. Et si cum hoc habuerit Venus testimonium in illo anno, habebit tristitias ratione mulierum, et aget cum illis in turpibus locis, et fœdis modis, accident ei propter hoc grauamina, multum sequetur eas, et forte illo anno prolem habebit, uel aliquam imprægnabit.

Venus in reuolutione ad locum Iouis radice, significat meliorationem in lege, faciet itinera ratione legis, et religionis, habebit substantiam de bonis mortuorum, faciet itinera ad fratres et amicos, lucrabitur amicos honoratos et laudatos, proficiet ex eis, infirmabitur, sed postea sanabitur. Et si Venus illo anno testimonium habuerit, infirmitates eius erunt ex uentositate, aut dolore gutturis. Et si Iupiter habuerit ibi testimonium uice Veneris, erunt infirmitates ex melancholia.

Venus in reuolutione ad locum Martis radice, et unus eorum habuerit posse, ac testimonium in anno, significat coniugium, ac magnum desiderium et uoluntatem mulierum uti multum coitu. Et si unus aspexerit alterum, quidquid uolet, et petierit de lætitijs et ludis, et causis mulierum, perficiet, et habebit.

Venus in reuolutione ad locum Solis radice, et si fuerit iuncta cum eo, et ipsa posse habuerit, ac testimonium in anno, et ambo fuerint in aliquo angulo, patietur grauamina, et labores, occultabit se a rege. Et si ab angulis remoti fuerint, accident ei infirmitates calidæ. Et si Sol ibi testimonium habuerit uice Veneris, crescet in ualore ac laude, habebit dominium, faciet itinera, capietur amore.

Venus in reuolutione ad locum suum radice, si habuerit posse & dominium, in anno, ascendet in precium & ualorē, perueniet ad dominium, & renouabuntur res quas significauit in radice, crescet in societate & nutritis uestimentis & opibus.

Venus in reuolutione ad locum Mercurij radice, habens posse ac testimonium in anno, potentiam habebit, ac gloriam in loquendo & ratiocinando, ac doctrina. Et si testimonium fuerit Veneris, associabitur cantoribus, ioculatoribus. Et si ambo infortunati fuerint, uel unus eorum, accident ei grauamina & labores causis & rationibus istis.

Venus in reuolutione ad locum Lunæ radice, & fuerit Luna ab infortunis salua, & una earum habuerit posse, ac dominium in anno, meliorabitur status & negotium eius, & societates suæ, habebit agere cum Regibus, fratres habebit si uixerint eius parentes, alioquin lucrabitur amicum qui sibi erit tanquam frater.

¶ De reditu Mercurij.



Mercurius in reuolutione peruenerit ad locum in quo fuerit Saturnus in radice, & habuerit Mercurius testimonium in anno, fueritq; ab infortunis saluus, faciet itinera in quibus crescet eius bonum & status, forte habebit filium illo anno. Et si Saturnus testimonium habuerit uice Mercurij, destruentur eius filij, ipse infirmabitur, eius consilia & cogitationes inuoluentur, damnabitur lex eius, omne factum bonum abhorrebit.

Mercurius in reuolutione ad locum Iouis radice, & si unus eorum habuerit testimonium in anno, dignitatem & honorem habebit ab alio se meliori, augebitur doctrina & sensus eius, uxorabitur si fuerit ad hoc aptus. Et si testimonium habuerit, & fuerit infortunatus, adducet damnum de genere significationis ipsius infortunij, & quod inimici contrariabuntur ei.

Mercurius in reuolutione ad locum Martis radice, si ambo habuerint testimonium in anno, natus addet mendacia & falsitates, dicet res quæ nunquam fuerunt, nec acciderunt. Et si retrogradus fuerit unus eorum, faciet furta. Et si testimonium fuerit Mercurij solius, significat damnum in statu eius, & quod accident infirmitates ei ex calore & sanguine. Et si per Martem damnatus fuerit in reuolutione, erit in metu moriendi illo anno. Et si testimonium fuerit Martis eo intrante sub radios Solis, timebit ne interficiatur anno illo, uel expellatur de terra sua.

Mercurius in reuolutione ad locum Solis radice iunctus cum eo, & si Mercurius habuerit testimonium in anno, & fuerint ambo in aliquo angulorum in bono statu, habebit honorem et dignitatem regis, maxime si fuerint in Medio coeli. Et si fuerint remoti ab angulis hæ significationes, erunt minores. Et si testimonium fuerit Solis uice Mercurij, habebit a discipulis uel seruis suis, uel ab hominibus, qui reguntur per eum, quod erunt ei boni & fideles.

Mercurius in reuolutione ad locum Veneris radice, si Mercurius habuerit testimonium in anno, significat quod diliget & perquiret rithmos, fabulas, cantationes et uersus, & appetet stare in locis ludi & solatiij. Et si Venus in anno testimonium habuerit, augebitur propter dignitatem officij regis, & omnia perquiret quibus se limpidet, ut pulcher appareat.

Mercurius in reuolutione ad suum locum radice, habens testimonium in anno, fueritq; in aliquo angulorum in bono statu, augebitur in precio & ualore, habebit bonum & honorabile nomen. Et si significationem habuerit in substantia, lucrabitur substantiam. Si in fratribus, habebunt eius fratres bonum. Et hoc modo per omnes domos alios iudicabis. Et si damnatus uel infortunatus fuerit, malum & grauitatem significat, de modo rei in qua significatio fuerit.

Mercurius in reuolutione ad locum Lunæ radice, & si Luna testimonium in anno habuerit, itinera faciet, & habebit in illis causas cum inimicis suis & aduersariis.

aduersarijs, uel habebit metū de inimicis. Et si testimoniū Mercurij fuerit uice Luna, habebit bonum ex parte amicorū, pluresq; amicos lucrabitur, & erit completus. Et si fuerit infortunatus, accident ei grauamina in prædictis.

¶ De reſitu Lunæ.



V M in reuolutione anni Luna peruenerit ad locum in quo fuit Saturnus in radice, & Luna testimoniū habuerit in anno, uxorabitur cum uetula, uel aget cū ea. Et si cum hoc infortunata fuerit, accident ei causa quibus impedit se. Et si cum hoc infortunio significationem habuerit in anno in octaua domo, habebit metum moriendi illo anno. Et si Saturnus testimoniū habuerit, uenient ei mala noua à longe, quibus grauabitur, & dolebit.

Luna in reuolutione ad locum Iouis radice, si habuerit Luna testimoniū in anno, & fuerit in bono statu, ab infortunis libera, faciet itinera, & transibit per loca ubi erunt aquæ multæ, & habebit in itineribus ipsis bonum, & lucrum. Et si fuerit infortunata, accident ei grauamina, & infirmitates. Et si testimoniū fuerit Iouis, & Luna eum aspexerit, nascetur ei filius.

Luna in reuolutione ad locum Martis radice, & si Luna testimoniū habuerit in anno in bono loco, & statu recepta, dominium habebit in quo metū habebit, & associabitur, & habebit quid uidere cum hominibus armigeris, nascetur ei filius, uel filia, si fuerit aptus, accident ei infirmitates calide, & humide, sicut de sanguine. Et si fuerit in malo statu, uel infortunata, hæ infirmitates maiores, & affixiores erūt, & accident ei grauamina ex parte regis, erit in metu moriendi illo anno, uel aliquis filiorum si quos habuerit. Et si testimoniū anni fuerit Martis, accident ei grauamina, & labores à rege, uel ab eo maiore, faciet itinera in quibus non habebit bonum. Et si Luna fuerit in prædicto statu, applicando in reuolutione ad locum in quo fuit Mars in radice, & postmodum iuncta fuerit cum eodem aliqua die illius anni, uel aspexerit eum dominus illius reuolutionis aliquo modo, perdet sanguinem illa die, maxime si Luna fuerit in ascendente, uel in signo applicationis, & Mars dominus illius anni, uel mēsis, uel diei, quia tunc erit illa res affixior, firmior, atq; maior, habebit causas, & grauamina. Et similiter significat quando illa hora aspexerit locum suum.

Luna iuncta Soli in reuolutione, & ipsa habuerit testimoniū in anno, accident ei grauamina, & damna à rege, & à maioribus suis, sicut patribus, & dominis. Et si Sol habuerit testimoniū in anno, habebit dominium, & bonum, mater erit in periculo, & mulieres ei similes. Et hæ significationes plures, & efficaciores erūt, si Luna ingreditur combustionem, tamen si exiuerit de combustionem, minus, & leuius erit hoc.

Luna in reuolutione ad locum Veneris radice, si recepta fuerit, & salua ab infortunis, significat quod itinera que cogitauit illo anno facere, disturbabuntur ei, & forte nullum iter faciet illo anno, sed morabitur in domo sua, & cum eius societate, & lætabitur cum eis, crescet in societate, erit uiciosus illo anno, lætus, completus, & pacatus, hæreditates lucrabitur, intromittet se de eis, & quod his assimilatur. Et si fuerit infortunata, sibi accident grauitates, & tristitiæ de genere prædictarum rerum. Et si Venus testimoniū habuerit, honorem, laudem, & dominium habebit, faciet bonum societati suæ, ibit itinera uota persoluendi gratia.

Luna in reuolutione ad locum Mercurij radice, & si Luna habuerit testimoniū in anno, faciet itinera ad loca in quibus non sperabitur bonum, grauabitur ab inimicis, uel pro inimicis. Et si Mercurius testimoniū habuerit, illo anno, meliorabitur status, & negocium eius, & lucrabitur substantiam, & amicos, dicetur bonum de eo, habebit bonam famam.

Luna in reuolutione ad locum suum radice, si fuerit reuolutio nocturna, & ipsa fuerit

DE SITV ET REDITV

fuerit in aliquo angulorum in bono statu, & salua ab infortunis, significat corporis sanitatem, habebit honorem, bonum nomen & dignitatem regis. Postmodum aspice cuiusmodi significationem habeat in radice, & in qua domo habebat uirtutem. Si in domo substantiæ, aut fratrum, uel in quacuncq; altera, quia tunc significat meliorationem, & bonum in illa re.

¶ Nota.

Quando aliquis plauetarum in reuolutione peruenerit ad locū alterius planetæ radice, pone domos primi planetæ, scilicet radice tanquam ascendentiæ. Deinde uide ubi cadunt domus alterius planetæ, qui ad locum eius applicuit, & iudica secundum naturas domorum & significationes ipsarum, ut exempli gratia: Venus peruenit in reuolutione ad locū Iouis radice, pono domos Iouis ascendens, ut infra.

Ascendens > domus 4	Septima II	Ascendens X domus 4	Septima III
Secunda ♃	Octaua ☽	Secunda ♃	Octaua = do. ♀ mor
Tertia III	Nona ♁	Tertia ♃ do. ♀ itine	Nona m tē, exe
Quarta X	Decima III	Quarta II	Decima > ga mor
Quinta ♃	Vn. = do. ♀ ami	Quinta ☽	Vndeci. ♃ tuorū.
Sexta ♃ do. ♀ in	Duod. m (cos	Sexta ♁	Duode. III

(firmitates. & socios.)

Dic igitur quod euadet ab infirmitatibus, & habebit fortunam in seruis, amicis, & socijs, eo quod ambo planetæ sunt fortunæ.

Dic quod faciet itinera breuia, fortunata, & lucrosa, habebit bonum à fratribus & amicis de sanguine, & morietur aliquis ex adherentibus ei, uel accipiet hæreditatem ex mortuis, quod ambo planetæ sint fortunæ.

Cum Sol quolibet anno reuertitur ad suummet locum radice. Pone domum eius, scilicet Leonem Ascendens, & uide quomodo signū eius in quo fuerit in radice ueniet iuxta ordinem à domo sua, & iudica secundum hoc in reuolutione bonum si Sol bene affectus fuerit, malum si male, ut infra.

Ascendens ♁	Quarta m	Septima III
Secunda III	Quinta >	Octaua X
Tertia =	Sexta ♃	Nona ♃

Ibi fuit locus Solis radice, significat igitur in itineribus longis, scientijs, & religione. Si igitur Sol in reuolutione fuerit fortis & foelix, significat bonum in itineribus, scientijs, & religione tali anno &c.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

¶ De translatione planetarū de domibus radice ad domos reuolutiōis.



VM planeta peregrinus in radice natiuitatis fuerit in ascendente qui postea in reuolutione se posuerit ad secundam domum, significat quod natus ille cuius est reuolutio sollicitus erit, & laborabit pro acquirenda substantia. Qui si se posuerit ad tertiam uel nonam reuolutionis, significabit iter. Si in quartam, stabit firmus & intro mittet se de hæreditatibus & bonis immobilibus. Sic quoque iudicabitur in alijs domibus.

Si planeta peregrinus fuerit in radice natiuitatis in secunda domo, & in reuolutione inuenitur in ascendente, significat quod habebit substantiam & lucra à partibus, quibus non aestimabat nec sperabat. Qui si fuerit in tertia, uel nona, habebit utilitatem

utilitatem à notis & fratribus. Si in quarta, habebit utilitatē à parentibus, terris & hereditatibus. Si in quinta, à seminationibus, & rebus uegetabilibus, uel gaudijs, & conuiujs. Si in sexta, à seruis & bestijs. Si in septima, à mulieribus aut societate, aut contentione substantiam. Et si conduxerit seruos, bonum ab eis habebit. Et secundum hanc uiam iudicabis quoq; in alijs domibus.

Si planeta peregrinus fuerit in tertia domo radicis, & in reuolutione in ascendente, significat quòd ueniet ad illum frater ab alia terra, uel homo quem tenet loco fratris. Et si se posuerit ad secundam reuolutionis, significat quòd inter ipsum & fratres accident rixæ & caussæ. Si fuerit in quarta, fratres sui bonum habebunt, à patre, aut homines quos tenet loco fratrum. Si in quinta, nascetur ei forte filius, uel frater illo anno. Si in sexta, fratres eius illo anno infirmabuntur. Si in septima, fratres uxorabuntur. Sic quoq; iudicabis in alijs domibus etiã iuxta formulã sequentē.

(a sua filijs suis

Plane ta in radi ce à do mo	Secūda	Trāf latus in re uolu tione ad do mū	Quintā	sig si cat q	Credet pte substātię dilectis psonis, uel q; dabit de substāti Propē lucrū et substātię acq; litionē plurima faciet itinera, Filij faciēt itinera breuia. (uel accipiet substātiā à lō Subiecti & serui per agent plurima itinera. (gingis. Propē frequētē loci mutationē futurā incurret egritudinē. paget itinera ppē inimicos suos, uel ex itinere carceres uel añ reges uel principes negotia et cōtētiōes. (inimicos acq; timore afficiēt in suis opib; ex pte regū uel principū uel ali regū et nobiliū uel magisterij causa itinera faciet. (cuius sui principū aut regū amicitia cōseruabit. (domini mortē ex pte regis uel principū insidias & molestias sustinebit. amorē in cōiugio seruabit, aut firmā amicitia cū socijs suis. Alicuius amici mortem aut amissionem uidebit, amicorū & fautorū causa itineribus se intromittet, p amicis pturbationē & eorū grā labores suscipiet, uel ami Inimicorū occultorū rixę et caussæ con tra natum stabunt. (ci fiet inimici
	Secūda		Nonā		
	Quinta		Tertiā		
	Sexta		Tertiā		
	Nona		Sextā		
	Nona		Duode		
	Decima		Septi.		
	Decima		Octau.		
	Decima		Nonā		
	Decima		Vnde.		
	Decima		Duod.		
	Vndec.		Septi.		
Vndec.	Octau.				
Vndec.	Nonā				
Vndec.	Duod.				
Duode.	Secūda				

Sic quoq; in alijs ratiocinaberis secundum propriam tuam industriam.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De transitu planetarū per septuaginta duo loca necessaria natiuitatis.



TRANSITVS planetarum per septuagintaduo loca necessaria natiuitatis, fiunt per cursus planetarum in signis & gradibus zodiaci. Nam Sol per motum suum proprium transit in spacio unius anni per omnia talia loca Luna singulis mensibus, Saturnus in 30 annis ferē, iupiter in 12. annis &c.

Si fortuna transierit per talia loca, disponit dies eorū iuxta sui & loci naturam, per quæ transit, ut Venus si per cursum suum transierit per ascendens radicis, tunc corpus bene se habebit, fiet natus alacer & promptus in operationibus suis. Transitus autem mali per hæc eadem loca, disponit dies eorum iuxta sui ac loci per quem transit naturam. Vt si Mars per ascendens transierit, tūc corpus se male habebit iuxta naturam Martis, ut tunc fiet iracundus &c. Lunæ transitus, per 3 horas ante & post in uigore est. Sed aliorum planetarum transitus per diem 1. ante & post sentiri potest.

Transitus domini Ascendentis radicis per gradum infortunæ radicis, infortunat natum illo die, iuxta positionem infortunæ, in domo reuolutionis, maxime

n si illa

si illa infortuna dominiū habuerit in anno. Verbi gratia: Saturnus in 19 gradu Cancri, in Medio cœli, in radice ubi Libra fuit ascendens radices, & in reuolutione posuit se Saturnus in duodecimam. Quando igitur Venus domina ascendentis radices per transitum eius peruenit ad 19 gradum Cancri fuit natus captus.

Vide transitū Lunæ per totum annū reuolutionis, & ad eū locū scilicet transitus cōpara locū Lunæ radices, uidendo aspectus, & coniunctiones illorū duorū locorū, scilicet radices, & dierū reuolutionis. Nam si fuerit aspectus amicitie inter hec duo loca, uel fuerit coniunctio uel aspectus Lunæ radices cum fortuna in diebus reuolutionis, significat diē fortunatū. Vel si fuerit coniunctio, uel aspectus Lunæ radices cum infortuna in diebus reuolutionis, significat diē infortunatum. Hoc autem significatū de bono uel malo erit de natura planetæ cū quo Luna habet coniunctiōnē, uel aspectū, & etiā de natura signi, ac proprietate in quo fuerit. Vide etiā quando Luna in anno transierit per locū infortunę radices, quoniā est mala significatio.

¶ Pro regimine anni formādo ex trāsitu Solis per 12 signa Zodiaci.



X tabula sequenti formabis (ex transiū Solis per 12 signa Zodiaci) regimē qd agēdū sit uel uitādū nato p̄ dies assignatos, iuxta ordinē 12 domorū cœli, primā domū, inchoādo à loco Solis radices, id est à die natiuitatis in hunc modū. Quere uerū locū Solis (ut pro exemplo geniture nostrę propositæ) gradū 10 in 40 Arietis in Ephemeride, sub columnula Solis, quæ mox ad leuā manū ostendet tibi diē 22 Martij, qui est dies natiuitatis, & initium primæ domus à Sole. Pro initio uero secundæ domus, quare in Ephemeride sub eadē columnula Solis 10 gradus 40 minuta Tauri, qui similiter ostendit ad sinistram diem 22 Aprilis, inicitium secundæ domus, scribe igitur sic ad regimē anni à die 22 Martij in diē 22 Aprilis, alacritas & hilaritudo quedā sentiri solet singularis. Experiūtur etiā tūc felicē fortunā in actionibus, & rebus suis. Hoc tēpus lacruū principatusq̄, ac honores, & caritatē p̄pinq̄uorū spondet. Tunc tēpus aptū erit cōparare ea quæ corporis uitæq̄ cultus & cura postulat, uestes, cibū, iumēta, arma, & quidquid est omniū necessariū ad uictū, cultūq̄ corporis, ut supra in initio septimi capitis libri huius tertij, de profectiōibus ascendentis radices. Quare deinde initium tertiæ domus, intrando colūnulā eandē Solis in Ephemeride, cum gradu 10 minorū 40 Geminorū, ubi se offert 23 dies Maij. Scribe ergo ulterius à die 22 Aprilis in diē usq̄ 23 Maij. Opera danda erit emptionibus, & uenditionibus, pecuniæ collationibus, repetendis nuncijs, totiū rei pecuniariæ. Tum lusuibus & gymnasijs uacabimus, sperabimusq̄ de hostibus uictoriā. Sed metuantur domestica damna, flamme, & furtorum, ut etiam septimo capite huius de secunda domo. Sic quoq̄ age per omnes duodecim domos à Sole semper per 30 gradus æquales.

Pro diebus autē bonis uel malis per transitū Solis ita operare, & quia post locum Solis immediate sequitur in tabula Δ Martis, qui ibidem reperitur in gradu 11. & 40 minutis Arietis. Hos gradus & minuta Arietis quare in Ephemeride, in colūnula Solis, quæ inuenitur die 23 Martij, quare die tali 23 Martij transibit Sol per Δ Martis, significat igitur tali die consortiū honorificū cū Martialibus, uel ex rebus Martis bonū. Deinde immediate sequitur in tabula corpus Mercurij, cuius locus in tabula est gradus 17. minuta 45 Arietis. Hūc locū similiter quere in Ephemeride sub colūnula Solis qui ostendit diē 26 Martij, quo scilicet die Sol transit per corpus Mercurij. Significauit ego quod natus eo die rerum difficultates sentiet, etiā ratione ingenij. Exinde sequitur in ordine corpus Veneris, que in tabula hac reperitur in 28 gradu Arietis. Hunc reperio in colūnula Solis die 9 Aprilis, quo scilicet die Sol transit per locum Veneris radices, significat igitur eo die nato gaudium & bon

& bonū cum mulieribus. Sic quoq; de reliquis iuxta ordinē huius tabulæ operare. Notandum tamen quōd in transitu Solis, ac aliorum planetarum (Luna excēpta) ubi dies transitus est, intelligi debet etiam dies mox precedens & mox sequens, nā uirtus influxiua illorum fortis est per tres dies, ideo medius semper assignatur. Sed Lunæ transitus nota per tres horas ante, & per tres post.

Tabula continens loca septuaginta duo, per quæ loca transeunt planetæ qui est pro exemplo nostræ propositæ genituræ.

G.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	
0														
1														
2														Min.
3		⊕			XI XII					V VI			⊕ 28	
4														
5														
6														
7	♁ preced.													♁ 18
8	□	△		♁		△	□	*		†		*	†	† 31
9														
10	⊙		*	□	△		♁		△	□	*		⊙	4°
11	△	□	*		♁		*	□	△		♁			♁ 40
12														
13														
14														
15														
16														
17	♀	IX	*	□	△		♁	III	△	□	*		♀	45
18		♁		△	□	*		☾		*	□	△	☾	8
19	VIII						II							
20														
21														
22		△	□	*		♁		*	□	△			♁	24 10
23					♁						♁			♁ 56
24														
25			X						III					
26						I							VII	
27														
28	♀		*	□	△		♁		△	□	*		♀	0
29														
30														

VSVS PRAECEPTORVM DE EVENTIBVS

Transitus autem Lunae per haec eadem 72 loca Zodiaci, quae quia uelox est in motu, interdum uno die transit per plura loca, ideo eius transitus in diebus & horis consideratur, & hoc tali uia. Si locus Lunae in meridie maior fuerit quam locus aliquis huius tabulae qui locus radice dicitur, subduc locum radice a loco Lunae meridie, & differentia ostendit horas ante meridiem, quando scilicet Luna per suum transitum ad locum radice pertinet. Si uero locus radice maior fuerit, & locus Lunae in meridie minor eo, subtrahere locum Lunae a loco radice, & differentia praebet horas post meridiem, accipiendo tamen pro quolibet gradu distantiae horas duas, eo quod Luna in duabus horis unum perambulat gradum.

<p>Exemplum Volo transitum Lunae anno Christi 1510. die 21 Aprilis, cuius locus Lunae in meridie fuit gradus 9 minuta 12 Librae</p>	<p>8 31 \cong \square \dagger radice 9 12 \cong locus \rangle in meri. 0 41 dfa facit fere hora 1 (ante meridi.) 10 40 \cong \circ \odot radice 9 12 \cong locus \rangle in meridi. 0 38 dfa facit fere $\frac{1}{2}$ hora (post meridi.) 11 40 \cong * \circ radice 9 12 \cong locus Lunae in me. 2 28 dfa facit 4 $\frac{1}{2}$ horas (post meridiem) 17 45 \cong \circ f radice 9 12 \cong locus \rangle in meri. 8 33 dfa facit horas 16 $\frac{1}{2}$ post meridiem</p>	<p>Quare Luna transit die 21 aprilis</p>	<p>ante meridiem horis 11 fere per \square \dagger radice post meridiem $\frac{1}{2}$ horae per \circ \odot radice post meridiem 4 $\frac{1}{2}$ horis per * \circ radice post meridiem 16 $\frac{1}{2}$ horis per \circ f radice</p>
---	--	--	--

Reliqui autem transitus habent significationes suas sicut directiones & profectioes suas, sed sunt minus fortioris significationis, quod bene notabis.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

¶ Quomodo ea quae in hoc tertio libro de euentibus & eorum temporibus dicta sunt, ad usum sint accommodanda.

¶ Anno Christi 1486 currente, sed aetatis nati 27 perfecto .



ATVS tunc fuit sub generali gubernatione Solis, quae aetas iuuentutis dicitur, qui cum in figura radice & revolutionis bene dispositus sit, significat animum nati a rebus Venereis aliquantulum declinare, & ad gloriae cupiditatem inclinari, facit natum audacem in suis rebus, acutum, sagacem, auidum ad opes parandas, & honores &c.

Directiones, siue generales progressionis sic fuere. Directio ascendens fuit adhuc sub significato eius ad sextile Martis, quare per hoc totum suum tempus usque ad mox sequentem eius generis directionem, reddit natum audacem, & fortem, qui in bellis aut contentionibus uictoriam obtinebit. Item efficit natum gratum & acceptum nobilitati, equitibus, militibus, & omnibus ordinibus ac personis sub Martis praesidio, erigit nati animum ad bellicas artes exercitandas, ut delectetur armorum tractatione, hastiludij, & aueat serio etiam cum hoste congregari. Porro tempore huius occursum non infeliciter tormenta bellica sicut bombardas tractat

tractabit, & quidquid arte quadam per ignem & metallorum fusiones ut in Alchimisticis tentabit pro rei natura, nihil aduersæ fortunæ experietur.

Lunæ ad trinum Martis adhuc uigebat per hoc tempus usq; ad mox sequentem eius generis directionem, nati animum sedatum, & hilarē reddit per hoc tempus, & industrium in his quæ Martis proprietatem, aut naturam sapiunt. Sectabitur hoc tempore natus suauiores conuersationes, & ludos cum Martialibus.

Solis ad corpus Veneris 26.57 efficit ut occasione nobilium mulierum, uel ornamentorum, aut aliarum preciosarum rerum de Veneris dominio, à principibus natus honoretur, ad dignitatem aliquam euehatur, aut rem faciat. Item decernit lætas ac honorificas nuptias nato, etiam patri felicem statum.

Medij cœli ad trinum Lunæ, hæc directio adhuc in uigore est, per popularem fauorem, aut nobilium mulierū gratia, nato honores & dignitates tribuit. Item decernit aliquod publicum officium, & munera, & nonnunq; coniugem.

Partis fortunæ ad corpus Solis, hæc quoq; directio nondū expirauit, quæ auget diuitias nati fauore principum, aut alijs occasionibus de dominio Solis. Veluti si quis negocietur cum auro, uel hiacyntho, aut præficiatur alicui præfecturæ &c.

Iupiter diuisor siue dispositor uitæ huius temporis quàmuis debilis sit in radice & reuolutione, est tamē fortis in mundo in hac reuolutione in trino Solis, qui natum dominari in aliqua dignitate, uel opere significat, dat augmentum diuitiarum, prosperitatem, dignitatem, & gloriam, loqui & conuersari cum regibus, & adipiscitur dignitatem, lætabitur cū parentibus suis, & consanguineis. Sed omnia ista præstabit cum tarditate, eò quòd sit retrogradus.

Profectio ascendētis est ad 26 gradum Sagittarij in quarta domo radicis per integram hanc reuolutionem, lucrum sperandum, & precium operis, accessio hæreditatis, benignitas & fauor parentum, quicq; illorum loco sint. Tum thesauros obrutos terra scrutabimur, & argenti fodinas excutiemus, archana & obstrusa uestigabimus, possessiones frumentaꝝ cōparabimus, aut uendemus, extruemus ædificia, piscinarū lucra quæremus, testamēta condemus, de sepultura mandabimus. Hoc autem tempore, sentiemus animi tristitiam, & mortis metum, contrarium tunc fuerit in aquis uersari, in ardua conscendere, militares lusus armorū exercere, glaciem transire, coram regibus, & principibus apparere, itinera longa facere. Dies huius profectionis sunt. Die 19 Aprilis ad Δ Veneris dextrum. Die 20 Augusti ad corpus Saturni. Die 15 Septembris ad quadratum Solis dextrum. Die 11 Decembris ad quadratum Mercurij dextrum. Die 15 decembris ad sextilem Lunæ sinistrum. Die 3 Februarij ad trinum Iouis sinistrum.

Profectio Lunæ est ad 18.8 Aquarij in quinta domo radicis, in qua perdurabit ad usq; 18 Septembris. Delectationi est puerilis ætas, uoluptatem etiam capiunt de mulierū consuetudine, & ex sodalitijs, sed pericula impendēt mendaciorum, & perditionis. Tum opera danda liberis, amicitia, conuiujs, colloquijs, & confabulationibus, ac circulis. Aptum est hoc etiā tempus pacificationibus, contractibus, conficiendis literis, mittendis nuncijs, nauigationibus, mercatibus, uestibus nouis cum incidendis, tum induendis, Incipit summa, genij obsequio, est enim letificum, & foelix &c. Ab 18 Septembris in reliquū reuolutionis, est hæc profectio in sexta domo radicis, uariorum membrorum timenda sunt pericula, odia & inimicitia excitabuntur quæ tempore longo durent, & ut semel dicam, nihil fortunabitur rerum omnium. Tunc caute erga famulos, & seruientes mercedē nos geremus, iter non faciemus, non incidentur neq; induentur noua uestimenta. Tempus hoc mercatibus aduersum, omnibusq; contractibus, & negocijs, conuentibus, consilijs, deliberationibus &c. Dies huius profectionis sunt, Dies 22 Martij ad quadratū Lunæ sinistrum, Die 27 Martij ad partem Celati, Die 30 Maij 8 in quinta radicis, Die 18 Iulij ad sextilem Veneris dextrum in quinta radicis, Die 25 Nouembris ad sextilem Saturni sinistrum in sexta radicis.

VSVS PRAECEPTORVM DE EVENTIBVS

Profectio Solis est ad 10. 40. Cancri in decima domo radicis ad usq; diem 19 Decembris, foelicissimus status promittitur dignitati, professione, famæ, muneri quo quisq; fungetur, tum res meliores, faciunt, Regum principumq; munificentia, suaq; uirtute nouum splendorem consequuntur. A decima nona Decembris in reliquum reuolutio est in undecima domo, tum congregant reditus professionum & munerum, & principalium beneficiorum, sed & benefici erga suos tunc esse solent. Dies huius profectionis sunt: Die uigesima secunda Martij ad quadratū Solis sinistrum. Die 16. Iunij ad quadratū Mercurij sinistrum. Die 22. Iunij ad trinū Lunæ dextrum. Die 8. Augusti ad sextilem Iouis dextrum. Die 18. Octobris ad quadratum Veneris sinistrum in decima domo. Die 19. Ianuarij, ad partem regni in undecima domo.

Profectio Medij cœli est ad 25. gradum uirginis in duodecima domo radicis usq; ad 4. diem Aprilis, aliquid damni facient, quod à Regibus & principibus detur, aut professionis, honorumue detrimenta sentient, aut principum amittent benignitatem, aut obrectationibus, inuidia, maledicentia prementur, tum & consanguinei, aut amici morte eripiuntur. A die 4. Aprilis est in domo prima ad usq; diem 8. Septembris, Tum promittitur fortuna munerum & functionum publicarum, artificiorum, imperij, accessionesq; amicitiarum, gloriaq; ac dignitatis amplitudo, si genesis figura decreuerit &c. A die 8. Septembris in finem reuolutionis est hæc profectio in secunda domo, Experientur fortunam Praefectarum, benignitatemq; Regum ac principum & artificiorum. Dies huius profectionis sunt: Die 2. Septembris ad quadratum Saturni dextrum in prima domo. Die 28 Septembris ad oppositum Solis in prima. Die 9. Octobris ad sextilem Martis sinistrum in prima. Die 24. Decembris ad ♀ Mercurij in prima.

Profectio partis fortunæ est ad 3. 28. Leonis in undecima domo radicis usq; in 16. diem Martij. Bonum ab amicis expectandum, tunc lucrosa erunt negotiationes, foeliciter pecunia tunc mutuabitur, hoc aptum est tempus petendæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à principibus. A die 16 Martij in finem reuolutionis est in duodecima domo; Proderunt captiui & mala facinora, equi, boues, asini, & huiusmodi animalia, Sed tum ferè aliquid de fortunis minuitur ut aut clam. Dies huius sunt: Die 5. Aprilis ad partem regni. Die 18. Iunij ad trinū Solis sinistrum. Die 30. Iunij ad corpus Martis. Die 11. Septembris ad trinum Mercurij sinistrum. Die 16 Septembris ad quadratum Lunæ dextrum. Die 25. Nouembris ad caput Draconis. Die 16. Ianuarij ad trinum Veneris sinistrum, in undecima domo.

Nota: Quandocunq; aliqua profectio pertinet ad bonum aspectum, uel ad corpus fortunæ, significat bonitatem significati talis profectionis & domus in quam ceciderit, ac iuxta naturam talis planetæ, cuius est aspectus. Si ad malum econtra.

Iupiter Dominus anni, id est, dominus signi profectionalis, à principio huius reuolutionis in 9. usq; diem Maij in reuolutione in medio cœli repertus significat foelices euentus omnium rerum, potissime facultatum, uictusq; parandi, liberorū suscipiendorum, tunc incrementa promittuntur famæ & fortunarum, tunc Deo hominibusq; grati, accepti regibus fiunt, facileq; quæ uolunt, & uerecunde petunt obtinent, tunc bonum continget pro natura domus, in qua Iupiter repertus fuerit, &c.


Saturnus dominus anni à 9. die Maij, in reliquum reuolutionis minatur morbum frigidum & humidum, abundantiam flegmatis, atræ bilis importunitatem, &c.

¶ Pro reuolutione uicesima septima huius propositæ genituræ, que reuolutio fuit anno Christi corrente 1486 die 21 Martij post meridiem horis 18 minutis 10, & secundis 6, iuxta tabulas Bianchini, ex quibus etiam desumpti sunt motus huius radices,

Fortitudines & debilitates planetarum radices

† fortuna
 † fortis
 † debilis
 † infortunatus
 † fortuna
 † fortis
 † debilis
 † debilis
 † salua

Cuspis secundæ debilis
 Cuspis tertie debilis
 Cuspis nonæ debilis



Fortitudines & debilitates planetarum reuolutionis

† debilis
 † fortis
 † fortis
 † medio
 † cris
 † fortis
 † debilis
 † fortis

Cuspides omnes sunt damnatae præter septimam

Alfridaria est Mercurij, & Martis, significat quod rixabitur cum uilibus hominibus, & recedet ab eis, ibit ad magnos uiros nobiliores se, ibit de una anxietate in aliam, & euadet ab omnibus, uincet inimicos, & aduersarios suos, faciet longum iter &c.

Chronocrator, Venus, & Luna, omnia felicitatis genera præstabit mulierum patrocínio, à populo honores, uxorem quoque & prole dabit formosam, lucrorum copiosa præsidia, claros honores, & omnia bona ex hijs assidua felicitate decernit.

Dominus orbis est Sol qui gubernat domum quartam radices, qui quamuis sit cadens in hac reuolutione, est tamen fortis in radice in sua exaltatione, significat igitur significata quartæ domus felicia per hanc reuolutionem.

¶ Pro iudicio primæ domus huius reuolutionis,

Cuspis ascendentis	} Radicis 26 ♎ Saluus	} domi	} debilis	} Significant mediocritate sanitatis, & ægritudinis.
Gradus diuisionis 15 51	} Radicis ♃ ♄ ♅ ♆	} 24	} debilis	} diui

Quia

VSVS PRAECEPTORVM DE EVENTIBVS ET

Quia itaq; haec significant mediocritatem in salute, & infirmitate corporis na-
 ti. Sed Luna in utraq; figura salua, applicans ad locum suū radicis, Item Iupiter do-
 minus anni in decima reuolutionis, plus inclinant ad salutē corporis, quam ad egrit-
 tudines. Ideo natus iste per hanc reuolutionem plus declinabit ad latus sanitatis, q̄
 ægritudinis. Sed metuenda tum profectio ascendētis ad corpus Saturni circa 20
 diem Augusti, quæ nato minatur melancholiam ex frigore, & siccitate, ægritudi-
 nem facile tamen curabilem. Item circa diem 15 Septembris quoq; timere habebit
 aliqualem supercalefacientem ægritudinem, propter eandē profectioem Ascen-
 dentis ad quadratum Solis. Nam etiam dominus anni Saturnus à 9 Maij in reli-
 quam reuolutionis eadem minatur.

¶ Pro iudicio decimæ domus huius reuolutionis.

Cuspis deci- mæ	} Radicis	25 ♀ Saluus	} domi- nus	} ♀ debilis
		12 ♀ debilis		

Gradus di- uisionis 20 ☽	} Radicis	□ ♀	} 24	} debilis
		Reuolutionis saluus		

Gradus di- uisionis ☉ 26 ♄	} Radicis	♁ ☽	} ♂	} fortis
		Reuo. in loco ♀ □ ☽		

Ecce significatio plus ma-
 la q̄ bona. Sed quia sunt
 particularia, & multa uniu-
 uersalia fortiora, ut sunt

Generalis gubernator ætatis Sol, Directiones quinq; locorum Hylegiorum, Item
 Iupiter diuisor ascendētis, & dominus anni in decima reuolutonis, Profectio So-
 lis ad decimam domū, Profectio partis fortunę in undecima, & eiusdem die 5 Apr-
 lis ad partem regni, Item Chronocrator Venus cum Luna, hæc omnia natum
 hunc ad magnā dignitatem euehebant sicuti promisit radix natiuitatis eius, & stir-
 pis suæ origo. Sub hoc tempus 14 86 die 9 nona Aprilis coronam regni adeptus
 Aquisgrani. Sic quoq; rationaberis circa alias domos, colligendo testimonia fortice-
 ra. Semper tamen effectus Eclipsium, Directionum, Profectioū, ac transitus Pla-
 netarum præmittendo.

¶ Pro iudicio, et tempore mortis huius nati.



N N O Christi fluente 1518. die 7 Iunij post meridiem horis 16. minu-
 tis 48 fere fuit principium Eclipsis Solaris, undecim punctorum in 26
 gradu Geminorum, cuius gubernator Mercurius, qui etiā fuit domi-
 nus Ascendentis, & Mediꝝ cœli natiuitatis Diui Maximiliani. Cuius
 effectus cum statu suo incœpit die 24 Iunij eiusdem anni, & seruebat
 sic in statu suo usq; in diem 18 Martij anni 1519, fuitq; ea funesta huic nato. Nam
 locus Eclipticus posuit se in cuspidem decimæ domus, & sic seruebat ascendens hui-
 ius genituræ per quadratum. Item Alchoroden ostendebat annos 59 fere. Item dia-
 rectio ascendētis natiuitatis fuit ad sextilem, id est ad quadraturam Saturni, præ-
 bet gradus 57 minuta 52, quæ etiā immediate accessit ad quadraturam Martis.
 Anno igitur Christi 1519 fluente die 12 Ianuarij hora 11 ante meridiē in Wels
 Austriæ amisit uitam una cum imperio. Vixitq; annis 59, diebus 354 cum horis
 28 fere.

Quomodo pro ratione cuiusq; genituræ, sint eligenda idonea tempora actionum aut negotiorum.



LECTIONES quæ fiunt ex directionibus, profectionibus, uel etiam per transitus significatorum per loca necessaria, ex supradictis in hoc tertio libro, satis abunde colligi possunt iuamine regularum sequentium.

Prima regula earum quæ concernunt uitam & corpus hominis, Vt si uelis eligere tempus idoneum pro medicina confortatiua sumenda, uel pro alia quacuncq; re, quæ pro salute corporis fieri debet. Vide igitur ut uitæ gubernator siue Hylech, sit in bonis locis figuræ cæli. Similiter etiam Sol & Luna atq; Ascendens, ita tamen quod profectio Ascendens, & Lunæ, ac gubernatores eorum, non sint in locis malis, scilicet sexta, octaua, uel duodecima, neq; in locis Saturni, uel Martis, neq; in radijs eorum quadratis uel oppositis radicis, neq; in loco Caudæ draconis &c.

Secunda regula de electionibus quæ fiunt pro rebus substantiæ, sint Profectiones, partis fortunæ & secundæ domus in bonis domibus figuræ, scilicet in prima, secunda, decima, uel undecima, sed melius in prima, uel in domibus luminariū, uel Iouis, uel Veneris, uel applicent eorum coniunctionibus, uel aspectibus, uel applicent alijs planetis, qui in radice in bonis locis fortunati fuerunt, ita tamen quod in omnibus inceptionsibus præ omnibus sit Ascendens, secunda decima, uel undecima domus radicis signum in quo stetit pars fortunæ in radice, uel quod in prima sit profectio partis fortunæ, uel secundæ domus, sitq; eius gubernator fortunatus & felix.

Tertia regula de electionibus pro dominio, dignitate, honore, officio uel magisterio. Sint profectiones Medij cæli, & Solis in bonis domibus figuræ cæli cum fortunis & eorum bonis aspectibus, uel in domibus fortunarum aspicientes luminaria ex bonis aspectibus.

Quarta regula de electionibus pro rebus omnibus. Vide quæ domus cæli habeat significatum tuæ electionis, ut si pro itinere breui uelis electionem, pone ad tertiam domum, unam uel plures profectiones scilicet Ascendentis Solis, Lunæ, Partis fortunæ, uel Medij cæli, sed profectio Ascendentis & partis fortunæ sunt meliores, hæ autem profectiones applicent, uel sint cum fortunis, uel eorum bonis aspectibus, uel sint ad minus in domibus fortunarum, sintq; gubernatores eorū ex fortunis quæ in radice saluæ permanferunt. Si igitur ex his duo uel tria testimonia habere poteris, fac ut etiam Luna sit in tali domo. Si hoc non potest fieri, sit talis domus in ascendente, & Luna in alio bono loco, uel apud gubernatorem talis rei non impedita. Exemplum: Si uelis iter longum arripere, quod est sub significato nonæ domus, & si in tali nona domo esset profectio Partis fortunæ, quæ ibidem perduraret per integrum annum, quia tuuc tali anno esset electio conueniens, & utilis pro itinere. Quod si magis idoneum tempus quæreret, fac ut etiam ad hanc nonam domum pertingant profectiones Solis & Lunæ, tunc dispone Ascendens, decimam uel undecimam domum, ita tamen quod in radice in talibus domibus, non steterit infortuna, & quod gubernator Ascendentis uel Lunæ, etiam sit fortuna, qui in radice saluus fuerat in bono loco, uel quod nona domus si ita fortunæ in ea fuerint, ascendens sit, sed Luna non sit in ascendente, sed aliàs in loco bono figuræ, nam ipsa male locatur in prima.

Si autem in electionibus, gubernatores omnes uel maior eorum pars essent in malis

malis domibus, uel infortunati, & non esset inmorandum cum tali electione, tunc incipe quando Luna fuerit in domo fortunata & bona, & ad hoc ordinabis Ascendens fortunatum qui proposito inseruiet. Si ad huc tempus expectari non posset donec Luna in domum fortunatam posset peruenire, quoniam tunc elige melius ascendens quod habere poteris pro hac re, in qua profectio Partis fortunæ, uel alia fortunæ fuerint, & quod dominus eius in natiuitate fortunatus, & in bonis locis steterat, & adiuuabis te cum aspectibus Lunæ. Sed in ascendente maior latet uis in omni re. Scias quod in omnibus electionibus præsertim diurnis, signum in quo est Luna, non ascendat, neq; sit in sexto, octauo, uel duodecimo signo ab ascender

Electiones iuxta coniunctiones & aspectus Lunæ cum locis planetarum radicis.



LUNA E aspectus Trinus uel Sextilis tui propositi diei cū Saturno radicis, tunc cum Saturninis res tute ages, etiam uendendo & emendo bona immobilia. Si Luna fuerit in quadrato uel opposito Saturni radicis, cauebis prædicta.

Lunæ cōiunctio & aspectus tui diei cum Ioue radicis, est dies fortunata communiter in omnibus rebus, præsertim cum Iouialibus, & in rebus quibus Iupiter dominium habet, ut emendo & uendendo, & omnibus rebus substantiæ.

Lunæ sextilis uel trinus tui temporis cum Marte radicis, causat fortunam & uictoriam in lite, armis, equis, & omnibus quæ ad rem bellicam spectant, emendo præparando & induendo, inimicis se obuiam dando, bonum est agere res cum principibus, equestribus & militibus.

Lunæ cōiunctio, quadratus uel oppositus cū Sole radicis, nocet in omnibus præsertim cum regibus & principibus, sed eorum trinus uel sextilis sunt fortunati cum illis.

Lunæ cōiunctio & aspectus cum Venere radicis, dant fortunam cum mulieribus & uirginibus, conducendo famulos & famulas, noua uēstimenta induere bonum, & omnia quæ ad iocunditatem spectant præsumendo.

Lunæ cōiunctio & aspectus tui temporis cum Mercurio radicis, bonum emere & uendere, age tute res tuas cum scribis, mercatoribus, atq; doctis, fac iter, scribe missiuas, mitte nuncios.

Luna cum peruenerit ad locum Partis fortunæ radicis, uel ad eius profectio nem uel ad secundæ domus profectio nem, erit dies foelicissimus emptionibus & uenditionibus, & omnibus actionibus substantiæ & omnibus rebus.

Luna cum peruenerit ad locum Capitis Draconis radicis, erit dies foelicissimus in rebus dominorum, uel quæ sunt de natura Iouis & Veneris. Si ad Caudam radicis, infoelix dies, sicut si ad Saturnum & Martem pertingeret.

In omni electione in genere non cadat Almuten natiuitatis. Sed si est infortuna, sit in succedente tantum. Aprentur ascendēs & decimum natiuitatis. Laudabile est, si ascendens decimum uel undecimum radicis sit ascendens electionis, si saltē liberi sint. Caue ne ascendens electionis sit sextum, octauum, uel duodecimum radicis. Præ omnibus apta ascendens natiuitatis, eius dominum, Lunam ascendens electionis, eiusq; dominum.

Inchoa omnia opera tua in hora illa, qua ascēdit illud signum, quod ascēdebat in tua genitura, ita tamē q̄ in quatuor angulis nō sit aliquis malus, nisi esset dñs ascēdentis. Hoc est uerum cum in factis tuis casualibus fueris fortunatus, oportet ergo ut teipsum cōsideres. Si uero in cōmunibus tuis factis fueris infortunatus, incipe opera tua in ea hora qua ascēdit signū, quod in natiuitate tua fuerit in quinta, uel undecima domo. Et semper bonum est ut luminaria sint in angulis uel succedentibus.

In

In minutione sanguinis & omni electione ante omnia conuenit scire natiuitatem alicuius hominis, ne accipias ascendens inimicum radici natiuitatis, sicut illud quod fuit in sexta, octaua, uel duodecima, aut in quo fuerunt infortunæ, uel eorum radij quadrati, uel oppositi. Et in minutione elige signa contraria complexioni, sicut Sanguineo, terrea: Flegmatico, ignea: Melancholico, aeræa: Cholericoco, aquea.

Natus nihil noui incipiat quando Luna fuerit in ascendente, sexta, septima, aut duodecima, aut quando fuerit in loco Saturni, uel Martis radice, uel in eorum malis aspectibus, aut in signo quod hora natiuitatis fuerit impeditum.

Quoties Luna uenerit ad ætatem in qua fuerat hora natiuitatis, illa ætas erit nato fortunatissima, habilior & conformior cū sua natura. Ideo natus plus fortunabitur circa ætatem talem Lunæ in suis actionibus quàm alijs temporibus. Quare electiones essent nato plus conuenientiores alijs, si circa illam ætatem possent haberi.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Qui uestium & equorum colores, quæ metalla, qui preciosi lapides quæ septimanæ dies, magis minusue sint natis idonei aut foelices infœlicesue.



COLORES uestium, & equorum, lapides preciosi, metalla, dies & noctes alicuius planetæ, qui in aliquo angulorum figuræ cœli repertus fuerit (septima excepta) cum dignitate, uel absq; dignitate, à radijs malorum saluus. Vel si in succedente fuerit in aliqua suarum dignitatum à radijs malorum liber, erunt nato cōuenientes & boni. Si in succedente absq; dignitate, uel in cadente cum dignitate a radijs malorum liber, erunt nato indifferentes uel mediocres. Si in septima uel in cadente absq; dignitate planetæ retrogradi uel combusti, erunt nato infœusti:

¶ Colores, lapides preciosi, metalla, dies ac noctes planetarum.

	Colores uestiũ & eq̃ũ	Lapides preciosi	Metalla	Dies	Noctes
♄	Niger, schwarz Cinereus aschenfarb Pullus, Erdfarb	Bruces Nigri & Turbidi	Plumbum	Saturni Samstag	Martis
♃	Ceruleus, Blaw Flauus, Honigfarb Purpureus, rotprau	Smaragdus Saphyrus Ametistus	Stannum	Iouis Dõdstag	Solis
♂	Rubeus, Rot	Iaspis Hemanites	Ferrum	Martis Dinstag	Veneris
☉	Aureus uel Fuluus Goldfarb	Hyacinthus	Aurum	Solis Sontag	Mercurij
♀	Viridis, Grün Fulcus, Braun Fuluus, Leberfarb	Margarite, Car bunculus, lapi des p ornamētis	Cuprum Auricalcum Specula	Veneris Freitag	Lunæ
♁	Exoticus, gemengt vilferbig, fremdbf. Cæsius, Graw	Allectorius, lapi des sculpti imagi nibus magicis	Mercurium	Mercurij Mitwoch	Saturni
♃	Pallidus, Bleich Croceus, Gelb Albus, weiß Griseus ad albedinem tendens, Weißgraw	Cristallus	Argentum Vitra	Lunæ Montag	Iouis

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

¶ Quæ regiones, siue loca magis conuenientia, quæ uero fugienda sint natis.

REGIONES, Ciuitates, siue loca, quæ subsunt signis, primæ, secundæ, decimæ, uel undecimæ domorum. Item quæ sunt sub signo Partis fortunæ, Veneris uel Iouis radices. Si non fuerint impedita à malis, uel eorum malis aspectibus, sunt nato regiones uel loca prospera. In illis tu te fac moram, & omnia quæ uelis prosperari, age in illis. Sed loca sub signis tertix, quintæ, uel nonæ, sunt nato indifferentes, id est mediocres. Regiones uero sub signis domorum sextæ, septimæ, octauæ, uel duodecimæ, etiam quartæ, ac signis Saturni, Martis, uel etiam Caudæ draconis radices, sunt aduersæ & contrariæ nato.

♃ ♄ ♀ Oriental. Si Ascēdēs fuerit ex his signis, erit nato talis plaga mun
 ♄ ♃ ♀ Meridional. di à loco suo natiuo fortunata. Et plaga illi opposita in-
 ♃ ♄ ♀ Occidental. fortunata, ut si cui plaga oriētalis fuerit fortunata, erit illi
 ♄ ♃ ♀ Septent. illi quarta occidentalis infortunata, et econuerso &c.

Vndecima, duodecima, prima, Oriental. Si aliqua ex his domibus tenuerit par-
 Secunda, tertia, quarta, Septentrional. tem fortunæ, uel dominū eius louē uel
 Quinta, sexta, septima, Occidental. Venerē, erit talis plaga mūdi nato fortū
 Octaua, nona, decima, Meridional. iata. Si uero aliqua ex his tenuerit Sa-
 turnum, Martem, uel Caudam, erit talis plaga nato infortunata.

Regiones mundi, prouincię, & ciuitates quę subsunt
signis duodecim zodiaci.



ARIES habet Germaniam, Britanniam, Galliam, Bastarniam, Syriā,
 Palestinam, Poloniam minorem, Burgundiam superiorem, Sueuiā,
 Silesiam superiorem, partem Westrie, Neapolim, Florentiam, Capu-
 am, Ferrariam, Vicentiā, Veronam, Berganum, Imolam, Patauiū,
 Brunswicū, Vtricham, Lindauā, Cracouiam, Marsiliā, Sarragossam.

Taurus habet Parthiam, Mediā, Persiam, Insulas Arcipelagi,
 Cyprum, Asiæ minorem partem ad mare, Poloniam maiorem, Russiam albam,
 Campaniam, Rhetiam, Heluetiam, Franconiam, Lotharingiam, Hiberniam, & Sue-
 tiæ partem, Irlandiam, Palerniam, Bononiam, Sene, Mantuam, Tarentum, Parniā,
 Panormum, Thuregium, Lucernam, Herbipolim, Carolo stadium, Metim, Brixia,
 Caput hystriæ, Gnesnam, Posnam, Nouogardiam, Nanceium, Burgim Hispaniæ,
 Lipsiam.

Gemini habent Hyrcaniam, Armeniam, Martianam, Cyrenaicam, Prouin-
 ciam, Marmaricam, inferiorem Aegyptum, Angliam, Sardiniam, Brabantiam,
 Wirtenburgensem ducatum, Flandriam, Longobardiam, Viterbium, Cefanam,
 Taurinum, Rhegium, Vercellum, Noribergam, Louanium, Moguntiam, Babens-
 bergam, Brugim, Villacum, Kitzingum, Hasfordiam, Londinum, Cordubam.

Cancer habet Numidiā, Africam, Bithyniam, Phrygiā, Colchiden, Car-
 thaginē, Regnum Franciæ, Regnum Scotiæ, Regnum Granatæ, Comitatum
 Burgundiæ, Prussiam, Holandiam, Selandiam, Constantinopolim, Thunissam, Ve-
 netias, Mediolanum, Genuam, Lucam, Pisam, Lubecum, Treuerim, Magdebur-
 gum, Gorlitiū, Bernam, Eboracum, S. Andream.

Leo habet Phœnitiam, Chaldæam, Orchiniam, Italiā, Galliam Togatam,
 Syrciam, Apuliam, Regnum Bohemiæ, Turciæ partem, Aemiliam, Sabinam, Da-
 mascum, Romam, Rauennam, Syracusam, Perusium, Cremonam, Pragam, Vlmā,
 Confluentiam, Linceam, Cremisium.

Virgo habet Mesopotamiā, Babyloniam, Assyriam, Græciam, Achaiam,
 Cretam, Cilitiam, Croatiam, Ducatum Atheniensem, Carinthiam, Silesiam inferio-
 rem, Athesanam, Prouinciā, partem Rheni, Rhodum, Alexandriam, Hierosoly-
 mam, Corinthum, Papiam, Nouariam, Aretum, Cumanam, Brundisium, Vuratis-
 uiam, Erdfordiam, Basileam, Heidelbergā, Segniā, Lutetiam Parisiorum, Lugdu-
 num, Tolosam.

Libra habet Baſtrianam, Caspiam, Seres, Thebaidam, Oasim, Trogloditicā,
 Aethiopiam, Thusciam, Austriam, Alfatiam, Sundgauiam, Liuoniam, Sabaudiam,
 Delphinatum, Caietam, Laudam, Suessam, Placentiam, Argentoratum, Viennam
 Austriæ, Francofordiā ad Moenum, Spyrum, Halam Sueuorū, Haylprunnā, Wim-
 pinā, Landshutā, Frisingā, Mospachium, Veldkirchium, Arelatum, Lylibonam.

DE ELECTIONIBVS.

Scorpius habet Matagonitidam, Commagenam, Cappadociã, Syriam, Iudeam, Idumeam, Mauritaniam, Getuliam, Nordbegiam, Suetiam occidentalem, Cathaloniam, Bauariam superiorem, Foroiulium, Trapezontium, Algeram, Aquileisam, Paduam, Vrbinum, Pistorinum, Camerium, Brixiam, Taruissium, Messanam, Gedanum, Lipsiam aliqui, Monacum, Aychistadium, Viennam, Allobrogum, Valentiam Hispaniæ.

Sagittarius habet Arabiam fœlicem, Tyrreniam, Celticã, Hispaniam, Portugaliã, Vngariam, Dalmatiam, Morauiam, Sclauoniam, Mysnam, Volaterram, Mutinam, Coloniã agrippinã, Stutgardiam, Rotenburgum ad Tuberim, Iudenburgum, Budam, Caschouiam, Narbonam, Auinionem, Toletum, Noribergam secundum Ioannem Wernerum.

Capricornus habet Indiã, Arianã, Gedrosiam, Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Bossniam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Lituaniã, Massouiam, Saxoniã, Thuringiam, Hesiã, Marcham styriã, Brandenburgum, Anchonã, Fauentiam, Tortonã, Foroliuium, Augustam Vindelicorum, Constantiam, Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Gandauum, Machliniam, Vilnam, Oxonium, Orchades insulas.

Aquarius habet Oxianã, Sogdianã, Arabiam petreã, Azaniã, Aethiopiã, Sarmatiam, Tartariam magnã, Daniã, Rusiam rubeam, Amaxobiam, Suetiã meridionalem partem, Malachiam, Pedemontium, Westphaliã, Mosellanos, Alkeyram, Montferrat, Pisaurum, Tridentum, Hamburgum, Bremã, Saltzburgum, Ingolostadium, partem Bauariæ.

Pisces habent Phazaniã, Nazomonitidem, Garamantes, Lydiã, Ciliciã, Pamphiliã, Calabriã, Nordmanniã, Parentium, Ratisbonã, Wormatiã, Rothomagum, Compostellã, Hyspalim, Roanã, Sybiliã,

DE ÆQVATIONIBVS DOMORVM COELI.



VM mihi uniuersum hoc doctrinæ genus de iudicijs natiuitatum pro mea uirili diligenter ac fideliter explicandum sumpserim, non alienũ ab officio & instituto meo esse putauì, si hoc loco breuiter studiosos admonerem. Primum de uarijs opinionibus ac rationibus constituendorum thematum cœlestium à diuersis, ac maxime neotericis autoribus inuentis ac traditis: Deinde etiam de modo Ptolemæi, ac ueterum Astronomorum, quem tam in erigendis figuris cœlestibus, quàm in obseruationibus ac præceptis huius diuinæ artis secti sunt ingeniosissimi ac præstantissimi rerum cœlestium inquisitores, à quorum autoritate & regulis, nisi nouã prorsus uellemus effingere artẽ (quod profecto nõ unius esset seculi, ne dum hominis opus) nobis non est discedendum. Nolo autem hac in parte cuiquam obstare meum iudicium quo minus ipse uel fingar, uel retineat qualescunq; uel suas, uel aliorũ opiniones: Tantũ hoc admonitũ uelim lectorem, ista præcepta quæ in hoc opus cõgessimus, sicut à ueteribus desumpta sunt, ita ad æquationẽ duodecim domorũ cœli, priscis illis artificibus usurpatã, referẽda esse.

Primum igitur uetustiores quidam ante Campanum domos seu loca cœli distinguebant per circulos magnos in utroq; polo mundi coeuntes, qui cum meridiano & horizonte totum zodiacum atq; adeo uniuersum cœlum in duodenas partes (inæquales tamen) distribuiebant, hoc modo: Constitutis primum quatuor cœli cardinibus

dinibus, & habita Ascensione recta Medij coeli, obseruabant partes zodiaci hori-
 zontem orientalem & occiduam occupantes, quas sitisq; earum ascensionibus rectis,
 pro constituendis geminis domicilijs in parte coeli orientali, subtrahebant ascen-
 sionem rectam Medij coeli ab ascensione recta Horoscopi, Deinde intervallum hoc
 in tres aequales arcus diuidebant, ac in termino primi arcus a Medio coeli uersus or-
 tum numerando, constituebant principium undecimae domus. In termino uero se-
 cundi arcus ab eodem loco, initium duodecimae determinabant. Simili prorsus ra-
 tione pro geminis occidentalibus coeli locis, nona scilicet & octaua domo inquiren-
 dis, ascensionem rectam gradus occidentis, ab ascensione recta Medij coelisubdu-
 cebant, arcuq; residuo, ut supra, in tres portiones aequales distributo, in fine portio-
 nis primae a Medio coeli uersus occasum litem nonae domus promouebant, sed in
 extremitate secundae portionis principium numerandae Ascensionis rectae octauae
 domus faciebant. Hisce singulis aequatoris arcibus respondentes zodiaci par-
 tes ex tabula Sphaerae rectae eliciebant; Subterraneas uero domos ex oppositis illa-
 rum locis facillime definiebant. Istitis postea successerunt Campanus & Gazulus, qui
 Cardinalia quidem puncta eadem retinentes, reliqua coeli domicilia distinxerunt per
 quatuor circulos magnos transeuntes, utrinq; per communes interfectiones hori-
 zontis & Meridiani. Deinde per zenith cuiusq; loci, imaginabantur circulum ma-
 gum ad angulos rectos sphaerales incidentem tam meridiano quam horizonti. In
 hoc circulo sumebant intervalla praedictorum circularum, domos coelestes distribu-
 entium, ad tricenos gradus eiusdem. Sed haec opinio cum priori iam pridem a Re-
 giomontano uiro doctissimo explosa est, qui docuit intervalla istorum circularum
 non in uerticali, sed in aequinoctiali circulo, regulatore primi mobilis, capienda esse
 ad tricenos eiusdem gradus. Ingeniose sunt haec & erudite tam cogitata quam tra-
 dita, Ac facile his, praesertim Clarissimi Mathematici Regiomontani nostri demon-
 strationibus & rationibus aliorum artificum acquiescerem, nisi me & Physicae ratio-
 nes, & antiquior Ptolemaei & aliorum autoritas alio potius inclinarent, quos praes-
 tantissimos ac uetustissimos artifices secutos esse non dubitamus. Nam antiqui il-
 li sapientes, cum haud dubie, duce Deo, animaduertissent stellas errantes uiam So-
 lis tanquam Regis ac Ducis sui uestigia sectari, ac in circulo obliquo, quem postea a
 duodecim imaginibus zodiacum appellarunt, uarias ac insignes ciere mutationes,
 ac uicissitudines in corporibus ac rebus inferioris naturae, pro diuersis concursibus
 ac configurationibus in eodem limite, partim inter se, partim etiam cum stellis haeren-
 tibus, diuina plane ingeniorum sagacitate, primum obseruatis punctis, aequinoctio-
 rum ac Solsticiorum circulum ipsum per duos coluros in quatuor partes distribue-
 runt, hisq; quatuor temporum anni uicissitudines distinxerunt. Postea eundem in duo-
 denas aequales partes (quibus signorum appellationem dederunt) propter duode-
 nas Lunae Solisque synodos in annuo spacio seu reuolutione Solis ferme contingentes,
 subdiviserunt, circulis magnis utrinq; per polos zodiaci deductis singulorum signo-
 rum initia finesq; discernentes. Singulis deinde duodenis eius circuli tricenos assig-
 gnauerunt partes, diligenter obseruantes, quae quibus in partibus, cuiusue qualitatis,
 aut naturae essent sidera. Item qui singulorum planetarum in diuersis partibus eius
 circuli effectus essent.

Hoc modo primum constituto influentiarum circulo (cuius obliquitate phi-
 losophus quoque affirmat esse causam generationum & corruptionum) cum deprae-
 hendissent postea longo rerum coelestium ac communiu usu edocti, diuersos esse stel-
 larum ac signoru effectus in alijs atq; alijs coeli partibus, hisdem prorsus rationibus
 monstrante uiam experientia, situs signorum seu translationes partium zodiaci, sin-
 gulis momentis in ipso coelo distinxerunt. Primum in quadrantes officio horizon-
 tis, & circuli magni utrinq; per polos zodiaci ac loci uerticem transeuntis: Deinde
 singulos quadrates in ternas duodenas aequales prius constituti influentiaru circuli

per circulos magnos ex polis eiusdem (ut supra) deductos partiti sunt, quas domos celestes appellauerunt, secuti planè & numerum & rationem duodecim signorum, & ad eundem influentiarum circulum omnes observationes suas referentes, & decanos, & terminos signorum in illis duodecim locis diligentissime, cum suis ac stellarum in his congre-dientium effectibus, notarunt. Et sicut uidemus eos primum in uniuersum pro signorum naturis definiendis qualitates quatuor elementorum imitatos esse, ita, ut primum quidem zodiaci signum igneum constituerint alterum terrae, tertium aereum, quartum aquosum, Quo etiam ordine ac modo signorum triplicitates distributas esse apparet. Sic in his quatuor caeli cardinibus, seu angularibus caeli domicilijs constituedis, eandem prorsus rationem qualitatum primum in genere eos secutos fuisse constat. Eo pacto ortiuum quidem cardinem qui nobis Solè caloris & siccitatis auctorem singulis diebus aduehit igneum esse, oppositum uero occidentem aquaticum esse, quia nobis Solè aufert, cuius discessum frigiditas & humiditas subsequuntur tenebrae. Medium autem inter utrumque cardinem (quod Medium caeli culmen appellauerunt) ab orientali quidem parte caliditate, a cadenti uero humiditate mutuari, ac aeream constitutionem referre senserunt. Huic uero oppositum angulum ad Septentrionem, ab occasu quidem frigiditate, ab orientali uero parte siccitatem sibi asciscere atque terrae naturam seu qualitatem imitari dixerunt: ita ut si ab ortu per meridiem, dehinc in occasum, ab eoque uersus limum caeli naturas cardinum expendas ac numeres, & ordinem, & qualitates elementorum in ipsis cardinibus agnoscere possis. Atque huic cardinum distributioni ac descriptioni ipsorum etiam uentorum ab eisdem flantiis qualitates respondent ac suffragantur, ut non inanem tantum speculatio-nem, sed ipsius naturae quasi suffragium & consensum in hac distributione cardinum secuti esse uideantur. Quia ipsa etiam signa in quouis themate caelesti quatuor angulos siue cardines occupantia, secundum hanc uiam antiquissimorum sapientum semper qualitates quatuor elementorum referunt, adeo ut in his cardinibus caeli constituendis erudite etiam respexerint ad causas generationum & corruptionum, in quo ipso caelo nascendi moriendique principia inuestigarint. Tantusque est horum cardinum inter se consensus, ac similitudo praeter illam qualitatum diuerstatem, ut si in uno cardine fuerit signum mobile reliqua etiam tria in alijs cardinibus similiter sint mobilia, si fixum fuerit unius cardinis signum, fixa sint, & reliqua necesse est. In hac sententiam Albumasar Iaphar dictus in ueteri translatione, qui fuit post Ptolemaeum annis 694, maioris sui introductorij tractatu sexto, differentia octaua, inquit. Omnia indiuidua ex quatuor elementis efficiuntur, per significationes signorum. Nam cum fuerit Ascendens alicuius animati aliquod signorum ex signis zodiaci, inuenies signa significantia quatuor elementa in angulis, ut commisceantur adinuenire. Verbi gratia: Cum fuerit Ascendens Aries igneus, erit Capricornus terreus in decima domo etiam Libra aerea in angulo septimae, Cancer uero aquaticus in quarta domo. Item Abrahamus Auenezre, qui fuit post Christum annis 1145, in libro suo introductorio, qui principium sapientiae inscribitur capite tertio sequens Albumasarem dicit: Si Aries fuerit Ascendens, erit decima domus Capricornus &c. atque eadem est etiam uia & ordo succedentium atque cadentium &c. Ioannes etiam Hispalensis unus ex recentioribus in suis Isagogis hanc aequalium domorum distributionem uideatur innuere cum dicit: In omni hora firmamentum in duodecim partes distribuitur, quae domus dicuntur, & prima incipit a gradu Ascendentis, & comprehendit totidem gradus sequentis signi, & sic usque ad duodecim domos per gradus aequales. Idem sentit summus ille Astrologorum princeps & instaurator harum disciplinarum Ptolemaeus, qui uixit post Christum annis 150, qui tractatu tertio, cap. 9, ubi de his qui non creauerunt, scribit de figura Equicruria, quae accidit in aequatione domorum, quae fit per gradus aequales, cuiuslibet domui annumerando 30 gradus zodiaci. Quod tantum contingeret in nostra elevatione 49½ graduum, secundum supradictos tres modos aequationis domorum, dum Sol fuerit in principio Cancrì, cum ille hunc Canonem generat

generalē esse voluerit. Idem Ptolemæus eodē tractatu, cap. 10. de vitæ spacio vult quod quinq; gradus signiferi præcedētes cuspidē domus, & uiginti quinq; mox sequentes, teneant uirtutē talis domus, ita quod qualibet domus cōtineat æqualiter triginta gradus zodiaci. Idem autor tractatu quarto, cap. 5. de filijs dicit: Quoniā de filijs post matrimonium cōsequenter tractandum est, planetas qui in circulo per zenith caput nostrorum &c. Hinc potest intelligi circulum qui trāsīt per zenith capitis nostri, & per polos zodiaci non temere, aut hodie primum à nobis positum esse. Is enim singulis momentis distinguit quatuor quadrantes cœli, ac constituit figuram Equicruriam, de qua supra dixit Ptolemæus noster de terminās initium de cimæ domus, quæ media est inter Ascendens & Occidentem. Idem ex Pontanū q̄q; uerbis colligi potest, quæ extāt libro secundo, capite primo, de rebus cœlestibus ubi inquit: Fit autem ut cum signa duodecim signiferum constituent, duodecim quoq; cœli loca, siue duodecim (ut hodie à nostris uocantur) domus constituendæ sint. Omnem igitur cœli orbiculationem ab Horoscopo progressi eodem regredientes in loca duodecim partiemur. Quod autē inter Mediū cœli apicem, gradumq; horoscopantem spacij interiacet, tum quadram, quadraturam, quadrantem uē uocamus. Quò fit ut signifer ipse quatuor etiā in partes ratione hac distribuatur, unde quadræ dictæ sunt. Audis hic primo ueteres constitutionē duodecim locorū cœli à signifero sumpsisse. Audis à gradu horoscopante in gradu Mediū cœli quadrantē circuli numerandū, audis zodiacum ipsum in quatuor partes hac ratione distribui, quæ inde quadrarum appellationē retinuerunt, quæ aliter cōstitui nequeunt, nisi posito circulo, illo quē diximus transire per zenith cuiusq; loci, & per polos zodiaci. Idem paulo post capite tertio apertius fatetur. Placet autē Ptolemæo cæterisq; disciplinæ huius institutoribus partes quinq; Horoscopum prægressas, ipsi Horoscopo attribuere, atq; inde proficisci, donec triginta graduum numerus cōpleatur. Idēq; etiā cæteris in locis ē triginta simul partibus statuendis seruandum tradunt. Hæc Pontanus, quamuis in sequentibus labascens non nihil; Tamen in his uerbis præceptoris sui Iulij Firmici uestigia pulcherrime ac planissime referens. Qui quidē Firmicus primus Astrologiā latine conscriptam nobis reliquit, ac fuit post Ptolemæum annis 170. Hic libro suo secundo, capite 22. hanc distinctionē duodecim domorū cœli secutus longissime profequitur. Lege etiā quartum Pontani caput, eiusdē libri secundi, de duodecim signiferi locis, & manifeste deprehēdes, cū loquitur de locis duodecim, præcipue uero de tertiā & quarta domo, ipsum ad hunc modū æqualē reipexisse. Nam & primā inquit irradiationē esse inter primā & tertiā. Et de quarta inquit: Sic non prodibit supra terram primus Arietis gradus, nisi Cancer limum cœli locum tenens, motu atq; detrusu suo gradus illos Arietis in altum propellat. Hæc uideat studiosus, utrum in supradictis modis perpetuo uera esse possint. De Hieronymus Cardanus Mediolanensis uir magnæ & excellentis doctrinæ, scribit de quodam Paride Ceresario, qui in diuidendis domibus eclipticam per æqualia secutus, deductis ex eis polis circulis, sic inquit: Par enim erat diuisionē circuli rectā fore, & per polos eosdē esse, nec domorū diuisio particularū esse poterat. Nā quæcūq; ex tribus alijs modis amplexus fueris, nō habebis inseruientē uniuersis, & qui in gelida, & qui in feruida habitant regiōe. Quapropter cum cogeremur aliquē punctū in summa fortitudine existentē supponere, hic autē supra uerticē necessario erat, ut sum est, ut punctus ille seorsim quasi cor cœli poneretur, atq; à diuerso cōtrarius sub terra. Alia est em̄ ratio fortitudinis, alia significati, hæc ille. Perriō in hoc Ptolemæus, ac penē omnes consentiunt Astrologi, quod domus secunda, sexta, & octaua nō aspiciant Ascendens, qui Aphorismus per alios tres modos æquationis domorum te sapissime fallit, nec potest esse perpetuo uerus, nisi in hac æquali distributione domorum in zodiaco. Quia cum uicesimus gradus Capricorni ascendit in latitudine regiōis 54 graduū, tunc secundū modū rationalē Ioannis Regiomōtani, erit initium secunde domus uicesimus Piscium, ibi secunda domus aspiciat sextili aspectu p̄tuli ascendētē.

Item in octaua erit uicesimus Virginis, qui gradus ex trigono intuetur uicesimum Capricorni, quē Horoscopū occupare diximus. Cōsideremus adhuc aliud exemplū, quo ostendemus manifestissime, quōd ueteres suas obseruationes influentiarū ad hūc domorū canonē haud dubie retulerint. Ptolemaeus uerbo 37 Centiloquij dicit: Qui habuerit Virginē uel Pisces in ascendente, illi ipsi erunt causa suae potētiae. Nam quādo Virgo ascēdit, erūt gemini (alterū Mercurij signū) in decima, qui locus est honoris, magisterij, ac potestatis. Sic qui Pisces in ascendēte habuerit Sagittariū in Medio caeli culmine habebit. Itē qui habuerit Capricornū in ascendente, erit intentus in acquisitionē substantiae, quoniā habebit Aquariū in secūda, quorū dominus est unus et idē planeta Saturnus. Quantū autē absint à ueritate horū Aphorismorū reliquae domorū aequationes, et ipse experieris haud difficili calculo, et supra uidisti in unico exemplo. Ac talia praecepta adhuc plura restāt in Astrologia cōsideratu dignissima, quale supra etiā recitauimus de qualitatibus signorum in quatuor cardinibus, quae omnia euertere necesse est, si quem aliū modū praeferat istā aequalē domorū in zodiaco distinctionem secuti fuerimus. Imō ipsa prorsus principia artis corruant oportet, omnesque influentiarū significationes à signifero ad alios ficticios transferantur circulos necesse est, si alios modos uel retinere uel defendere uoluerimus, quod tamē nemo nisi prorsus ignarus ueterū Astrologiae cōcesserit. Eandē prorsus rationē uidemus secutos esse artifices harū disciplinarū in distributione domorū cœli pro regimine annuo describēdo, ibi enim initio primae domus assignant signum, gradus & minuta loci Solis, numerando deinceps reliquarū cuspidū initia ad tricesimas zodiaci partes, sicut supra docuimus in capite de regimine annuo ex transitu Solis &c. Eundē prorsus modū in reliquis significatoribus obseruarūt, sicut in praecedentibus capitibus uidere potes, & in plerisque antiquioribus Astronomis. Supra dixi me pro mea fide sine cuiusque cōtumelia admoniturū studiosos de uera & antiqua erigendi figuras cœlestes, id quod nūc quoque protestor. Tantū enim abest, ut cuiusque reprehendēdi uel studio uel animo ista dicta uelim, ut ingenue fatear, me laudare ingenium illorū in indagandis illis rationibus aequationū domorū cœlestiū, ac me etiam quaecumque domorū cōstituendarū modū, tolerare posse si simul cū thematū mutatione, ueterū quoque de hac arte praeceptis (quod necesse est) & obseruationibus repudiatis, ipsi nouā prorsus ac suis aequationibus cōsentientē Astrologiā & obseruationem de integro & studiosis explicatā tradidissent. Sed cū praecepta ueterū fūcā mentis innitētia, nemo uel mutarit uel repudiarit hactenus, ac reliquae omnes Aequationes duodecim locorū cœlestiū ab illis regulis alienissime sint, putauī studiosos pro mea fide ea de re esse admonēdos, ne errarēt in iudicando secundū regulas praeceptorū sapientū in tanta figurarū seu thematū cœlestiū diuersitate. Quare mihi ignoscant, quibus uel rationes Regiomontani (quas nec ego damno) uel aliorū sententiae arridēt. Per me enim licet, ut cuiusque suus placeat mos. Ego cū uiderē hac à Physicis rationibus obseruationibusque, ac praeceptis ueterū dissidere, quae mea est fides, haec dissimulare nec potui nec debui. Alia est enim ratio significationis qualitatis, aut influentiae duodecim locorū cœli, quae ab inuētoribus Astrologiae ad zodiacū relata esse apparet, alia temporū ac directionū, quae illis subseruire nō praeferrī, aut imperare debent. Motū enim stellarū quē in zodiaco cōsideramus & nascendi, & moriendi causam esse cōstat inter philosophos: tēpus uero fluere ē motu, effectusque eius, quasi obseruationē quādā, nō est Mathematici dubitare, cuius autorē esse Solē etiā indocti uident. Ceterū ut hoc quoque obiter admoneā: Quari potest in aequatione domorū aequali, cur ab Horoscopo potius quam ab alio quouis cardine inchoauerint numerationē domorū. Id pulchrē & eruditē explicat his uerbis Pontanus libro 2. cap. 2. Cœli pars Ascendens geniturae tempore, qui ἀπονομοσος graece dicitur, primam nati aetate indicat. Culmē, id est, cœli mediū aetate nati eiusdē mediā, occasus ipse ultimā, Imum mortē uitaque ipsius exitū, quicque post mortē futuri sint honores, aut opprobria, Res

Et qui

Est quod atque apposite hec omnia. Etenim si cœli ac stellarum motus orbicularis causa sunt omnium, que in parte hac mundi tunc generando, tunc corrupendo fiunt, & est aliqd, ut quid est, vite principium, quemadmodum homo in lucem venire, hoc est, in vitam dicitur, quo tempore utero matris prodit: sic cœli pars ipsa quæ supra terras tunc exit, comitaturque motu atque aduentu suo prodeuntis hominis ex utero motum, uidetur primæ huius commotionis, primæque ætatis ius iudiciumque penes se merito quod assumere: quæ uero ei opponitur occidens cœli pars, obitus atque corruptionis. Unde à nobis in Vrania nostra non temere dictum uideri potest. Vita tibi motusque animi quæ redus ab ortu, Unde etiã toto lux ipsa effunditur orbe. Surgit ab occasu mors importuna maligno Qua tenebræ, qua nox nigratibus aduolat alis. Verum de duodecim domibus, seu ut ipse uocat, de duodecim signiferi locis, lege copiosius caput quartum eiusdem libri. Hinc uidemus omnes Astrologos magnam uim tribuere illi parti, ac principio monere, ut uerificetur gradus ascendentis, quantum fieri possit, propinquius non obscure significantes, hoc uerificato, ceteras etiã omnes cuspides iam fore notas & constitutas. Porro si quis in eo uel cauilletur, uel disputet, cur minus ipse, cum hec sentiret, hæc ipsam domorum rationem in hoc opere secutus sim, Is sciat me initio noluisse offendere morosum lectorem nouitate aliqua (que tamē uetustissima est) quod uideo fieri in autoribus non contemnendis, à quorum lectione quidam deterrētur, quia aliquid noui afferunt opinionibus uulgaribus non consentaneum. Deinde etiã, quia ipsum thema non longissime recedit à uero, & antiquo æqualitatis modo. Quauis hoc possum affirmare, omnia in uniuersis his iudicijs exploranti mihi respondisse exactius secundum æqualem modum, quam per aliam uiam.

Canon autem huius equationis facillimus est: Quere ascensionem rectam ueriloci Solis ipis tui propositi, cui adde ascensiones horarum & minorum temporis propositi, et colliges ascensionem rectam Medij cœli. Cum ea intra tabulam eandem Medij cœli, & per eam excipe signum, gradum, & minutum Medij cœli quod seorsim Cor cœli nominabitur, Deinde adde huic ascensioni rectam Medij cœli 90 gradus, & colliges ascensionem obliquam ascendentis. Per hæc ascensionem obliquam ascendentis, accipe ex tabula sua signum & gradum &c. Ascendentis. Deinde fac simile numerum graduum ascendentis ad quilibet domum, & inscribe signa à signo ascendentis iuxta ordinem nullum signum omittere. Quod si, ut aliquando contingere possit, quod cuspis alicuius domus initium suum sumeret in ultimis quatuor gradibus alicuius signi, tunc tota talis domus dijudicanda erit secundum signum mox sequens illos ultimos gradus. Ut si cuspis domus secundæ esset 26 Tauri, illa domus non esset dijudicanda iuxta Taurum, sed iuxta Geminos, quare tunc Mercurius esset dominus secundæ, Sic de reliquis &c.

Finis.

Errata. Numerus primus folium, secundus faciem, tertius uersus

Folio 1. facies uersu 10. lege dominum. 6. 2. 6. in tabula prima ordine primo p 4 fac ♀. 8. 2. 3 et 4. tabula in ordine triplicitati p ♀ ♂ pone H. Ver. 5. p ☉ H pone ☉ ♂. In calce huius tabule ad H assignabis 9. ad 4. 0. ad ♂ 21. ad ♀ 14. ad ☽ 10. Ver. 2. post tabulam lege Mars habet 21. Venus uero 14. Ver. 26. adscribe. 10. 1. in themate Helionore p 37 minutis in loco Solis pone 57. 13. 1. 5. dissenteria. 15. 2. 36. iudica. 16. 1. 32. foemininis. 20. 2. 7. à fine reperitur. 24. 1. 8. p me scedo Ver. 11. ad magnitudinem corporis. 26. 1. 35. caloribus. 27. 1. 15. dominum sextæ. Ver. 35. Saturnus. Ver. 42. portedit. 28. 2. 35. infirmantibus. 29. 1. 15. insipientem. 30. 1. 2. epar. 33. 2. 28. obrectator. 34. 1. 15. associatus. Ver. 18. habebit. Fa. 2. 4. à fine agendo. 39. 2. 26. talis etenim. 40. 1. 7. hæc. Ver. 9. in foeminis. 42. 2. 28. cogetur. Ver. penultimo domus cubito. 44. 2. 36. seruatorum. 47. 2. 32. stelle aspexerint. 48. 2. 8. conuenientia. Ver. 29. prædicti. Ver. 42. utuntur. 50. 2. 13. manuum. Ver. 19. humerus. 53. 1. 32. accesserit. 54. 2. 10. à fine impotentibus. 55. 1. 23. Si uero. 56. 1. 17. à fine filii. 64. 1. 4. aspectus. Ver. 17. à fine impedita. 71. 2. 21. frustratim inciditur. Ver. 26. aspicientes. 73. 1. 5. à fine primus dominus. 75. 1. 27. erit arrendator. 76. 1. 15. habebit. 78. 1. 4. natus intronittet. Ver. 23. si forte natus. 81. 1. 13. inquirens. 82. 2. 5. oppositi. 89. 1. 10. benefaciet. 96. 2. 16. numerus. 97. 2. tab. prima. ordine Retro grad. ☽ sub decli. lege 8. 49. In sedâ tab. ordine ☽ ☽ sub ascen. obliqua 205. 35. Tab. tertia ordine ☽ ☽ si sub ascen. obliqua 263. 59. 98. 1. tab. ultima ordine ♀ ☽ d. sub distantia à meri. 64. 27. Ibidem uers. 6. anni tui. 101. in tab. sub Iunio. uers. 10. lege 7. 4. Sub Nouëbri eodē uers. 19. 33. Sub Ianuario uers. 1. 23. 25. Ver. 14. in exēplo. repio ci. 102. 1. 3. oēs annos. Fa. 2. uers. 6. deinde adde illis. 105. 2. 9. mēstruorum signorum iure. 106. 2. 44. in aquis signis. 108. 1. 5. hi occurrunt. Fa. 2. uers. 1. influentia. 114. 1. 33. interfectori. Ver. 34. quibus deficientibus radijs. Ver. 39. liberantes stellas. 115. 1. 1. auxiliu. 116. 2. 32. Solis. 117. 1. 17. de domino anni specialius. Ver. 31. similiter in radice. Ver. 36. amico aspectu. 119. 2. 10. ad bonum. 120. 1. 21. ab aliquo. Fa. 2. uers. 3. mæroros. Ver. ultimo. mæroros. 122. 1. 3. à fine. minuitur uel aut elam. Fa. 2. uers. 11. cum 7. hæc. Ver. 20. fortuna belli. Ver. 37. peperit aliquis. 125. 2. 2. nec faciet. 134. 1. 20. reuolutionis. 140. 1. 5. abscondet se. 141. 1. 22. petitiones. 143. 1. 6. à fine. dies eius. Fa. 2. 10. gradus 10. minuta 40. Ver. 38. locus Solis. Ver. 4. à fine. Significat ergo. 144. 2. 4. huius tabule. 146. 2. 26. tempus 1486. die 9. Aprilis. Ver. sequenti. ratiocinaboris. 151. 1. 13. à fine. ex eius polis. Ver. 12. à fine. diuisio particularis esse.

